BIBLIOTHECA MAGNA RABBINICA BARTOLOCCII.

PARS IV.

קרית ספר

והוא חבור גדול שבו נכתבו כל ספרי היהודים חברו ויסרו חכם הכולל כבוד דון יוליוס ברטולוקי אבא מחברת הקדושה ציסטירציאינצי ׃

BIBLIOTHECA MAGNA RABBINICA

De Scriptoribus, & Scriptis Rabbinicis ordine Alphabetico Hebraicè, & Latinè digestis.

PARS QVARTA

Complectens reliquas post י duodecim Alphabeti literas

כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

In qua complures identidem interseruntur Dissertationes, & Digressiones.

AVCTORE

REV. P. D. IVLIO BARTOLOCCIO DE CELLENO

Cong. S. Bernardi Ord. Cisterc. & S. Sebastiani ad Catacumbas Abbate.

Post eius obitum absoluta, aucta, & in lucem edita

A D. CAROLO IOSEPH IMBONATO MEDIOLANENSI

Eiusdem Congregationis Monacho Sac. T. & L. S. P.

Præter Indices Hebræum, locorum sacræ Scripturæ, vocumque memorabilium, additur quadruplex Index vniuersalis, h. e. I. Repertorium librorum omnium per Materias. II. Index Chronologicus. III. Elenchus Auctorum, Scriptorum, Rabbinorumque omnium. IV. Synopsis Titulorum omnium, Operibus, Libris, siue Tractatibus præfixorum.

Huic Quadripartito Operi accedit Tomus alter, nempè

BIBLIOTHECA LATINO-HEBRAICA, siue de Scriptoribus Latinis, qui ex diuersis nationibus contra Iudæos, vel de re Hebraica vtcumque scripsere: additis Obseruationibus Criticis, & Philologico-Historicis, quibus quæ circa patriam, ætatem, vitæ institutum, mortemque Auctorum consideranda veniunt, exponuntur.

Loco Coronidis

ADVENTVS MESSIAE à Iudæorum blasphemijs, ac Hæreticorum calumnijs vindicatus, vnà cum CHRONOTAXI totius sacræ Scripturæ, quâ statuitur Natale Christi anno ab Orbe condito 4000.

OPERA ET STVDIO

Eiusdem D. CAROLI IOSEPH IMBONATI.

Πάντα δοκιμάζοντες, τὸ καλὸν κατέχετε. Πρὸς Θεσσαλ. Κεφάλ. ε.

Omnia probate: quod bonum est tenete. 1. Thessal. 5.

ROMAE, Ex Typographia Sacræ Congreg. de Propag. Fide. MDCXCIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

III

EMINENTISSIMIS AC REVERENDISSIMIS DOMINIS DD.

SAC. CONGREG. DE PROPAGANDA FIDE

CARDINALIBUS.

D. Alderano Cybo.
D. Palutio Alterio Praefecto.
D. Emmanueli Bullionio.
D. Francisco Maidalchino.
D. Carolo Barberino.
D. Gaspari Carpineo.
D. Caesari Estraeo.
D. Francisco Nerlio.
D. Hieronymo Casanate.
D. Fabritio Spadae.
D. Philippo Huvardo de Norfolcia.
D. Opitio Pallavicino.
D. Marco Antonio Barbadigo.
D. Carolo Ciceri.
D. Leopoldo Kollonitz.
D. Stephano le Camus.
D. Ioanni Goessen.
D. Michaeli Radzieiovvski.
D. Ioanni Casimiro de Nhoff.
D. Fortunato Carafae.
D. Iacobo Cantelmo.
D. Ferdinando de Abdua.
D. Tussano de Janson.
D. Ioanni Baptistae Rubino.
D. Urbano Sacchetto.
D. Benedicto Pamphilio.
D. Dominico Mariae Cursio.
D. Francisco Mariae Medicео.
D. Rainaldo Estensi.
D. Petro Otthobono,
ET
D. Francisco Barberino.

Carolus Ioseph Imbonatus S. Bernardi Monachus
FELICITATEM PERENNEM.

Serm. 2. in Dom. 6. post Pent.

P*EREMPTORIAM rem esse ingratitudinem, hostemque gratiæ*, suo mellifluo calamo testatum reliquit S. R. E. Doctor, ac summorum Pontificum, & Regum præclarissimus Consiliarius BERNARDUS, inter cuius filios indignè cooptor. Haud exiguę ingratitudinis reum me esse cognoscerem, si imbecillitatis meę primitias alijs Mœcęnatibus quàm EMINENTIIS VESTRIS consecrarem; & licèt hæc minimè digna esse sciam, quæ VESTRIS NOMINIBUS inscribantur, non vno tamen nomine VESTRUM debebat hoc esse Munusculum. Pauci

ci lapsi erant anni, quibus sub doctissimi Bartoloccij disciplina, VESTRO consilio & fauore, primigeniæ linguæ Sanctæ penetralia rimabar, quando è viuis Magister ereptus, ad hocce laboriosum Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ Opus absoluendum, Discipulum elegistis: nunc ad colophonem perductum, in demississimæ deuotionis, ac obedientiæ meæ anathema, ad VOS redit EE. PP. quod à VOBIS sumpsit exordium.

Notum est EE. VV. quanto semper studio, amoreque incredibili, perdita illa Iudæorum gens, olim electa, nunc Deo abominabilis, orbique toto supra modum exosa, sit suarum Traditionum etiam contra omnen rationem tenacissima, vt ipsemet dulcissimus Iesus Christus frequentèr in Euangelio increparit dicens: *Quare transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram*? Neque suficiebat Iudaicæ genti in Scholis, Academijs, Synagogisque suis eorum Traditiones publicè peruulgare, quin perniciosissimis etiam scriptis, ex quibus quadripartitum hoc Opus confectum est, posteritatem edocere voluit. Hinc ad retundendas Iudæorum nænias, fabulas, & blasphemias non paucas, ab Apostolica summorum Pontificum vigilantia, Martini videlicèt V. Clementis VIII. Pauli V. Vrbani VIII. & binis huius Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Decretis, sancitum fuit, vt in omnibus Ordinibus orientales linguæ, Hebraicæ per quam maximè docerentur. Enim verò quid lingua Hebræa sanctius, quid nobilius? Hæc est enim omnium linguarum *Prima* si cum Ambrosio, *Mater* si cum Hieronymo loquar. Vnicuique idiomati, cuique linguæ fons suus, origo sua inuenitur, at Hebraicæ linguæ Deus ipse ter Opt. Max. dabitur Author. Non alia profectò lingua primos nostros Parentes Adamum & Euam in mutuis colloquijs vsos esse, non alio sermone tot annorum centurias traxisse credimus, nisi lingua sibi à Deo præstita, nisi sacrosancto sermone, nisi lingua Hebræa. Neget id quis si potest, mihi testes vocabo Adami primo & secundogenitum, vocabo imposita tum Vrbibus tum animantibus nomina; vocabo appellationes tandem illas personarum, quæ causam suam (nulla enim inter Hebræos vox est otiosa) non ex alio quàm ex Hebræi idiomatis fonte notant esse deductam. Adeòque si ipsa sensu carentia interrogare liceret, si ab illis quærere fas esset, quàm primò linguam audierint,

Matth. c. 15. v. 3.

dierint,

IV

dierint, quibus primò nominibus fuerint appellata, certè pro veritate(si loqui possent)faterentur, primam linguam Hebræam fuisse, illam primum verborum vsum, primum animorum solatium. Hanc habuit iustus Abel; hac loquutus est Enoch; hanc ab aquis seruauit & tenuit Noëmus. Hæc est lingua illa, quæ captiuis Hebræis in Ægypto captiuitatem non timuit; maris rubri æstuantes fluctus diremit; è saxis & montium ruinis aquas elicuit. Tandem omnes aliæ linguæ sunt profanæ, hæc vnica sancta est, qua Prophetæ, qua Israelitici Duces, Regesque, qua Orbis prodigia, Dei familiares vtebantur: per quam leges & iura Deus Mosi tradidit: per quam in Salomonem infudit sapientiam: per quam Prophetis omnibus loquutus est. Sanctam igitur esse linguam hanc, quis tam audax negabit? Corporibus iam gloriosis vocalem fore sonum apud complures Theologos conspicuum est, quorum opinioni non pauci Sacræ Scripturæ textus fauent. In Psal. 83. Regius Propheta canit: ***Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.*** Psal. 149. ***Exaltationes Dei in gutture eorum.*** Et Sophonias c. 3 v. 9. ***Quia tunc vertam ad populos labium electum, vt inuocent omnes nomen*** יהוה. Adhæret meus theodidactus Bernardus lib. Medit. cap. 4. ***Vna***, inquit, ***erit omnium lingua, iubilatio indefessa, vnus affectus; amor æternus. Angelorum & hominum vnum erit colloquium, vnum conuiuium. Non erit in illa pace diuersitas linguarum, &c.*** Si ergo vocalis erit in Cælis sermo, quis dubitat illum fore Hebraicum vtpote sanctissimum, & nobilissimum? Testatur illud Seraphicum τρισάγιον קדוש קדוש קדוש ***Sanctus, Sanctus, Sanctus***, quod continuò in conspectu Dei cantatur. Se quoque audiuisse in Cælis Hebraicum sermonem testatur Ioannes in Apocalypsi 19. v. 1. ***Post hac audiui quasi vocem turbarum multarum in Cælo dicentium Alleluia.*** Et v. 3. ***Et iterum dixerunt Alleluia.*** Quam vocem ***Alleluia*** Hebraicam esse, & significare ***Laudate Deum***, à radice הלל ***Hillèl laudauit***, & à יה ***Deus***, norunt omnes Hebraicæ linguæ periti.

Habet lingua Hebræa vtilitatem cum sanctitate coniunctam, quam ostendere, idem ferè esset ac soli facem accendere. Sine Hebraicæ linguæ peritia dictio לאל ***Leèl*** in Psal. 41. malè significat in aliquibus Codicibus ***Fontem***, cum ***Fortem*** expresè demonstret;

monſtret; vndè ſonant illi, *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*; nos verò *ad Deum fortem viuum*. Sine Hebraicæ linguæ peritia malè olim exponebatur in Pſal. 106. dictio בוז *Buz* *Contentio*, cum verè dicat *Contemptionem*; vndè non bene diceres, *Effuſa eſt contentio ſuper Principes*, ſed *contemptio*, *&c.* Sine Hebraicæ linguæ peritia apud multos non eſt fidelitèr expoſita dictio Pſal. 65. ורומם *Veromàm*, *Et exultaui ſub lingua mea*, cum relata ad vnguem dicat, *Et exaltaui*. Hinc veteres etiamſi alitèr valdè eruditi, præ linguarum tamen imperitia, in alijs plurimum à vero aberraſſe compertum eſt. Quantum in nonnullis Sacræ Scripturæ locis ex Hebrææ linguæ imperitia hallucinatus ſit vir alioquin acutiſſimus Tertullianus, cuiuis vel tantillum Hebraicè docto eſt perſpicuum. Pſal. 91. 13. in Hebræo eſt צריק כתמר יפרח *Iuſtus vt Palma florebit*. LXX. habent δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, quod cum Hebræo conuenit. Sed Tertullianus Hebrææ linguæ ignarus, & Græcæ vocis φοῖνιξ ambiguitate deceptus, de *Phœnice aue*, intellexit. Sic enim de Reſurrect. cap. 13. ſcribit: *Accipe pleniſſimum, atque firmiſſimum huius ſpei ſpecimen. Siquidem animalis eſt res, & vitæ obnoxia & morti, illum dico alitem orientis peculiarem, de ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtruoſum, qui ſemetipſum libentèr funerans renouat, natali fine decedens, atque ſuccedens iterum Phœnix: vbi iam nemo, iterum ipſe, quia non iam alius idem. Quid expreſſius aut ſignatius in hanc cauſam? aut cui alij rei tale documentum? Deus etiam Scripturis ſuis; Et florebit enim, inquit, velut Phœnix, ideſt de morte, de funere: vti credas de ignibus quoquè ſubſtantiam corporis exigi poſſe*. Quin & inſcitiam ſuam prodidit Pamelius qui in Annotationibus ait, illud δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, quod quidem Interpretes verterunt, *Iuſtus vt palma florebit*, verti etiam poſſe, *velut Phœnix florebit*; quia ſcilicèt vox Græca φοῖνιξ & *Palmam*, & *Auem* quam vocant *Phœnicem* ſignificat. At cum iſtic vox φοῖνιξ voci Hebrææ תמר reſpondeat, non *Auem*, ſed *Palmam* dumtaxat ſignificet, neceſſe eſt. Quis igitur linguæ Sanctæ peritiam neceſſariam eſſe non dicet?

Vt autem ad VOS redeat EE. PP. vndè delapſus eſt ſermo: erubeſco, infenſiſſimos Catholicæ fidei hoſtes huic ſtudio quàm maximè addictos cernere, ſeſe contra nos armare, & tamen

dormi-

dormimus;(Parcite)Magna securitas! Rogo itaque EE.VV. quarum sedulæ vigilantiæ adscribitur nostræ Fidei propagatio, vt coniunctis operis strenuè agatis, vt sanctissima hæc studia, temporum iniuria propemodum collapsa, & obliuioni tradita, in Ecclesia Dei reflorescant. Suscipite interim PP. EE. serena fronte, animoque lubenti meum seruitutis officium quod VOBIS offero, VESTRAE indulgentes Beneuolentiæ, si exiles laboris mei primitias splendidissimis VESTRIS NOMINIBVS radiare sim ausus. Valete PRINCIPES EMINENTISSIMI, PATRONI OPTIMI, quos Deus incolumes diutissimè seruet ad Ecclesiæ Catholicæ exaltationem, Fidei propagationem, Literarumque bonum. Ita voueo, ita enixè precor.

Dabam ex paruo Museo S. Pudentianæ de Vrbe Nono Kal. Decembris 1692.

LAude dignissimum D. Hieronymus putauit opus scriptores, qui ad suam vsque ætatem in Ecclesia floruerunt recensere, vt rabida Ethicis obstruerentur ora, dum cum Celso, Porphirio, Iuliano, & alijs Christianam Religionem ridebant, quasi Philosophis destitutam, disertis Oratoribus vacuam, Poetis, ac Sapientibus nudam existentem. Hinc aptissimè censuit bonæ mem. Reuerendiss. P. D. *Iulius Bartoloccius* S. Sebastiani ad Catacumbas nostræ Congreg. Ref. S. Bernardi Abbas, cunctis Catholicæ Ecclesiæ hostibus altum se indicturum silentium si *Magnam Rabbinicam Bibliothecam* extrueret, qua apertissimè appareret Catholicæ Religionis sectatores alienarum litterarum, exoticarumique disciplinarum rudes non esse, atque inter eos reperiri qui sacram antiquorum veteris Testamenti Patrum linguam, ne dum pressis libauere labijs, verùm etiam repletis totis pectoribus valere penitiora, profundissimaque eius monumenta pro libitu eructari; itaut non solum pura eius idiomatis elementa, verum etiam mores, vsus, vtque peruulgatas Hebræorum traditiones posse aperire. Græcorum Scriptorum opera, vt idem D. Hieronymus eloquitur, enumerauere Hermippus, Peripateticus, Antigonus, Caristius, Satyrus, Aristoxenus, & alij; Romanorum verò Varro, Santra, Nepos, Hyginus, Tranquillus, & Oratorum tantùm Cicero, & inter Christianos Eusebius Cæsariensis antiquos scriptores non prætei jt, sicut & ipse Hieronymus Ecclesiasticos diligentissimè est executus. At nemo vnius idiomatis duntaxat Auctoris, amplam adeò exędificauit Bibliothecam, vt hic noster Auctor. Non me latet Ptolomęum Regem suam instructissimam Bibliothecam noluisse Hebraicis literis carere; quod & potentissimi alij curauere Principes, & Photium eruditis viris omnibus Bibliothecam literis exhibuisse doctissimam, multorum quoque Hebraicorum scriptorum cathalogum Iucassinum ex Iudæis, Buxtorfium ex Christianis, aliosque varios contexuisse, at amplitudine hucusque extructas Bartoloccij *Bibliothecam* superare, si de Hebraicis voluminibus agimus, qui eam percurret, facilè iudicabit. Imò comperi & *Bartoloccium*, eiusque eruditissimum *Continuatorem* non tantùm relatoris purè egisse partes, vt non excriptam tantummodò promerent Bibliothecam, verùm contra ipsosmet Rabbinos, atque cæteros etherodoxos in ijs, quæ Christianam Catholicamque Religionem ferire in recensitis voluminibus videntur identidem Bibliothecam, in armamentarium immutarent, & iacula non spernenda eiacularent, eruditis, ac doctis, nimirum Dissertationibus polemicis, historicis, ac philologicis. Hæc omnia iam tribus editis Tomis præstitit Bartoloccius, qui ad medietatem ferè huius quarti Tomi perueniens, huius mortalis vitę inuenit finem, vt ad immortalitatis lucem sine fine transiret. At impensè vt absolueretur insigne hoc opus laborauit R. P. D. *Carolus Ioseph Imbonatus* Mediolanensis nostræ Congregationis Monachus Magistri sui in Hebraicis Bartoloccij ne dum vestigia terens, verùm etiam insignitèr exornans; itaut sapientem sese filium exhibens,

glo-

gloriam non vulgarem addiderit patri. Quare Tomum hunc quartum cum diligentissimè iussu R.mi P. D. Caroli à S. Francisco Abbatis Generalis nostræ Congregationis peruoluissem, nec in eo quidquam à Catholica Religione, & bonis moribus absonum reperijssem, imò verò Catholicæ Ecclesiæ, literariæ Reipublicæ nostreque Congregationis decus non minimum allaturum iudicassem, Typis euulgari posse censeo, ac expopto. E nostro Monasterio S. Pudentianæ de Vrbe hac die 4. Nouembris 1687.

D. Io: Baptista à S. Philippo Congreg. Ref. S. Bernardi Ord. Cisterc. Senior Assistens secundus, & sac. Congreg. Indicis Consultor.

Obtemperans mandato Reuerendissimi Patris D. Caroli à S. Francisco Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciensis Abbatis Generalis auida solicitudine percurri Quartam Partem *Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ* nostri Reuerendiss. Patris Abbatis D. *Iulij Bartoloccij* recol. mem. absolutam & auctam, ac varijs doctissimis Dissertationibus, & selectissimis Digressionibus cumulatam à R. P. D. *Carolo Iosepho Imbonato* eiusdem Congregationis Monacho Sac. Theol. & Linguæ Sanctæ Professore emerito, cui summè gratulor cum Plinio epist. 11. ad Tranquillum: *Opus absolutum est, nec iam splendescit lima, sed atteritur.* Desudauit namque Auctor in pectus suum transferre integras, ac instructissimas Bibliothecas, quemadmodum in Nepotiano obseruauit Hieronymus eius Epitaphio inscribens: *Continua Lectione, & diuturna meditatione pectus suum Bibliothecam fecerat Christi.* Si enim testimonio Romani Philosophi, *Vita hominis sine litteris mors est, & viua hominis sepultura*, quid insulsius, quid insuauius, & ad quoduis negotium ineptius occurret Monacho indocto? Profectò sacrarum litterarum imperitiam, otium ac torporem in bonarum artium studijs ceu potissimam decrementi Monastici Ordinis causam religiosissimus æquè, ac sapientissimus Abbas Trithemius pluribus questubus, velut Ieremiæ threnis inconsolabilitèr deplorauit. Et reuera compertissimum est experientia, religiosam Monachorũ vitam non tantùm leniri, verùm mirificè diuinarum literarum assidua peruolutatione fulciri ac sustineri; & si quid fortè in ea durius asperiusque vrgeat, instet, premat, tum demùm velut ad lenimen, *& ad omnem vitam instrumentũ*, vt loqui amat Tertullianus, lectionem, scilicet, quæ tædium temperet, curas dispellat, animum recreet, & oblectet, pietatem augeat, & religionis (quanquam leue) iugum emolliat, recurri. Hoc egregiè præstitit noster Scriptor numeris omnibus implens celeberrimam hanc Bibliothecam, eique disertissimis additionibus colophonem, ac coronidem apponens, vt de ea iure merito pronunciandum sit, quod de Plinij operibus protulit Muretus: *vnum Opus ipsius instar ingentis Bibliothecæ videri potest.* Publici ergò iuris fiat

etiam

etiam quartum istud volumen, in quo nihil orthodoxæ fidei dissonum, nihil probatis moribus aduersum deprehendi, imò tanquam locupletissimum Catholicæ Religionis armamentarium ad reuincendam Iudaicam perfidiam solicito apparatu elaboratum censeo. Ex Monasterio nostro Sanctæ Pudentianæ de Vrbe die prima Nouembris 1687.

D. Ioannes Maria Gabriellius eiusdem Cong. Monach. sac. Theol. Lector. & sac. Congreg. Indicis Consultor.

D. Carolus à S. Francisco Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterc. Abbas Generalis.

CVm Tomum Quartum *Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ* à q. Adm. R. P. D. *Iulio Bartoloccio* S. Sebastiani ad Catacumbas nostræ Congregationis Abbate inceptum, & à R. P. D. *Carolo Ioseph Imbonato* eiusdem nostræ Congregationis Monacho Sacerdote continuatum, & ad finem perductum, Adm. RR. PP. D. Io: Baptista à S. Philippo eiusdem Congregationis secundus Senior Assistens, & D. Io: Maria Gabriellius Sacræ Theologiæ Lector, ex commissione nostra examinauerint, & in lucem edi posse probauerint, Nos vt typis mandetur, quantum ad nos pertinet, seruatis aliàs de iure seruandis, facultatem facimus, & concedimus. E nostro S. Bernardi ad Thermas Diocletianas Vrbis Cœnobio die 6. Nouembris 1687.

D. Carolus à S. Francisco Abbas Generalis Præf.

Loco ✠ Sigilli.

D. Io: Baptista à S. Bernardo Secret.

QVartam hanc, & postremam *Magnæ Rabbinicæ Bibliothecæ* Partem R.mo *P. Abbas D. Iulius Bartoloccius* dum ad calcem perduceret, vitę stamen conatus protrahere abrupit. Sed chordarum abruptarum defectum suppleuit *P. D. Carolus Ioseph Imbonatus* tanti Magistri vestigia, & affectum prosecutus. In vtriusque labore nil fidei, nil moribus detractum, sed cuncta consonant ad Hebraicæ literaturæ notitiam perfectiorem, ad fidei Catholicæ pleniorem defensionem. Dabam ex Collegio Vrbano de Propaganda Fide Kalendis Nouembris 1692.

Ioannes Pastritius Philosophiæ, ac Sac. Theol. Doctor atq; in eodem Collegio Polemicæ Theologiæ Lector.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici.

Horatius Fortunatus Episcopus Neritonen. Vicesgerens.

Imprimatur.

F. Thomas Maria Ferrari Ord. Præd. Sac. Palatij Apostolici Magister.

AD LIBRVM AVCTORIS
ELEGIA
D. ROBERTI VALIA Archidiaconi Nazareni.

PLVRIMA scripturus, terris at decidit Auctor:
Mors Calami haud potuit vulnera plura pati.
Corporis ingenium fragili diuturnius æuo,
Quæ cœpit terras alta docere, docet.
Doctrina en Chartis occasus nescia viuit,
Victurum sæclis perpetuatque Virum:
Herois tanti Pietas longæuior annis,
Feruida post cineres viuida bella nouat:
Queis genus infidum desiuit lingua ferire,
Fulmineos ictus penna perennat acris.
Ex vtroque fuit calamo bis Cæsar, & ense,
Et pace, & bello Iulius ille potens;
Et scripsit feriens, ferit hic cum scripserit Alter;
Penna, ensis, calamus Iulij vterque fuit.
Exprimit ingenij ingenijs æterna triumphos
Eloquij ac claudit flumina charta notis,
Prosilit in lucem, luce aspersurus at Orbem
Hic liber Auctoris nigra, sed vmbra micans;
Quot signata notis atris tot fulgida stellis,
Vmbras errorum lumine imago fugans.
Posthumus hic mentis partus peregrinus abibit
Per terras, doctis sed peregrina feret:
Mentis diuitias capiet, cum legerit hæres
Plures Posteritas ingeniosa sibi.
Vno stringuntur complura volumina libro,
Estque vno hoc grandis Bibliotheca minor:
Non minor est titulo, quod præfert, nomine maior:
Ingenijs magna hinc Bibliotheca patet.
Vt Monstra, artificum commendans grandia quædam
Complexa in paruo Fama referre sinat:
Mirum Mirmicidis cesset memorare quadrigam,
Quam breuis excedens ala tegebat apis:

Cor-

Cortice qui nucis libros conclusit Homeri,
Quiuè vitro potuit claudere iura Poli:
Clauditur hoc amplus Sapientum, ac panditur Orbis:
Plures quæ haud caperent hic liber vnus habet.
Sæcula plura arctans collegit Iulius vnus,
Mille artis fastus vnica penna tulit.
Illa antiqua artis cædant miracula libro;
Hoc vnum æternent sæcula mentis Opus.

EIVSDEM

AD REVERENDVM PATREM

D. CAROLVM IOSEPHVM IMBONATVM,

Qui BIBLIOTHECAE Coronidem imposuit.

EPIGRAMMA.

AN plura Auctori Terrarum debeat Orbis
Ambigo, an ingenio CAROLE plura tuo:
Ille æternarat Sapientum è Morte Cohortem;
Scribentem enecuit Parca sed vlta, Virum:
Tu calamo geminos referens de Morte Triumphos,
Auctoris reuocas de nece mentis Opus.
Dignum mente IOSEPH celebris fers Nominis Omen,
Librum hunc ipse auges, Auctor at ille fuit.

EXIMIO ET ADMODVM REVERENDO PATRI

P. D. CAROLO IOSEPH IMBONATO

BIBLIOTHECAM MAGNAM RABBINICAM

suo studio absolutam & auctam

EVULGANTI.

EPIGRAMMA

IN BONA TU NATUS prisca discrimina lingua,
CAROLE, scriptorum Textibus addis opus.
Addis opes: sed enim reseras penetralia docti
Musai, regnet quò magè sancta Fides:
Euge (Tibi dicet Dominus tunc:) serue fidelis,
(Serò sit hoc!) intra gaudia vera Poli.
Interea varijs linguis celebreris vbique.
Virga velut IOSEPH, sit Tua Fama virens.

Obseruantiæ pignus
Matthæus de Flentin Leodien.

D. CAROLI IOSEPH IMBONATI

AD LECTOREM PRAEFATIO.

DISCIPVLVM *super Magistrum non esse, nemo ibit inficias. Monitum à Diuina Sapientia Mortalibus exaratum quis ignorat?* Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ. *Hinc miraberis fortasse* BENEVOLE LECTOR, *si penè nouem in Israelitica lingua studio elaboratis annis, statim in publicum prodire audeam, quando doctissimum Magistrum meum* IVLIVM BARTOLOCCIVM, *post longum in hisce studijs cursum, postque multos exantlatos labores, vix Orbis agnouit.* Improba siquidem industria, *ait ipse de suo Opere loquens*, in ipso concipiendo laborauimus, & insomnes, heu quot noctes non duximus! *Prodijt namque Anno 1675. ingentis Operis Bibliotheca Magna Rabbinica Pars. I. Anno 1678. II. 1683. III. deinde ad IV. qua totius Operis debebat esse Coronis, manum admouit; at viribus senectutis causa deficientibus, continuisque laboribus, ac studijs propemodùm fractus atque exhaustus, me (licet imparem) in eius auxilium EE. ac RR. Sac. Congr. de Propaganda Fide Purpurati, quibus potissimùm cordi erat huius Operis perfectio, assignare studuere. Cum autem senectus ipsa sit morbus, ob reiteratos apopleticos ictus, penè ad vlterius in his laboriosis studijs incedendum inhabilis factus fuit; sed eo me dirigente, adhuc absolutum suum carissimum fœtum videre sperabat, præsertim quòd ad literam* ש Scin *iam ducebatur sermo; cum repentè, vocante Altissimo, Vita tam mihi & Orbi grata, summo totius Reipublicæ literariæ mærore, Eheu! orbatur, decimo quarto Kalendas Nouembris anno reparationis humanæ millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo, ætatis verò septuagesimo quinto: postquam trigesimum sextum Lectoris Linguæ Hebraicæ in Neophytorum ac*

Luc. 6. v. 40.

In præf. Part. I. Biblioth. Magnæ Rabb.

Transmarinorum Collegio, annum compleuisset, eodemque tempore Scriptoris Hebraici in Bibliotheca Vaticana munere functus fuisset, & postquam ab INNOCENTIO XI. *fel. rec. ob eius doctrinam inter Sac. Congr. Indicis Consultores cooptatus esset: ad maiores etiam euehendus honores si vita superstes, sed quia extinctus, fama superstes erit. Principibus, & Eruditis, non tantùm Vrbis, sed Orbis summoperè carus, ac commendatus extitit, vt fusius in* Bibliotheca Latino-Hebraica *ostendi.*

Inopinata tanti Viri iactura ab hac mole perficienda animum Lit. I. p. 139.
penitus amouit, ne in publicum prodirem, litium occasiones effugiendi cupidus, multosq; ibi contentiosos, ac pruriginosos homines reperiri minimè ignorans, legensq; in Talmud אדם יוצא לשוק יהי דומה Cod. de Sabbatho fol. 32. col. 2.
לעיניו כמי שנמסר לסרדיוט Homo prodiens in forum, vel in publicum erit in oculis suis quasi tradendus, vel iam traditus lictori. *Infelicitas huius sæculi quod Eruditorum vocari potest! Et tamen quot litigiosi, qui dum excogitatæ subtilitatis fuco sapientibus se opponere cogunt, in eos sapientiam minimè residere demonstrant.* Dicentes enim se esse sapientes, *ait Apostolus,* stulti facti sunt. *Et vt* Rom. 1. 22.
de ipsis loquitur D. Hieronymus: Ignorantes quid audiant, & quid loquantur, de eo audent iudicare quod nesciunt; & ante despiciunt quàm probent, eruditosq; se existimant, & disertos, & in eo se scire aliquid arbitrantur, si de cunctis Scriptoribus detrahant. *Quam appositè de Scriptorum detractoribus loquitur Henricus Hollandus in Vita Thomæ Stapletoni:* Sed quis doctorum, *inquit*, non sensit æmulos? Quis Sanctorum liber fuit ab ista fera pessima, inuidia immunis? A morsibus eius non erant immunes, vel apud Græcos *Athanasius, Chrysostomus, Nazianzenus, Magnusque ille Basilius:* vel apud Latinos *Hilarius, Hieronymus, Augustinus, Magnusque ille primæ Sedis Episcopus, Gregorius.* Est labes quædam huius sæculi, quod nemo laudabili excellat qualitate, quin ei statim inuideatur. Quò altiores sunt homines, vt Cedri in Libano; quò altiores inquam in mundo, in Ecclesia, in Schola, in æstimatione & opinione hominum; eò magis inuidiæ flatibus agitantur. Plerumque fit, quod minùs boni melioribus, minùs docti doctioribus, minùs diuites ditioribus, denique minùs potentes potentioribus inuideant. *At quis hos timebit?* Omninò sufficit, *docet meus* Serm. 24. in Cant.
lacteus Doctor Bernardus, aduersus os loquentium iniqua, opinio

bo-

bonorum cum testimonio conscientiæ. *Quomodo enim de colore iudicabit qui lumine caret? O vtinam in auribus omnium resonaret illud Quintiliani non satis ab Eruditis decantatum,* Felices artes, si de ijs soli Artifices iudicarent. *Non dedignor propterea* Beneuole Lector *correctionem, neque grauabor, si mea errata ab amica manu, & ratione corrigantur, memor illius vulgati Hebræorum* אכוא את התוכחה Dilige correctionem. *Et cum scriptum sit* הרואה דבר בחכירו סאינו הגון צריך להוכיחו Qui videt rem aliquam in socio suo indecentem, debet eum redarguere, corrigere.

Bera-choth f. 31. col. 1. & 2.

Verùm his omnibus postpositis, propinquus finis vires collegit, & ne tanta Authorum congeries imperfecta haberetur, ad illam perficiendam, manum (licèt inuitus) amoui, quantaque fieri potuit diligentia, Opus persolui; quinimò nonnulla quæ Magister meus b. m. parum, vel nihil tetigit, addere studui, varijsque Dissertationibus, & Digressionibus Quartam *& vltimam hanc* Partem *ornaui; præsertim cum de* R. Samuele de Lombrica, *qui de* ציץ Tzitz, Lamina *dißertè egit, sermo fuit, ibi eius figuram cum modica explicatione conspiciendam præbui. Inter Cabalisticas expositiones* Scem hammephoràsc, *Clauem* Ludouici Carreti *Neophyti enumeraui: aliaque fabulosa, & blasphema, quæ Iesum Nazarenum virtute* Scem hammephoràsc *fecisse iactitant Iudæi, enarraui. De Hebræorum Musica à Germanis, Hispanis, Italisque Scholis vsitata, breuem* Dissertationem *contexui. Formulas Iudaicæ Excommunicationis, aliaque ad eam, eiusque absolutionem pertinentia, in medium protuli. Absoluta vltima Alphabeti Hebraici litera* ת Thau, *Auctores omnes & Libros, qui in Alphabetico ordine totius Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ relicti fuere, collegi, de ijsque* Mantissam *confeci, quamplurimis Scriptoribus Vet. Test. recensitis: Et licèt argumentum nostrum sit tantùm Scriptores referre Rabbinos; attamen cum & de illis aliquando loquantur Auctores Hebræi, ac si Rabbini & ipsi essent, adscribentes illis quamplurima blasphema, fabulosa, portentosa, inuerisimilia, ac etiam apocrypha non pauca, hinc eos minimè prætereundos esse existimaui. Vitia omnia, quæ vel Sacerdotem offerre, vel animal offerri impediebant, exposui. Libellos Repudij tàm antiquos, quàm vsitatos, in studiosorum gratiam patefeci. Tan-*

dem ternis generalibus Indicibus ſummoperè neceſſarÿs, totum Opus ornare operæ pretium duxi.

Hæc omnia fructus ſunt illius doctrinæ mihi à Magiſtro meo Iulio Bartoloccio *b.m. tradita. In Pirkè Auòth cap. 6. legitur :* הלמד מחבירו פרק אחד או הלכה אחת או פסוק אחד או אפילו אות אחת צריך לנהוג לו כבוד Quí diſcit à ſocio ſuo caput vnum, aut ſententiam aliquam, aut verſum vnum, vel denique vnam dumtaxat literam, is propterea tenetur ei honorem deferre. *Conformitèr ad illud*, Parentibus, Dijs, atq; Magiſtris, *ſic loquitur Maimonides :* כשם שאדם מצווה בכבוד אביו וביראתו כך הוא חייב בכבוד רבו ויראתו יותר מאביו שאביו מאביו לחיי העולם הזה ורבו שלמד חכמה מביאו לחיי העולם הבא ראה אבידת אביו ואבידת רבו של רבו קודמת לשל אביו אביו ורבו נשואים במשא מניח את של רבו ואחר כך של אביו אביו ורבו שנויים בשביה פודה את רבו ואחר כך פודה את אביו ואם היה אביו תלמיד חכם פודה את אביו תחלה וכן אם היה אביו תלמיד חכם אף על פי שאינו שקול כנגד רבו משיב אבידתו ואחר כך משיב אבידת רבו : Quemadmodum homo tenetur colere, & reuereri Patrem ſuum ; ita tenetur quoque colere, & reuereri Præceptorem : Imò, & amplior huic, quam illi debetur reuerentia : Nam Pater ipſi, vt hac vita præſenti, Præceptor verò, qui eum Sapientia erudiuit, vt futura æterna fruatur, cauſa ſunt. Quamobrem ſi ſimul, & Patrem, & Præceptorem quid amiſiſſe deprehendat, Præceptoris rem amiſſam prius perueſtigare oportet. Si Pater, & Præceptor ſimul onere grauentur, Præceptorem prius releuare conuenit, deinde Parentem. Si Pater, & Præceptor iuxta captiui detineantur ; primùm redimendus Præceptor eſt, Pater poſtea. At ſi Pater ſit eruditus, tum quidem ipſum principio redimere conuenit. Quod idem in rei amiſſæ inquiſitione tenendum, idq; etiamſi Pater, doctrina ſua Præceptorē non æquiparet. *Et alio in loco :* וכשימות רבו קורע כל בגדיו ערשי גלה לבו ואינו מאחה לעולם לא יחלוק Cum moritur Præceptor, omnes veſtes diſcipulus lacerare debet, ad denudationem vſque

Hilch. Talm. Thorà c.5.

pecto-

XI

y

pectoris, haud vnquam resarciendas. *Si igitur tot doloris signa dabant Iudæi ob mortem Præceptoris, quas ego lacrymas vnquam satis effundere potero? quos gemitus? quæ suspiria ad meam erge Te doctissime Bartolocci beneuolentiam indicandam sufficient? Et si Regius Psaltes per hoc quod duas dumtaxat res ab Achitophele didicerat, vocat eum,* Magistrum suum, Ducem suum, & Familiarem suum: *Quos ego honores Te deferam Magister mi, (cuius memoria in benedictione sit) qui non tantùm sententiam aliquam, aut versum vnum me docuisti, verùm etiam quicquid ad Hebraicæ linguæ intelligentiam spectat, patientèr demonstrasti? Quas, quas igitur Tibi referam grates?*

Psalm. 54. v. 14.

Sæpè diùque mecum communicauerat consilium suum, meque monebat non ingratum fore laborem, si Authores omnes Latinos, qui de re Hebraica, vel vtcumque de Hebræorum Quæstionibus, vel gestis scripsere, Catalogum texerem; & ne in hoc laborioso studio animo deciderem, indicans nonnullas horum Authorum notitias, quæ sparsim in aliquibus suæ Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ fragmentis extabant, & quorum in ea obitèr facta fuerat mentio, ingressum mihi monstrauit. Quinimò in eius mente fuisse hunc Catalogum, vita superstite, nupèr deprehendi, cum Part. III. Biblioth. Magn. Rabb. pag. 916. col. 2. in fine idipsum promittat. Loquendo enim de Concordantijs Hebraicis, quæ Romæ ann. 1621. editæ fuerunt cum versione Latina F. Marij à Calasio, inquit: De quibus in Mario à Calasio in Catalogo Auctorum, qui de re Hebraica scripserunt, Deo dante vberiùs agam. *Vndè vt vnicus Magistri hæres, ad soluendum quicquid ipse promiserat, me obstrictum vidi. Re à me non modicè perpensa, nonnullisque etiam Eruditis communicata, præsertim C. V.* Ioanni Pastritio, *diuinarum Hebraicarumque literarum perito, in Collegio Vrbano de Propaganda Fide Sac. Theologiæ Polemicæ Lectori, & huius Bibliothecæ ex commissione Reuerendiss. Sac. Palatij Apostolici Magistri, diligentissimo Censori, non tantùm fore gratum laborem agnoui, sed quodammodo necessarium, vtpote ab alijs, quod constat, nunquam absolutum. Multis igitur Notitijs tàm ex Vrbis, quàm aliorum locorum Bibliothecis excerptis, hoc Opus agressus sum, eadem prorsus seruata methodo, ac in Bibliotheca Magna Rabbinica, siue Author vel Opus laudatæ, siue damnatæ memoriæ fuerit; Et cum*

supra

ſupra 2050. *Libros huiuſcemodi argumenti congregaſſem, placuit nuncupari Opus hoc titulo:* BIBLIOTHECA LATINO-HEBRAICA, ſiue de Scriptoribus Latinis, qui contra Iudæos, vel de re Hebraica vtcumque ſcripſere. *Scriptorum verò* Latinorum *nomine*, *eos omnes intelligi volumus, qui nunquam fuerunt Hebræi. Additis Obſeruationibus Criticis, & Philologico-Hiſtoricis, quibus quæ circa Patriam, ætatem, vitæ inſtitutum, mortemque conſideranda veniunt, exponuntur. Quodſi Author fuerit heterodoxus, vel Liber proſcriptus, annotatum inuenies; neque omnes tali nota carentes approbare intendimus: præſertim cum ex Libris non tàm facilè dignoſcatur cuiuſnam Religionis fuerit Author; ideò condignum fuit potius nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare. Stet igitur noſtra* BIBLIOTHECA LATINO-HEBRAICA *è regione* BIBLIOTHECAE MAGNAE RABBINICAE *tanquam* מגן חרב ומלחמה SCVTVM, GLADIVM, ET BELLVM, Pſal. 76. verſ. 4.
aduerſus peruicaces Iudæos; *vt ſciant IESVS NAZARENI hoſtes non deficere arma, & ſagittas ad eorum incredulitatem, perfidiam, & nequitiam, euincendam, euellendam, oppugnandam, obliuiſcanturque aliquando, Deum per Ieremiam prædixiſſe*, הנני פקד עליכם את־רע מעלליכם Ecce ego viſitans ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum. Cap. 23. verſ. 2.

DISSERTATIONEM DE MESSIA IVDAEORVM *pluribus in locis Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ promiſerat Magiſter meus, ſi Deus vitam conceſſiſſet exoluendam, vt Part. II. pag.* 820. *Part. III. pag.* 495. 523. 566. 594. 597. 779. 780. *Part. IV. pag.* 334. *At cum de hac nullum quamuis minimum fragmentum exaratum reliquerit, Coronidis loco addere ſtudui* ADVENTVM MESSIAE à Iudęorum blaſphemijs, ac Hæreticorum calumnijs vindicatum: *Sacrarum Scripturarum, SS. Patrum, Conciliorum, Rabbinorumque ſuffragijs obſignatum. Complectitur geminas* Diſſertationes *Theologico-Hiſtorico-Dogmaticas.* Vnâ, *Meſſiam in Lege promiſſum adueniſſe, Veteris Teſtamenti, & Rabbinorum calculis demonſtratur.* Alterâ, *omnes fermè hæreſes contra* Diuinitatem *ac* Humanitatem *Chriſti Domini referuntur, & refelluntur. Ex Hebraico, Græco, Latinoque Codice, Auctoritatibus depromptis, vt omnis lingua confiteatur quia Dominus Noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Præmittitur* CHRONOTAXIS *totius Sacræ Scri-*

XII

Scripturæ, quâ statuitur Natale Christi anno Mundi quatermillesimo; vt sic Hebræis ex traditione Domus Eliæ *mundo assignantibus sex millia annorum, nempè duo millia* תהו Tohu *seu* Vacuitates, *& sine Lege: duo* תורה Toràh *seu* Legis *idest Mosaicæ: duo tandem* המשיח Messiæ, *concordemus saltem quo ad aduentum eius descriptum à fine quarti millenarij. Et quia tam in Bibliotheca Bartolocciana, quam in nostra facta fuit mentio variorum characterum, & linguarum, non solùm Hebraicæ, sed Græcæ, Arabicæ, Syriacæ, Samaritanæ, &c. hinc in calce* IANVAM linguarũ Orientalium *aperui. Cuicumq; Lectori notum faciens, me in omnibus, & per omnia S. Catholicæ Ecclesiæ Romanæ, in qua sola est salus, subditum esse, promptuq; animo, manu, ac calamo delere, corrigere, & emendare, si quid fortè errassem, paratum esse; tanta enim fuit temporis calamitas, vt simul scribere, & edere coactus, hos partus priùs quasi dicam in lucem editos, quàm conceptos conspexi: obstetricante Eruditorum consilio, qui assueta sciendi cupiditate, cuius nunquam finis, immaturum hunc fœtum è sinu parentis abstulere. Vrgebat hìc literarij Orbis anxietas; solicitabat illic Monasticæ obseruantiæ rigor tantispèr pro huiuscemodi labore temperatus. Quid igitur mirum, si aliqua negligentia, aut* σφάλμα *in his Authoribus, & Libris fidelitèr recensendis irrepserit? Erroribus enim vt scribit Augustinus Hieronymo, sola Sacra caret Scriptura; alij verò quantumuis docti non. Ideò* Beneuole Lector *qualescumque sint hos fœtus, dum Maiora Tibi paro, accipe, & si quid boni in his repereris, disce: si mali, quod non credo, prudentèr* In Cant. Serm. 40. *corrige*, excusans *cum meo Mellifluo Theodidacto Bernardo*, intentionem, si Opus non potes, *& Vale*.

ERV-

ERVDITO ET CORDATO LECTORI
IOANNES RENDTORFFIVS SALVTEM.

CIRCVMSPICIENTI *mihi humani generis indolem, vicissitudinesque rerum cogitanti, frequenter occurrit, quod ferè nemo sit, qui non aliqua immortalitatis cupidine teneatur; at exiguum esse numerum illorum, qui nomen suum à morte vindicent, quamuis varij variè in hoc laborent. Hinc conspicere licet, mortales cum experientia teste se cognoscant morti obnoxios, omni studio in id incumbere, vt memoriam suam in liberis posterisque conseruent; sed sæpè vano & irrito effectu; dum multis idem contigit quod Aran filio Thare, quem ante patrem elatum fuisse constat ex Genes. Cap.* 11. *v.* 28. Mortuus est, *inquit Scriptura*, Aran ante Thare patrem suum in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum. *Quod Hebræi, vt est in Sanhedr. fol.* 52. *col.* 1. *hoc prouerbio efferunt:* נפישי נמלי סבי דמשעני משכי דהוגני *id est*, Multi Cameli seniores portant pelles iuniorum Camelorũ. *Aliorum verò liberi progenitoribus ipsis decedentibus non diù supersunt, quorum nomen* ἄτεκνοι *diem suum obeuntes, posteritati transmittere non valent. Paucæ familiæ eò peruenerunt, vt sine fabularum inuolucris, & veritatis discrimine nomen suum successiua propagatione per multa sæcula à morte vindicatum ostendere queant. De Sinis vt vulgus eos vocat,* Seras *rectiùs appellabis, nihil est quod dicam: nàm horum vanitatem, qua sibi persuadere conantur, immortalitatis medicinam dari, cuius vi homines à morte possent conseruari, & in mortali corpore, immortales fieri, experientia constans & non fallax refutat,* Statutum enim est hominibus, *vt verbis Apostoli ad Hebr.* 9. *v.* 27. *vtar*, semel mori. *Vnde alij, mortis ineuitabilem necessitatem ponderando, in creatione monumentorum æternitatem spirantium nomen suum posteritati transmittere conati sunt; Cuius rei insigne Exemplum habemus in Absalomo, de quo II. Reg. Cap.* 18. *v.* 18. *legitur*, *Quod* sibi erexerit dum adhuc viueret, titulum qui

eſt in valle Regis: dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei: vocauitque titulum nomine ſuo, & appellatur Manus Abſalom, vſque ad hunc diem. *Licèt enim eodem libro Cap. 14. v. 27. mentio fiat trium filiorum, & filiæ vnius nomine Thamar, qui nati fuerant Abſalomo, attamen hos omnes ante patrem, & ante excitatum ab eo monimentum, diem vltimum obÿſſe, rectè ſentiunt Hebræorum Commentatores Kimchius, & Gerſonides. R. Leuì Gerſon in Comment. II. Sam. 18. ſic loquitur:* אעפ שספר שכבר היו לו שלשה בני׳ יתכן שמתו אחר זה ואז בנה זאת המצב׳ וקרא שמה יד אבשלום׃ *Hoc eſt* Et quamuis enarrauerit (*Scriptura*) quod iam ipſi (*Abſalomo*) erant tres filij, conſtat eos poſtea fuiſſe mortuos, & tunc ipſum ædificaſſe titulum, quem vocauerit Manum Abſalomi. *R. Dauid Kimchius ad hunc locum notat:* כי אמר אין לי בן ולמעלה בתי׳ ויולדו לאבשלו׳ שלשה בני׳ ובת אחת היו לו אלא שמתו לפיכך עשה לו המצבה הזאת להיות לזכרון אחר מותו שהיו אומרים יד אבשלום ויד פירושו מקום וכמוהו רבים ובדברי רבותינו זל יש מי שאמר שהיה לו בן אלא שלא היה הגון למלכות ומהם אמרו גמירי שכל השורף תבואתו של חבירו אינו מניח בן ליורשו והוא שרף תבואתו של יואב וית ליה לי בר קיים בדיל לאדכרא שמי׃ *Id eſt* Dixerat enim: non habeo filium. At ſuperius (II. *Reg. Cap.* 14. *v.* 27.) ſcriptum extat: Et nati ſunt Abſalomo tres filij, & filia vna. (*Ad hanc obiectionem reſpondet*) Habebat (*Hos ex ſe progenitos filios*) ſed mortui ſunt: (*Patre adhuc ſuperſtite*) propterea erexit ſibi hanc ſtatuam, vt eſſet ipſi in memoriam poſt mortem ſuam, quam vocarunt manum Abſalomi. Manus autem (*hoc in loco*) ſignificat locum, & eo ſenſu ſæpiùs inuenitur in *Scriptura*, *ſcilicet Sacrà. Hìc obſeruandum venit hæc verba Kimchÿ vltima à viro in his literis doctiſſimo non rectè fuiſſe verſa, dum ita hoc comma reddidit:* Vox יד ſignificat locum, atque eo ſenſu ſæpiſſimè à Magiſtris noſtris f. m. accipitur. *Kimchius enim verbis citatis non ſollicitus eſt, quomodo vox* יד *apud Rabbinos ſuos accipiatur, ſed in Scriptura ſacra quam ſignificationem obtineat, exprimit: in*

sacris autem literis יך Manus *aliquando idem denotat quod* מקום locus *vt Es. 56. v. 5.* ונתתי להם בביתי ובחומתי יד Et dabo eis in domo mea, & in muris meis manũ, *i. e.* locum, *vt Vulgata Latina Versio expressit. Sequitur nouum comma; in voce enim* רבים *finiuit antecedens, & in* ובדברי *aliud incipit :* Et in verbis (*sequitur in Kimchij Comment.*) Magistrorum nostrorum f. m. aliquis inquit, Absalomum habuisse quidem filium, sed non aptum regno: Alij verò ex eis dicunt, docent quod quicumque comburit fruges proximi sui non relinquat filium hæredem : Is enim combusserat fruges Ioabi. Et Ionathan sic interpretatur: Non est mihi filius viuens (*superstes*) vt recordetur nomen meum. *R. Isaac Abarbanel in Comment. super* 11. *Reg. Cap.* 18. *fol.* קסו *edit. Lipsiæ, hæc habet:* כי הנה אבשלום הציב בחייו מצבה יפה בעמק המלך למען הזכיר שמו לפי שלא היו לו בני׳ והבת שזכר למעלה שהיו לו כבר מתו ׃ *hoc est* Nàm ecce Absalom erexerat in vita sua statuam pulchram in valle Regis, vt memoriam nominis sui conseruaret, quia non habebat filios (filij enim, & filia quorum meminit superius, iam diem suum obierant.) *Monumentum ipsum quod attinet, R. Salom: Iarchius in Coment. opinatur* שבנין חשוב היה fabricam insignem fuisse, *cui consentit Gersonides:* ידמה שם בנין גבוה Videtur, *inquit*, eum erexisse structuram excelsam. *Neque desunt ex Terræ Sanctæ descriptoribus, qui nobis monumentum Absalomi in Valle Iosaphati instar structuræ magnæ exhibent. Videndus præprimis* Daubdanus *in Itinerario Terræ Sanctæ, Cap.* 13. *Verba Daubdani gallica legi possunt apud* Io: Christophorum Wagenselium, *in Comment. Massechet Sotâ, p.* 221. *quæ & latinitate donata habes in Mantissa, p.* 1106. *Sed hoc à modernis auctoribus nobis descriptum monumentum non verum Absalomi cenotaphium ab ipsomet erectum, sed supposititium esse, euincunt verba sacri Textus diligenter inspecta; nam in eo habetur* לקח accepit, *vt & verbum* ויצב Et statuit, *item vox* המצבה. *Accedit Versio Septuaginta à Sanctissimis Patribus magna semper in veneratione habita, quæ sic hoc comma reddit :* ἔλαβε καὶ ἔστωσιν ἑαυτῷ στύλον. *id est* Accepit, & erexit sibi columnam. *Et tandem Flauij Iosephi auctoritas, qui columnam, non fabricam magnificam ab Absalomo erectam*

do-

docet. Ex quo patet, Iosephi ætate tale monumentum, quale hodie nobis describitur, & in Valle Iosaphati ostenditur, non extitisse, aut pro Absalomi monumento non fuisse habitum. Quis enim si aliquid tale tunc temporis extitisset monumentum Absalomi, de eo melius relationem potuisset instituere, nobisque ob oculos ponere, & delineare, quàm Iosephus, vtpote qui in vicino, & ante oculos illud ipsum habebat? Iosephi verba Antiq. lib. VII. C. 9. hæc sunt: Ἔστησε δ᾽ Ἀβεσάλωμος ἐν τῇ κοιλάδι τῇ Βασιλικῇ στύλον λίθου μαρμαρίνου, δύο σταδίους ἀπέχουσαν Ἱεροσολύμων, ὃν προσηγόρευσεν ἰδίαν χεῖρα, λέγων, ὡς καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ διαφθαρέντων, ἐν τῇ στύλῃ μένει τὸ ὄνομα. *Id est:* Porrò Absalomus erexerat sibi in Valle Regis columnam marmoream, duobus stadijs ab Hierosolymis dissitam, quam voluit vocari manum Absalomi, dicens, quod etiamsi liberos eius perire contingat, in columna tamen nomen ipsius esset mansurum. *Monumentum ergo Absalomi, memoriæ nominis sui consecratum diù interitum sensit, & vix memoria extaret nisi sacris in literis fuisset consignatum. Sic multa alia famosissima monumenta, quorum memoria in sacris prophanisque auctoribus solummodò adhuc superest, pari cum rebus publicis fortuna inuoluta, & extincta suos conditores ab obliuione minimè potuerunt conseruare. Quo Pyramides, & columnæ à Simone patri, & matri, vt & fratribus ad memoriam æternam erectæ? de quibus Auctor lib. 1. Macchab. cap. 13. v. 25. & seqq. ædificauit Simon, In Modin,* ἐν Μωδεΐν *pro quo Syrus habet* ܒܡܘܪܥܝܡ In Moraim, *vt v. 25. & 30. legitur:* Super Sepulchrum patris sui, & fratrum suorum ædificium altum visu, lapide polito retro, & ante. Et statuit septem Pyramides, vnam contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus. *Sequitur vers. 29.* Καὶ ταύταις ἐποίησε μηχανήματα, περιθεὶς στύλους μεγάλους, καὶ ἐποίησεν ἐπὶ τοῖς στύλοις πανοπλίας εἰς ὄνομα αἰώνιον, καὶ παρὰ ταῖς πανοπλίαις πλοῖα ἐπιγεγλυμμένα, εἰς τὸ θεωρεῖσθαι ὑπὸ πάντων τῶν πλεόντων τὴν θάλασσαν. *Quæ Vulgata versio sic legit:* Et his circumposuit columnas magnas: & super columnas arma ad memoriam æternam; & iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare. *Has Pyramides ad memoriam æternam erectas, vt & alia splendida, magnificaque monumenta nominis conseruationi extructa, tempus edax rerum consumpsit, vt nulla aut tenuis tantum memoria eorum ad nos peruenerit. Habent enim res humanæ ortum, & deinde incrementum, ac ferè omnes ætates, quibus per-*

actis mors eas expectat. Moriuntur non solum homines, & animalia, sed & lapides; neque vllum monumentum ita excelsum excogitari potest humana opera perfectum, quod non tempori cedens, tandem ruina sua extincti cineres cumulet; neque vllum marmor tam durum, quod non edaci dente annosa ætas consumat, & obducta tellus non sepeliat. Accedit sæpius cæcum odium, quo miseri mortales obcæcati in exitium aliorum ruunt, & quæ aliqui immortalitati labore inexhausto videntur præparasse, alij excisioni destinant. Magna ergo vanitas sperantium posse monumentis marmoreis, splendidisque structuris prorogari nomen, & memoriam sui ab obliuione vindicari. Hanc ex alto spernunt viri quibus præcordia meliora, sapientia nempè, eruditioneque solida imbuta; hi enim breue viuendi spatium famâ post mortem duratura quam maximè in longum extendunt, & corpus domicilium animæ nobilissimæ claritate operum æuo ac æternitati non infelici successu commendant. Et alij quidem scribendo, nonnulli agendo, vnde Plin. in Epist. beatos putat, quibus deorum munere datum sit, aut facere scribenda, aut scribere legenda: beatissimos quibus (quod paucissimis concessum) vtrumque. Agendo præclarè multi heroes magnique viri inclaruerunt, & factis egregijs memoriam sui immortalitati consecrarunt; sed Scriptis, quibus eorum præclara facinora posteris prodita, memoria ipsorum ad nos peruenit, sine quibus magnifica heroum facta obliuioni fuissent tradita. Hanc ob causam Lacedæmonij antequam exercitum in hostes educerent, Musis sacrificabant, vt qui pro patria fortitèr pugnando oppeterent, scirent, memoriam sui, literarum beneficio nunquam morituram; sed æternam fore: quod enim Regum, Principum, Heroumque præclarè gesta ad posterorum notitiam perueniant, & perpetua memoria in longum se extendant, id literis eos debere, negare non possunt ipsi literarum osores. Verum igitur remedium nomen à morte vindicare suum, est: Monumenta ingenij posteris relinquere præclara, & studijs vitam proferre, vt Plinius iunior Nouocomensis lib. 3. Epist. 7. qua Silij Italici mortem deflet, loquitur: in ea enim post grauem querimoniam de breuitate vitæ sic concludit: Sed tanto magis hoc quicquid est temporis futilis, & caduci, si non detur factis: nàm horum materia in aliena manu, nos certè studijs proferamus; & quatenus nobis denegetur diù viuere, relinquamus ali-

quid

quid quo nos vixiſſe teſtemur. *Hæ ſunt vera monumenta, quæ nomen, & memoriam virorum præclarorum ab interitu conſeruant, vt ipſorum labia in Sepulchro loquantur, ideſt, poſt mortem viuant, muti loquantur, & abſentes non abſint. Nam, vt eſt in Talmud Hieroſol. Tract. Schekalim, cap. 2. fol.* מז תני רבן שמעון בן גמליאל אין עושין נפשות לצדיקי׳ דבריהן הן זכרונן : Docet Rabban Schimeon filius Gamalielis: Non erigunt monumenta iuſtis, verba enim ipſorum ſunt memoria ipſorum. *Et paulò poſt*: שמעון בן נזירא בשם רבי יצחק אמר כל תלמיד חכם שאומרין דבר הלכה מפיו בעולם הזה שפתיו רוחשות עמו בקבר : Schimeon ben Nezira, nomine R. Iſaac dicit: Omnis doctoris ſapientis, ex cuius ore proferunt inſigne aliquod dictum in hoc mundo, labia loquuntur in ſepulcro. *Vnde Ouidius exacto opere Metamorph. lib. 15. non vano præſagio hæc protulit:*

Iamque Opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignis,
Nec poterit ferum, nec edax abolere vetuſtas.
Cum volet illa dies, quæ nil niſi corporis huius
Ius habet, incerti ſpatium mihi finiat æui.
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar, nomenque erit indelebile noſtrum.
Quaque patet domitis Romane potentia terris.
Ore legar populi, perque omnia ſæcula fama,
Si quid habent veri vatum præſagia viuam.

Et Horatius lib. 4. Odarum, Od. 30.

Exegi monimentum ære perennius
Regalique ſitu pyramidum altius:
Quod nec imber edax, aut aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.

Præteritorum hoc ſæculorum Annales abundè teſtantur, dum virorum literis, & eruditione clarorum tot monumenta ad ſeram poſteritatem feliciter tranſmiſſa nobis deſcribunt, inſtruuntque ea nec bellorum incendijs, nec Tyrannorum crudelitate, barbarie literarum ſtudia oppugnante, potuiſſe abſumi, aut exterminari, quo minus ad poſteros non peruenirent; eruditis viris in hoc ſemper incumben-

cumbentibus vt libros melioris notæ ab interitu conſeruarent; vnde & eos olim cedria, vel cedrio perungebat, vt ſic incorrupti à tineis, & carie quàm diutiſſimè conſeruarentur. Hinc Lucianus aduerſus indoctum, p. 870. καὶ ἀλείφεις τῷ κρόκῳ καὶ τῇ κέδρῳ. Croco perungis (*ſcilicet libros*) & cedro. *Nec ſolum cedria libros vngebant, ſed etiam in arculis ex ligno cedrino confectis conſeruabant; ac, vt probabile eſt, tàbulis cedrinis amiciebant propter æternitatem, vt loquitur Vitruuius lib. 2. cap. 9. pag. 34. & Plinins lib. 13. Hiſt. cap. 13. p. 325. edit. Delechamp: de libris Numæ refert, quod in arca quadam reperti fuerint P. Cornelio L. F. Cethego, M. Bebio, Q. T. Pamphilo Coſs. ad quos à regno Numæ colliguntur anni DXXXV. & ex Annalibus Caſsij Heminiæ addit:* lapidem fuiſſe quadratum, circiter in media arca vinctum candelis quoquo verſis; in eo lapide inſuper libros inſcriptos fuiſſe: propterea arbitrari eos non computruiſſe: & libros cedratos fuiſſe, propterea arbitrari tineas non tetigiſſe. *Antiquorum autem monumenta ingenij præclara ad noſtram ætatem conſeruata, nullum eſt dubium quin arte illa, qua non memoria modò, ſed hominum immortalitas conſtat, inuenta, ſemper ſint duratura, ac poſteritati eruditæ, quæ ſuum cuique decus tribuit, ſummo, & nunquam morituro honori futura.*

De varijs Veterum libris antiquiſſimis ab interitu conſeruatis huius loci non eſt tractare; ſed in præſenti ſolummodo paucis agere conuenit de æternitatis digno monumento, MAGNA BIBLIOTHECA RABBINICA, *quo non tam nominis ſui conſeruationi, quàm poſterorum vtilitati conſulere voluit Vir Celeberrimus, ac Reuerendiſſimus* D. IVLIVS BARTOLOCCIVS *Congreg. S. Bernardi Reform. Ord. Ciſtercienſis; & S. Sebaſtiani ad Catacumbas Abbas, immortalitate digniſſimus, niſi hac morte ad immortalitatem eſſet tranſeundum, quem tranſitum humanis rebus magno cum literarum Hebraicarum damno ereptus, peregit Anno 1687. die 19. Octobris, quo noſtro quidem & eruditi Orbis dolore, ſuo vero bono cæleſtem Accademiam adijt, vt* ἑβραΐδι διαλέκτῳ *qua Chriſtus Dominus Noſter Paulum è Cœlo allocntus eſt, Actor. 26. 14. Deo laudes indeficientes pro peractis laboribus, & exantlatis difficultatibus perſoluat.*

Ingenuè autem hìc fateri oportet, magno me deſiderio æſtuaſſe

Clar.

Clar. Bartoloccium propter studiorum similitudinem dilectissimum coram videndi, deque rebus, quæ me diù occupatum tenuerint, in Bibliotheca verò Rabbinica non superficialiter tractata fuerint, sermonem conferendi, quod ipsi vt haud dubiè non ingratum, ita mihi exoptatissimum accidisset. Cum enim ab ineunte ætate literas ardenter coluerim, ad has verò ritè excolendas conducere tum mortuorum, tum viuentium sapientum conuersatione frui, mihi persuasum esset, eruditione, & literis spectatorum virorum contubernio varijs in Accademijs me addixi, eorumque conuersatione vsus sum. Sed his non contentus, placuit exteras adire prouincias, remotasque lustrare nationes, vt eos quos ex libris, famaque celebres noueram, coram viderem, ipsorumque sententias sentirem, more veterum Philosophorum, de quibus D. Hieronymus Epist. 103. *ad Paulinum sic scribit :* Legimus in Veteribus historijs, quosdam lustrasse prouincias, nouos adijsse populos, maria transisse, vt eos quos ex libris nouerant, coram quoque viderent. Sic Pythagoras Memphyticos vates, sic Plato Ægyptum, & Architam Tarentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragrauit, vt qui Athenis Magister erat & potens, fieret peregrinus, & discipulus, &c. *Perlustratis ergo aliquot prouincijs, tandem Italiam, in eaque Romam, ad quam videndam multa inuitabant, inprimis Religio, accedere placuit. Dum verò Florentiam Ciuitatem Italiæ florentissimam lustro, contigit mihi Cœlopropitio coram videre, venerarique virum amplissimum quouis titulo, & elogio celebriorem* D. Antonium Magliabechium *M.D. Etruriæ Bibliothecarium, & Consiliarium, infinitis in Rempublicam literariam meritis planè incomparabilem, & sæculo nostro maiorem; cui innotuisse grande decus, librosque verò inscripsisse laboris pretium viri vndequaque doctissimi existimant: huius eruditissimi iuxta ac humanissimi viri alloquijs, quibus nihil dulcius Italia mihi obtulit, dum fruor, deque literarum inprimis Hebraicarum in Vrbe statu inquiro, accidit, vt Clar. Bartoloccij, quem breui me visurum sperabam, mentionem inijcierem, at ipsum Operi suo Bibl. Magn. Rabb. immortuum percipio. Quem dolorem tunc sensi, ipsi aliquo modo diuinare possunt, quibus vis virtutis non ignota, quæ in sui admirationem, & amorem rapit etiam remotissimos, & ignotos sibi conciliat. Accedit Opus*

Bibl.

Biblioth. Rabb. necdum ad vmbilicum perductum, vltimamque Auctoris manum desiderabat, quamuis in Opere perficiendo postea non defuit Clariss. Bartoloccij vt genuinus discipulus, eiusdemque Religiosi instituti Professus, sic & dignus in Opere Bibliothecæ Rabbinicæ perficiendo successor Plur. Reu. D. CAROLVS IOSEPH IMBONATVS, *qui pro amore in literaturam Hebraicam, & erga Bartoloccianam memoriam veneratione, Operi vltimam manum imposuit, & ad colophonem perductum nunc literario Orbi communicat; annexa* Bibliotheca Latino-Hebraica, *in qua studio certè laudando recenset Scriptores Latinos, qui contra Iudæos, vel de re Hebraica vtcumque scripsere, additis Obseruationibus Criticis, & Philologico-Historicis, quibus quæ circa vitam Auctorum, vt & Patriam, vitæ institutum; mortemque consideranda veniunt, exponit. Opus, quod vtilitas, cui nouitas addit gratiam, facit commendatissimum; & quo à Te, Erudite Lector, gratias generoso pectore persoluendas meruit non exiguas.*

Vt vt autem mors satis immatura (mors eruditorum iuxta Plinium semper immatura) literario Orbi luctuosa Bartoloccium nobis eripuit, tamen decoro ingenij sui monumento viam ipse sibi ad immortalitatem strauit, cui & nomen suum eo ipso consecrauit, vt semper per ora Clarissimorum virorum Hebraicis Musis litantium volitet, & celebretur. Bibliotheca enim Rabbinica Auctori varia ob capita æternitatem promittit, & nunquam interituram gloriam Bartolocciano nomini allaturam sperat. In ea vt pote multi auctores ab interitu vindicati, & ipsorum memoriæ è tenebris posteris de nouo proditæ: nihil autem æquius est, quàm vt ij, qui alios ab interitu vindicare student suis scriptis, equè tenebris obliuionis varios eruunt libros, immortalitate gaudeant. Quo titulo Historici eximij, (ad Historicos autem pertinent qui Bibliothecas ritè tradunt, in quibus Auctorum vitas, præclara facta, &c. enarrant.) de suis operibus sibi duraturum sæculis nomen promittere audent. De Hugone Grotio *refert Io: Christophorus Wagenseilius in Exercitationibus suis Anno* 1687. *edit. Excerc.* 3. *se cum Lutetiæ ageret, ab Illustriss. Io: Capellano audiuisse, cum lethaliter decumberet, visitasse ipsum Rostochiensis vrbis virum quendam primarium. Iste præter alia ad* ἀθανασίαν *facientia verba, aiebat Grotio* posse ipsum ex hoc mundo æquo animo discedere, cum certum sit nomen eius

ob tot

ob tot præclara, quæ post se relinquat diuini ingenij monumenta, mansurum cum temporum æternitate. *Ad ista Grotius subijciebat*; se nihil prius habuisse quam bene de Republica literaria mereri, vnde nec vigilijs pepercisse, nec laboribus, aliqua publicè profutura euulgare. Cæterum se nulli ex suis operibus, præterquam soli Historiæ Belgicæ ominari immortalitatem; Istam verò semper in manibus hominum futuram, quia quamdiu salua præstabit orbis machina, nunquam defuturos præteritorum curiosos, & solicitè peruestigantes quid quoque tempore contigerit. *Sic Grotius de opere suo Historico verba vltima faciens non vana sagacissimo suo iudicio protulit, ceu præsagus, quæ euentus satis probauit. De Bibliotheca autem Rabbinica, qua Clar.* Bartoloccius *multis eruditis, & in literis versatis viris nomen largitus est, & immortalitatem donauit, quam ab operibus suis iniuria temporum, socordiaque hominum victis consequi non potuerunt: è varijs Bibliothecis tamquam fodinis Hebraicis libros obliuione sepultos, & situ obductos eruens, eorumque notitiam orbi literario communicans, hæc pronunciare audeo: Non deerunt homines, qui, quamdiu literæ, & homines erunt, literarum Hebraicarum cupidi, Rabbinorumque Scriptorum curiosi, Bibliothecam Rabbinicam summa cum veneratione Bartolocciani nominis peruoluent, & seris posteris commendabunt.*

Accedit dignitati operis aliud non silentio transmittendum, nempè quod Clar. Bartoloccius in hoc opere Literaturam Hebraicam strenuè promouere allaborauerit; inde tot loca ex Talmude, Rabbinorumque scriptis latinitate donauit, & obseruationibus suis, eruditisque annotationibus illustrauit, multum molestiæ, tædijque in ijs superans. Quantopere enim sudandum sit ipsi qui ex Hebræorum antiquis monumentis ea eruere conatur quæ Theologiæ inseruiunt, Philologiam illustrant, nemo facilè sentit, nisi qui periculum ipse fecerit; vnde à nonnullis sciolis, & audaculis harum rerum ignaris, studium Hebraicæ linguæ vt contemnendum traducitur, exosumque apud multos redditur. De vtilitate Linguæ Sanctæ Hebræorumque altioris literaturæ nolo sermonem instituere, sufficit enim hac Præfatione solummodo addere, quod præclarissimi quique viri in literis versatissimi hoc studium tamquam vtilissimum (vt reuera est) iudicarunt, in eoque feliciter pertractando nihil non

peregerunt D. *Hieronymus quo viro nihil habet Orbis latinus vel doctius, vel sanctius, quo labore, quibus sumptibus linguam Hebraicam addidicit, ipse in Epistolis suis testatur. Vide inter alias, Epist.* 4. *ad Rusticum Monachum, vbi hæc notatu non indigna habet:* Quid ibi laboris consumpserim, quid sustinuerim (*in Lingua Hebraica addiscenda*) difficultatis, quoties desperauerim, quoties cessauerim, & contentione discendi rursus incæperim, testis est conscientia tum mea, qui præsens sum, quàm eorum, qui mecum duxerunt vitam; & gratias ago Domino, quod de amaro semine literarum dulces fructus carpo. *Qui & de* Origene *literarum gloria famosissimo in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis testatur;* ipsum in Scripturis diuinis tantum habuisse studij, vt etiam Hebræam linguam contra ætatis, gentisque suæ naturam ediseeret; *nempè iam virilem ætatem adeptus, eruditioneque apud omnes spectatus, non erubuit Linguæ Sanctæ rudimenta addiscere, vt in eo studio proficiens, postea Scripturam Sacram sine impedimento interpretari posset. Hæcque præstitit non deterritus Alexandrinæ gentis suæ natura (nàm de hac loquitur S. Hieron. loc. cit. non de propria Origenis natura, vt Suidas hæc verba perperam intellexit) quæ more Græcorum linguarum exoticarum notitiam contemnebat.* Bartolus *I. C. suo tempore celeberrimus ætate senili literis Hebraicis immortuus est. Imò non defuerunt eruditæ feminæ, quæ Hebrææ linguæ studio felici successu incubuerint, de quibus Catalogus possit necti non breuis,* De Blęsilla *Paulæ matronæ nobilis Romanæ filia S. Hieron. Epist.* 25. *ad Paulam testatur, quòd paucis diebus difficultates linguæ sanctæ superauerit, adeò vt in discendis, canendisque Psalmis cum matre contenderet; nàm hæc Paula, vt idem S. Hieron. narrat, Hebræam linguam discere voluit, & consecuta est, vt Psalmos Hebraicè caneret, & sermonem absque vlla latinæ linguæ proprietate personaret; addens, quod quidem vsque hodie in Sancta filia eius Eustochio cernimus, quæ leguntur Epist.* 28. *ad Eustochium filiam Paulæ.*

De quadam Ioanna Vaz, *Lusitana scribit Ludouicus in Præfat. Grammat. Hebr. eam tantam linguæ Sanctæ peritiam acquisiuisse, vt Epistolam ad Romanum Pontificem Hebraicam doctissimè scripserit. Sed de his in opere nostro de Eruditis Feminis vlterius erit dicendi locus.*

Qui

Qui ergo clarissimorum virorum vestigijs insistentes in promouendo linguæ Hebraicæ studio strenuè laborant, præ alijs de Republica literaria benè merentur, & nominis sui memoriam veneratione dignam posteris relinquunt. Vnde manibus tuis Celeberrime Bartolocci dicere licebit: Quamuis autem fata te nobis ante tempus eripuerint, tamen ingenij tui præstantiam; eaque comparatam famæ immortalitatem eripere non possunt. Non enim deerunt cordati, & Hebraicæ literaturæ dediti viri, qui nomen tuum, ea qua par est, veneratione, æternitati consecrabunt, & Monumenta ingenij tui perscrutantes, te promotorem studiorum Hebraicorum strenuum agnoscent, vnde apud doctissimos quosque laudes non intermorituras, & honorem promeritum semper habebis, & nomen tuum aduersùs æui impotentiam grata in memoria seræ posteritatis assiduè durabit.

At non ingenio quæsitum nomen ab æuo
Excidet: ingenio stat sine morte decus.

Inuida mors ridet, præstantia eruditorum capita demetere gestiens, sed ridet illam fama calamo & ingenio parta post mortem semper victura; hanc enim feliciter vincit dum post occasum clarior assurgit. Vt sol in aurora exilior apparet, crescit autem & inclarescit, sic ex solida eruditione exsurgens gloria cum æuo ipso augetur & vires accipit. Solet enim sæpe contingere, vt res præclaræ præsentes dum sint non æstimentur; sed tum demum cum abeunt ab oculis, liuor vtpote ad merita cæcutiens & felicitatem vnicè aspiciens, gloriam debitum præmium virtutis & literarum cultoribus inuidet, & eos liuida intuetur facie, dente canino arrodens, quæ gustare non valet: at liuore post fata quiescente, debitam gloriam & venerationem non obtinent morituram. Hanc gloriam vt virtutis præmium pro meritis dum conceditur; summi viri magnopere existimarunt, & vt honestam expetendam esse docuerunt, eam omnibus alijs rebus præferendo. Polybius præclarè hac in re: Τὸ μὲν ἀργύριον ἐστὶ κοινόν τι πάντων ἀνθρώπων κτῆμα. Τὸ δὲ καλὸν, καὶ πρὸς ἔπαινον καὶ τιμὴν ἀνῆκον. Θεῶν καὶ τῶν ἔγγιστα τούτοις πεφυκότων ἀνδρῶν ἐστί. Argentum quidem, *inquit*, & pecunia est communis omnibus omnium hominum possessio; at honestum, & ex eo laus & gloria Deorum est, & eorum qui à Dijs proximi censentur. *Sed meliorem & maiorem honorem, nempe æternum, nunquam finiendum promittunt sacræ literæ ijs, qui, vt*

Apostolus loquitur Rom. 2. v. 7. Secundum patientiam boni operis quærunt Δόξαν καὶ τιμὴν, *Gloriam & honorem; vitam enim æternum à Deo accepturi sunt: nomen melius à filijs & filiabus, nomen sempiternum quod non peribit; vt Isaias Cap. LVI. v. 5. pronuntiat. Hoc modo mortem superbam non solum superare, sed & vltra spatia temporis, mundi fines, memoriam hominum nomen suum extendere & Sanctorum vniuersitati cælesti gloriosum reddere licebit, Via qua ad hunc sublimem honorem ascenditur virtutis & bonorum operum studij nomine venit; inter quæ, iuxta Eusebium, eminet & quasi caput exerit opera in illustranda fidei doctrina collata. Quod præ primis Hebraicæ literaturæ studio peragitur, eo enim sacra illustrantur oracula, veritasque fidei Christianæ contra perfidiam Iudaicam euincitur. Scitum est quod habetur apud ipsum lib. secundo de fide.* Qui pudicitiam *inquit* colit, bonus est sibi, & qui ieiunat, etiam si bonum faciat opus, tamen sibi; & qui miseretur, & sibi misericordiam parat, & ei cui præbet. Qui autem Religionem secundum veritatem docet, & sibi vitam æternam adquirit, & omnibus qui docentur. *Et paulo post:* Non ego bonos actus accuso: sed sicut stella stellæ præfert gloria, ita & actus actibus differunt honore. *Hinc Iuuencus, Poëta Christianus, qui claruit sæc. IV. circa Annum* 331. *Et euangelicam Historiam lib. IV. versibus hexametris expressit, tantum operi suo detulit, vt merito illius in vltimo iudicio, omnia dum incendio & ruinæ vniuersali erunt exposita, se propitium Iudicem inuenturum confisus sit. Sic enim inquit:*

Nec metus, vt mundi rapiant incendia secum
Hoc opus, hoc etenim forsan me subtrahet igni
Tunc, cum flammiuoma descendet nube corruscans
Iudex, altissimi genitoris gloria Christus.

Vitam ergo æternam & nomen verè sempiternum Deus trinus & vnus vt benignè promisit sic fideliter reddet solidæ eruditionis & veræ pietatis cultoribus in mercedem operum sacra fidei dogmata illustrantium, quæ mundus nec ingratus compensare solet, nec gratus potest.

Vale beneuole Lector, & Magnam Biblioth. Rabb. magni Bartoloccij ingenij monumentum venerando persolue, Hebraicamq; literaturā omni studio pro viribus in solius Dei gloriā, & Cathol. Ecclesiæ commodum promoue. Dabam Romæ An. 1692. *die* 28. *Septemb.*

Errata in hac Præfatione corrigenda.

Pag. viij. lin. 10. *contigit* lege *contingit*. Lin. 15. רמעעני, lege רמטעני Lin. 28. *creatione* lege *erectione*.

REPERTORIVM
LIBRORVM OMNIVM
IN QVADRIPARTITO OPERE
BIBLIOTHECAE MAGNAE RABBINICAE
DESCRIPTORVM,
SEQVENTI MATERIERVM ORDINE DIGESTVM.

Traductores, siue Interpretes. Scripturales, siue Expositores Sac. Scripturæ. Masoretici. Concionatores. Cabalistici. Rabbinorum Expositores. Theologi. De Aduentu Messiæ. Ascetici, Ethici, & Morales. Legales, siue de Republica, & Synagoga Hebræorum agentes. Miscnici, Ghemaratici, & Talmudici. De Festis, Ritibus, & Machazorim Hebræorum. Philosophi. Medici. Politici. Mathematici. Musici. Arithmetici. Geometri. Astrologi, siue Astronomi. Cosmographi, Geographi, & Chorographi. Chronologi, siue Chronographi. De Annis, & Mensibus Hebræorum. De Mensuris, Ponderibus, & Nummis Hebræorum. Historici. Rhetores, Poetæ, & Grammatici. Varia.

TRADVCTORES, SIVE INTERPRETES.

RABBI Abraham bar Chasdài, *Bilances iustæ Aluamàth Algazel, ex Arabic. in Hebr.*

R. Abraham Iudæi, *Libellus de Natiuitatibus, ex Arabic. in Lat.*

Almanach perpetuum, ex Arabic. in Lat.

R. Abraham ben R. Meir de Balmis, *Commentarij Auerrois in 8. libros Topicorum Aristotelis, Elenchorum, & Physicorum, ex Hebr. in Lat.*

R. Abraham ben Meìr aben Ezræ, *Liber de Astrologia Iudiciaria ex Arabic. in Hebr.*

Abubacher, *Tractatus Philosophici R. Mo-sis ben Iosue Isai, ex Arabic. in Hebr.*

Akilàs, seu Aquila, *Pentateuchum, Prophetæ, & Hagiographa, ex Hebr. in Græc.*

Alì Ismaelita, *Epistola Didascalica, & Ethica Aristotelis, ex Græc. in Arabic.*

R. Chananiàh ben Isaaci Haiotzerì, *Eruditiones Philosophorum, in ling. Arabic.*

R. Chasdài Kreskàs, *Bilances iustæ, in ling. Hebr.*

R. Dauid ben Isaac de Pomis, *Ecclesiastes Salomonis in ling. Italic.*

R. Dauid de Lara, *Ænigma super quatuor Elementa R. Abraham aben Ezræ, in Ling. Lat.*

R. David Pardo, *Obligationes cordium, ex Hebr. in Hisp.*

Deboræ vxoris Iosephi Ascarelli, *Habitaculum*

gebra, *ex Lat. in Hebr.*

Acta Apostolorum, *ex Lat. in Hebr.*

R. Iehudàh ben Iosepħ, *Opera Astrologica Ali ben Ragel*, *ex Arabic. in Hisp.*

R. Iehudàh ben Kardanièl, *Liber Cuzari*, *ex Arabic. in Hebr.*

R. Iehudàh ben R. Mosis Haçohèn, *Opera Auicennæ De Stellis fixis*, *ex Arabic. in Hisp.*

R. Iehudàh ben R. Salomonis ben Aleophnì, *Liber Hattappùach Pomi*, *ex Arabic. in Hebr.*

Liber Animæ, *ex eadem Lingua.*

R. Iehudàh bar Saul aben Tybbòn, *Opera Grammaticalia R. Ionæ ben Ganàch*, *ex Arabic. in Hebr.*

Liber obligationis cordium R. Bechaij Senioris, *ex Arabic. in Hebr.*

Epistola resurrectionis mortuorum ex eadem lingua.

R. Iehudàh Tzeuì, *Clauis Legis sanctæ*, *De modo intelligendi sacram Scripturam, & quomodo interpretari*, *& exponi debeat.*

Immanuelis Tremelij, *Lib. Vet. ex Hebr. in Lat.*

R. Iodà bar Salomonis, *Eruditiones Philosophorum*, *ex Arabic. in Hebr.*

Iom Tòu Atiàs, *Vetus Test. ex Hebr. in Hisp.*

R. Ioseph Berrabbì Isaaci aben Satanas, *Talmud Babylonicum*, *ex Hebr. in Arabic.*

R. Ioseph Pardò, *Obligatio cordium R. Bechaij senioris*, *ex Hebr. in Hisp.*

R. Isaaci Albalàg, *Liber de varijs opinionibus Philosophorum*, *ex Arabic. in Hebr.*

R. Isaaci ben Chanèn, *Opera Aristotelis in ling. Hebr. translata.*

R. Isaaci Choèn, *Euclidis Megarensis*, *ex Græc. in Arabic.*

R. Isaaci ben Chonàim, *Quindecim libri Elementorum Euclidis ex lingua Agarenica in ling. Hebr.*

R. Krekàs Vidàl de Kiſclàd, *Liber de Medicina Magistri Barnabæ de la Noue*, *ex Lat. in Hebr.*

R. Meir Mediei, *Ethica Aristotelis in linguam Hebræam versa.*

R. Menachèm bar Nathanèl, *Demonstrans lectionem*, *ex Arabic. in Hebr.*

R. Mosis ben Iosuè Isài ben Dauid, *Abu Achmàd Algozali de opinione Philosophorum*, *ex Arab. in Hebr.*

R. Mosis de Kiriàth Iearìm, *Tabula Astronomica lium postulantium, aliaque Opuscula R. Mosis de Reate*, *ex Hebr. in Italic.*

Dominici Ierosolymitani, *Testamentum nouum*, *ex Lat. in Hebr.*

R. Elias Haiehudì, *Commentarij Auerrois super Meteora Aristotelis*, *ex Arabic. in Lat.*

Eiusdem, *Quæstiones in Libr. Priorum Aristotelis*, *& de Substantia Orbis*,

Farragi Iudæi, *Taeuini ægritudinum*, *& morborum*, *ex Arabic. in Lat.*

Francisci Iunij, *Libri Vet. Test. ex Hebr. in Lat.*

Iacobi Auendana, *Sex ordines Misenæ in Ling. Lat.*

R. Iacob ben R. Elehanàn, *Liber Nascim*, *ex Germanic. in Italic.*

R. Iacob bar Iudæ, abèn Kastièl, *Tractatus de Chirurgia*, *ex ling. Lat. in Hebr.*

R. Iacob Kantz, *Tractatus R. Mosis Almosenini de mirabilibus Vrbis Constantinopolitanæ*, *ex Hebr. in Hisp.*

R. Iacob Mantini, *Morè hannenuchìm*, *ex Hebr. in Lat.*

Præfatio R. Mosis Bar Maijmonis in Massèchet Auòth, *ex Hebr. in Lat.*

De Canonibus vniuersalibus curationis doloris capitis, *ex Arabic. in Lat.*

Expositio Auerrois in Introductionem Porphirij, *in Lat.*

Paraphrasis Auerrois in libros Platonis de Repub. in Lat.

R. Iacob bar Mosis ben Acsà, *Commentarij R. Mosis bar Maijmonis super Misenaijòth*, *ex Arabic. in Hebr.*

R. Iacob bar Samsonis Antolì, *Liber Alphragani de motibus Cælorum*, *ex Arabic. in Hebr.*

Decem Prædicamenta Aristotelis, *ex Arabic. in Hebr.*

R. Iehudàh Al-eharizì, *Director perplexorum*, *ex Arabic. in Hebr.*

Epistola Didascalica Aristotelis, *ex Arabic. in Hebr.*

Liber Galeni de Anima, *ex Arabic. in Hebr.*

Ænigmata, *& Apophtegmata Philosophorum*, *ex Arabic. in Hebr.*

Machabberèth Ithièl Charirì, *ex Arabic. in Hebr.*

Commentarij in Misenaijòth R. Mosis Ægyptij, *ex Arabic. in Hebr.*

R. Iehudàh Iona, *Quatuor Iesu Christi Euan-*

lotti, *ex Lat. in Hebr.*

R. Isaaci ben Reuben Albarzelloni, *Liber emptionis, & venditionis R. àu Haài Gaòn, ex Arabic. in Hebr.*

R. Isaaci ben Salomonis Israelitæ, *Galenus super Hippocratem, Hebraicè.*

R. Isaaci Scialèm, *Capitula Patrum, ex Hebr. in Italic.*

R. Kalonymos ben Kalonymos, *Commentarij Auerrois in libros Aristotelis de Physico auditu; de Metaphysica; de Anima beatitudine, & Epistola de intellectu, ex Arabic. in Hebr.*

SCRIPTVRALES, SIVE EXPOSITORES SAC. SCRIPTVRAE.

R. Abbà, *Commentarium super Genesim, & Exodum.*

R. Abdias Sphorni, *Intentiones in Legem.*

Lux nominis Domini, Expositio literalis in Legem.

Elucidatio super quinque parua Volumina.

Expositio in Psalmos.

Aben Scioèu, *Commentarium in Pentateuchum.*

Aben Sophiph, *Commentarium in Legem.*

R. Abraham, *Explanatio in Cant. Cantic.*

R. Abraham Ariè de Mutina, *Expositio omnium vtensilium Templi Hierosolymitani.*

R. Abraham ben Asser, *Glossarium magnum libri Geneseos.*

R. Abraham Eliæ, *Explanatio super 13. modos exponendi Scripturam Sacram.*

R. Abraham Ferrar, *Explanatio in 613. præcepta legis Mosaici.*

R. Abraham haleuí ben R. Isaac Tamach, *Elucidatio Cant. Cantic.*

R. Abraham ben R. Iudæ Chasàn, *Compositiones collectaneæ in Prophetas omnes, & in Hagiographa.*

R. Abraham Leui, *De supputatione septimanarum Danielis.*

R. Abraham ben Isaac Laniado, *Puncta argentea, Explanatio Cant. Cantic.*

R. Abraham ben R. Isaac Zahalòn, *Salus Dei, Commentarius in volumen Esther.*

R. Abraham bar Isaac Tzèmach Leui, *Commentamicæ Alphonsinæ, ex Lat. in Hebr.*

R. Mosis Narbonensis ben R. Iosuè Isài ben Dauid, *Liber illius qui vnit Abù Achmàd Algozali, ex Arabic. in Hebr.* Item

Liber De prouidentia Diuina.

Liber de vtilitate Logices.

R. Mosis aben Tybbòn, *Liber Euclidis, ex Arab. in Hebr.*

Selectæ margaritæ, ex Arab. in Hebr.

Liber præceptorum vsualium R. Mosis Ægyptij, ex Arabic. in Hebr.

R. Mattathias Kartìn, *Liber Morè Hanneuuchìm in versus Hebraicos traductus.*

R. Nathàn Iedidiàh ben Elièzer, *Carmina Hebraica & Spiritualia R. Bechaij bar Ioseph, ex Hebr. in Ital.*

Pelonì Almonì, *Expositio dictionum, quæ in Machazore Germanorum difficiliora reperiuntur.*

Pelonì Almonì, *Expositio 12. versuum, qui in parte Aquilonari Synagogæ Toletanæ in marmoreo lapide insculpti erant.*

Pelonì Almonì, *Liber quatuor Euangeliorum ex Lingua Chaldaica in Arabicam versus.*

Pelonì Almonì, *Libri octo Abu Almasar de magnis coniunctionibus, annorum reuolutionibus, ac profectionibus, ex Lingua Arab. in Hebr.*

R. Salomonis, *Liber sufficientiæ Physicorum Auicennæ, ex Arab. in Lat.*

R. Salomonis ben Mosis de Algerio, *Liber de Cœlo, & Mundo Abèn Tzenæ, ex Arabic. in Hebr.*

R. Salomonis aben Tybbòn, *Opus Logicum R. Mosis ben Maijmonis, ex Arab. in Hebr.*

R. Samuelis ben Banàst, *Consolatio Boetij, Traductio libelli Boetij de Consolatione Philosophiæ in linguam Hebræam.*

R. Samuelis ben Iudæ aben Tybbon, *Commentarij R. Mosis Ægyptij in Pirkè Auòth, ex Arabic. in Hebr.*

R. Scem Tòu ben R. Isaac Sciprùt, *Lapis lydius, Euangelium Matthæi, ex Lat. in Hebr.*

Opera Medica Almansoris, ex Arabic. in Hebr.

R. Todròs ben Mesciullàm ben Dauid Todròs, *Oculi Iudicij, ex Arab. in Hebr.*

R. Isaaci Leuì, *Physica R. Abèn Tybbòn, ex Hebr. in Lat.*

R. Isaaci Nathan, *Concordantiæ Fratris Ar-*

R. Elias ben Làma, *Iubilatio amicorum, Comment. in Cant. Cantic.*

R. Elias ben Mosis, *Explicatio praeceptorum legis.*

Eliæ Leucntani, *Commentarij in Biblia.*

R. Eliezer ben Eliæ Aschenazi, *Augens doctrinam, Commentarium in Librum Esther.*

R. Eliezer ben R. Gabriel de domo Galikæi, *Elucidatio in librum Ecclesiastes.*

R. Elisciàa Galiko, *Explanatio in quinque volumina, Cant. Cantic. Ruth Threnos Ieremiæ, &c.*

R. Ephràim Legin, *Vas Pretiosum, Commentarij super Pentateuchum.*

R. Ghedalià ben R. Ioseph Iachijà, *Liber Ghodolia, Explicatio versiculorum omnium Legis scripta.*
Liber Beatitudinum, Explicatio Psalmi 119. Beati immaculati in via, &c.
Liber Sectionum Pentateuchi.

R. Iacob Baràu, *Collectio librorum, Instructiones, & Regulæ ad faciliùs intelligendum stylum, & methodum Prophetarum.*

R. Iacob ben Isaaci Tzahalòn, *Liber salutum Iacob, Commentarij in vniuersam Isaiæ Prophetiam.*

R. Iacob Katòn, *Prologus in Mosen.*

R. Iacob de Lijeskas, *Eloquia suauia, Nouellæ Expositiones in Legem.*

R. Iacob bar Samsonis Antoli, *Stimulus discipulorum, Expositio Philosophica super Pentateuchum Mosis.*

R. Iacob Vvilithkàsc, *Commentarium in Legem Mosis.*

Iasonis Thessalonicensis, *Altercatio Iasonis, & Papisci, de prima voce Berescith.*

R. Iedaaiàh ben Abraham Happenini, *Elucidatio super dicta allegorica Midràsc Thèillim.*

R. Iehudàh Iudas Albèlda, *Principium scientiæ, Commentaria in Legem.*

R. Iehudàh Ariè, *Biblia magna.*
Cor Leonis, Commentarium in Legem.

R. Iehudàh Betzalèl, *Gloria Israelis, Comment. in Legem.*

R. Iehudàh bar Alàai, *Commentarius in Librum Leuitici.*

R. Iehudàh bar Ioseph Barsani, *Expositio in librum Iob.*

R. Iehudàh ben Ioseph Cæsaraugustani, *Commentarius in Cant. Cantic.*

R. Abraham ben Meir Aben Ezræ, *Commentarij in omnes Sacrorum Bibliorum libros.*

R. Abraham Menachem Porto, *Munus confusum, Explanatio in Pentateuchum Mosis.*

R. Abraham ben Mordachài, *Commentarium in librum Iob.*

R. Abraham bar Mosis, *Comment. in Cant. Cantic.*

R. Abraham Sabà, siue Saadià, *Fasciculus myrrhæ, Commentarij super Pentateuchum.*
Fasciculus argenteus, Comment. in Cant. Cantic.

R. Abraham ben Samuel Ghedalià, *Fœdus Abrahæ, Commentarij in Sac. Scripturam.*

Abù Alpharàgh, *Commentarium super Pentateuchum.*

R. Aharòn ben Ioseph, *Explanatio in Pentateuchum.*

R. Akibà ben Ioseph, *Liber mensuræ, Commentarius in Exodum.*

R. Alexandri de Franciscis, *Notulæ super primum, & secundum Librum Pentateuchi.*

Aristoboli Senioris, *Commentarij in Legem Mosis.*

R. Becchaij ben Ascèr, *Elucidatio in Legem Mosis.*

R. Baruch aben Baruch Iazià, *Elucidationes libri Koèleth, Ecclesiastes, Ben Dauid.*

R. Chaiim de Botzolo, *Expositio super Pentateuchum Mosis.*

R. Chaiim Chaurijà, *Expositio in Sac. Scripturam.*

R. Chananèlis bar Tanchùm, *Expositio super 301. Iudaica præcepta.*

R. Chananiàh Ibn Iakàr, *Psalmi Psalmorum.*

R. Chizkiàh ben Manòach, *Commentarius literalis, & mysticus in Pentateuchum Mosis.*

R. Dauid ben Ioseph, ben Kimchi, *Commentaria in Sac. Scripturam.*

R. Dauid Prouincialis, *Vrbs Dauid, Expositio in Legem.*

R. Dauid Vitalis, *Corona Legis, De 613. Legis præceptis ex Pentateucho Mosis.*

R. Eliakim bar Nephtali, *Commentarij in Cant. Cantic.*

R. Elias ben Elkanà, *Explanatio dictionum difficiliorum, quæ reperiuntur in Prophetis, & Hagiographis.*

tionum, Dilucidatio Sac. Scripturæ.

R. Ioseph ben Samuelis Tzarphati, *Præfatiuncula super Biblijs Magnis Bombergianis.*

R. Ioseph Titatzàk, *Frutescens Ioseph, Commentarius in librum Ecclesiastes.*

Expositio super nonnullos Psalmos Dauid.

Panis absconsionum, Commentarius in V. Libellos, & in Danielem.

R. Ioseph Tou Alèm ben R. Samuelis, *Commentarium in Legem.*

R. Isaaci ben Abrahami, *Explanatio in Ecclesiastes.*

R. Isaaci Abrauanelis, *Commentarij in Legem, aliosque Libros Sac. Scripturæ.*

De Prophetia Mosis.

Dissertatio de libro Legis, quem Chizkias, seu Sacerdos inuenit. 2. Reg. 17. 22. 8.

Dissertatio de nube operiente Tentorium conuentus, & gloria Domini implente Tabernaculum. Exod. 40. 34.

Dissertatio de Sacrificijs. De morte, & sepultura Mosis. Deuter. 34.

Vtrum Elias mortuus sit nec ne? & in quo loco sit? 2. Reg. 2.

R. Isaaci Adarbì, *Expositiones variæ.*

R. Isaaci Aràma, *Ligatio Isaaci, Magnum Syntagma super Legem Mosaicam.*

Commentarius in V. paruos libellos.

R. Isaaci Athias, *Thesaurus Præceptorum, De Præceptis Legis Mosaicæ.*

R. Isaaci Cohèn ben Salomonis, *Comment. in Iob.*

R. Isaaci ben Dauid, *Comment. in Visiones Isaiæ, Ezechielis, & Zachariæ.*

R. Isaaci bar Eliæ Scenè Hitzcà, *Liber centum mensurarum, Explicatio* 100. *præceptorum Legis Mosaicæ.*

R. Isaaci Hannasì, *Expositio allegorica in Pentateuchum.*

R. Isaaci Iaabètz ben Salomonis Iaabètz, *Lex pietatis in Hagiograpba, & quinque parua Volumina.*

R. Isaaci ben R. Iom Tòu, *Roborans me, Explanatio super omnes Sectiones Pentateuchi.*

R. Isaaci Karo, *Generationes Isaaci, Explanatio Pentateuchi.*

R. Isaaci aben Latiph, *Commentarius in Ecclesiastes.*

R. Isaaci de Lattes, *Porta Sion, Expositio*

e *præ-*

Commentaria in nonnulla præcepta affirmatiua.

R. Iehudàh bar Mosis bar Danielis Romani, *Expositio in Psalmum* 29. *& super quinque vltimos Psalmos, quibus Halleluiàh præponitur.*

Expositio super quinque parua Volumina, Cantica Canticorum, Ruth, Threnos, Ecclesiastes, Esther.

R. Immanuelis bar Salomonis, *Comment. in Cant. Cantic.*

R. Immanuelis Beneuentani, *Expositio in Prouerbia Salomonis.*

R. Ioab Hakkatàn, *Expositio in Psal.* 72.

R. Iochanàn Alemàn, *Oculi Congregationis, Explanatio in Legem.*

Desiderium Salomonis, Expositio Cant. Cant.

R. Ioelis aben Scioèu, *Lapis densus, Commentarius in Legem.*

Formidabilis laudibus, Expositio in Psalmos,

Expositio in Threnos Ieremiæ.

R. Iom Tòu bar Abrahami Ascuilì, *Corona nominis boni, Comment. super singulas Parasciòth.*

R. Iona aben Ezræ, *Opus in Legem, & Prophetas omnes.*

R. Ioseph Anabbì, *Allegoricæ Expositiones de Adamo, Eua, Paradiso voluptatis, serpente, & fructu arboris vetitæ.*

R. Ioseph Bathùr Sciòr, *Nouellæ explanationes in Legem Mosis.*

R. Ioseph Aben Caspì, *Cochlearia argentea, Expositio in Threnos.*

R. Ioseph ben R. Chaijm Tzarphati, *Filius Ioseph, Expositio in Legem.*

R. Ioseph Chiuàn, *Expositio in Psalmos.*

R. Ioseph ben D. Dauid ben D. Ioseph aben Iachijà, *Commentarium in omnia Hagiographa.*

R. Ioseph discipuli Harrambàm, *Comment. in Cant. Cantic.*

R. Ioseph Gigatella, *Expositio in currum Ezechielis.*

R. Ioseph Hadaijan, *Decem verba, Expositio super Decalogum.*

R. Ioseph Iaabètz, *Comment. super Psalmos.*

R. Ioseph bar Salomonis, *Comment. in Cant. Cantic.*

R. Ioseph ben Samuelis parui, *Liber Tradi-*

Prophetia onerosa Mosis, Supercomment. in librum Esther.
Facies Mosis, Expositio in Pentateuchum.
R. Mosis Alpalàs, *Commentarij in librum Ecclesiastes.*
R. Mosis Alscèch, *Commentarij in Sac. Scripturam.*
R. Mosis Haddarsciàn, *Commentarij in Legem.*
R. Mosis ben Iacobi Mikòtzi, *Samàgh, Liber praeceptorum magnus.*
R. Mosis ben R. Isaaci Kalaiò, *Roma aurea, Commentarij in Cant. Cantic.*
R. Mosis ben Israèl, *Pretium vini, Explanatio libri Esther.*
R. Mosis Kalaiò ben R. Isaaci, *Expositio in Cant. Cantic.*
R. Mosis de Leone, *Commentarij super Genesim, & Exodum.*
R. Mosis Leui Kotzìn, *Coenaculum parietis paruum, Explanationes in Pentateuchum.*
R. Mosis ben Maiemonidis, *Director perplexorum.*
Tredecim articuli Legis Mosis.
R. Mosis Matzoruedì ben R. Iudae Marolì, *Liber praeceptorum Legis.*
R. Mosis bar Nachman, *Elucidatio in Legem.*
Commentarij in Iob.
Arcana Legis, de mysterijs Legis.
Ministerium Leuiticum, Explicatio 613. Praeceptorum Mosaicorum.
R. Mosis Nàgiara, *Doctrina bona, Expositio in Pentateuchum Mosis.*
R. Mosis Prekij, *Recordatio Legis Mosis.*
R. Mosis de Trani, *Capitulum Cantici* Cantemus Domino, &c. *cum expositione.*
R. Nachùm ben Hakannà, *Liber admirabilis, Commentarius Cabalisticus super Pentateuchum.*
R. Nathàn Spira, *Volumen profunditatum, Expositiones super tria capita versiculorum Paraschae Vaethchanàn,* & deprecatus est. *Cap. 3. v. 13. Deuter.*
Pelonì Almonì, *Epistola Samuelis, Expositio Historica, & Theologica in 1. & 2. Reg.*
Pelonì Almonì, *Epistola Samuelis, Explanatio libri Ruth.*
Pelonì Almonì, *Lux Legis, Explanatio libri Esther.*
Pelonì Almonì, *Glossarium magnum allegoricum praeceptorum, quae in singulis sectionibus Mosaicis extant.*
R. Isaaci Leonis ben Eliezer, *Commentarium in Volumen Esther.*
R. Isaaci Mordachài Ghersciòn, *Pax Esther, Commentarij in librum Esther.*
R. Isaaci ben Perlì, *Comment. in 112. praecepta negatiua.*
R. Isaaci ben Samuelis Adarbì, *Explanatio in Pentateuchum Mosis mystica.*
R. Isaaci ben Scimscionis, *Commentarij in Psalmos, Prouerbia, & libros Samuelis.*
R. Isaaci Vvolff ben R. Meir, *Liber Capitulorum Cantici, Commentarij in varia Scripturae loca.*
R. Isaias de Trani, *Obseruationes super Pentateuchum.*
R. Leui ben Ghersciòm, *Commentarij in omnes libros Sac. Scripturae.*
R. Meir bar Baruch, *Obseruationes circa textum Biblicum.*
R. Meir ben R. Isaaci Aràma, *Illuminans Iobum, Commentarius in Iob.*
Illuminationes, & perfectiones, Commentarius in Isaiae, & Ieremiae Prophetias.
Illuminans laudes, Commentarius Philosophicus super Psalmos Dauidicos.
R. Menachèm ben R. Iacobi Porto, *Munus confusum, Expositio in Pentateuchum.*
R. Menachèm de Rekanati, *Commentarij in Legem, via Cabalistica, & allegorica.*
R. Menachèm Tamàr, *Elucidatio Legis Mosaicae.*
R. Menascè ben Ioseph ben Israel, *Liber aspectuum, Index omnium locorum Sac. Scripturae.*
R. Michaelis ben Sciabbathài, *Expositio in Psalmum 29.* Afferte Domino, &c.
R. Mordachài Cohèn, *Elucidatio quinque librorum Legis Mosaicae.*
R. Mordechài Iaphè, *Commentarij in Legem.*
R. Mordechài Margolit, *Zohar nouum, Cabalisticae Expositiones Legis.*
R. Mordechài Nathàn, *Illuminans viam, Concordantia Hebraica.*
R. Mosis Albelda, *Initium scientiae, Elucidatio in Legem.*
Holocaustum iuge, Explanatio literalis, & mystica super Pentateuchum.
R. Mosis Almoscnini ben R. Baruch, *Manus Mosis, Expositio quinque libellorum.*

Pelonì Almonì, *De 301. Praeceptis Legis Mosaicæ.*

Pelonì Almonì, *Commentarij in Cant. Canticorum.*

Pelonì Almonì, *Reuelatio secreti, Commentarij in sectiones Pentateuchi.*

Pelonì Almonì, *Forma Candelabri cum septem calamis, quibus descriptus est Psalmus* 67. Deus misereatur nostri,&c.

Pelonì Almonì, *Diuersitates inter Occidentales, & Orientales lectiones in textu.*

Saadiàh Gahòn, *Commentarium in Legem, & in Danielem.*

R. Salomonis ben Abraham Algazì, *Dilectio sæculi, Syntagma quadripartitum in Legem.*

R. Salomonis ben Abraham ben Samuelis, *Tabernaculum statuti temporis, de synonymis vocabulis Sac. Scripturæ.*

R. Salomonis Alkabètz, *Domus Domini, Commentarius super historiam Ruth.*

R. Salomonis Ataià, *Super Psalmos.*

R. Salomonis ben Chanòch, *Reuelans profunda, Expositio Philosophica super nonnulla Pentateuchi loca magis difficiliora.*

R. Salomonis Duràn bar R. Tzèmach, *Desiderium Salomonis, Expositio in Prouerbia Salomonis.*

R. Salomonis Ephràim, *Vas pretiosum, Commentarium in Legem.*

R. Salomonis ben Gabrielis, *Cortina Caprarum, Commentaria in Legem.*

R. Salomonis Hathiàs, *Commentarium in Psalmos.*

R. Salomonis Isaacites, *Commentaria in Legem.*

R. Salomonis ben Isaaci de Marino, *Ordinatio mundi, Explanatio in Isaiam Prophetam.*

R. Salomonis Leuitæ, *Additiones notabiles ad Postillam Nicolai de Lyra in totam Scripturam.*

Scrutinium Scripturarum in duos libros diuisum.

R. Salomonis Leuitæ ben Alkabètz, *Commentarij in Volumen Ester.*

R. Salomonis Kimchi, *In priores, & posteriores Prophetas.*

R. Salomonis ben Mazàl Tòu, *Commentarij in totum Pentateuchum.*

R. Salomonis aben Melech, *Perfectio pulchritu-*

cum in Threnos Ieremiæ Phrophetæ.

Pelonì Almonì, *Cerua demissa, Commentarius in 613. Præcepta Mosaica.*

Pelonì Almonì, *Filius scientiæ, Explanatio in Psalmos.*

Pelonì Almonì, *Fœdus Leui, Commentarium in cap. 4. Deuter.*

Pelonì Almonì, *Ambulans perfectè, Commentarij in Leuiticum.*

Pelonì Almonì, *Splendor Domini, Commentarius in Pentateuchum.*

Pelonì Almonì, *Limbus aureus, Explicatio in Psalmos.*

Pelonì Almonì, *Liber Trepidantium, Explicatio 613. Præceptorum Iudaicorum.*

Pelonì Almonì, *Manus Absalonis, Commentaria in librum Prouerbiorum.*

Pelonì Almonì, *Expositio super aliquot Psalmos, & super 13. attributa Dei.*

Pelonì Almonì, *Expositio 248. Preceptorum affirmatiuorum.*

Pelonì Almonì, *Expositio Currus Ezechielis.*

Pelonì Almonì, *Liber Nouellarum expositionum in Pentateuchum Mosis.*

Pelonì Almonì, *Commentaria in Prouerbia Salomonis.*

Pelonì Almonì, *Commentarius Cabalisticus in Pentateuchum Mosis.*

Pelonì Almonì, *Expositio in Legem.*

Pelonì Almonì, *Explicatio difficiliorum vocabulorum Pentateuchi.*

Pelonì Almonì, *Exite & expectate, Commentarius in Leuiticum.*

Pelonì Almonì, *Liber Genesis Cabalisticè explicatus.*

Pelonì Almonì, *Commentarius allegoricus in Threnos Ieremiæ.*

Pelonì Almonì, *Commentatio allegorica in Prouerbia Salomonis.*

Pelonì Almonì, *Antiquorum Rabbinorum Expositio allegorica in Pentateuchum.*

Pelonì Almonì, *Expositio allegorica Samuelis magna.*

Pelonì Almonì, *Surgens diluculò ad bonum, Expositio allegorica antiquorum Rabbinorum super Psalmos, Cant. Cantic. & Prouerbia.*

Pelonì Almonì, *Expositio in Librum Leuiticum.*

Pelonì Almonì, *Expositio allegorica super Psalmos.*

R. Todròs, *Commentarium super sac. Scripturam.*

Touiàh Halleuì, *Liber gratiæ bonæ*, *Declaratio quamplurium locorum Pentateuchi.*

MASORETICI.

R. Dauid ben Ioseph ben Kimchì, *Calamus scribæ*, *De Masorà, & Accentibus.*

R. Elias Halleuì, *Traditio traditionis*, *Liber Masoreticus.*

R. Ioseph Sason, *Oleum letitiæ*, *Liber Masoreticus.*

R. Ioseph ben R. Sceniàh, Munus Sacerdotis, *Collectanea Masoretica in V. libros Mosis.*

R. Meir Angel, *Masorà fœderis*, *Liber Masoreticus.*

R. Meir Halleuì, *Sepes Legis, super Masorà.*

CONCIONATORES.

R. Abdias ben Ephràim, *Liber intelligentiæ temporum*, *Conciones pro festiuitatibus, aliisque anni temporibus.*

R. Abdias Sphorni, *Verba iucunda*, *Conciones in Legem.*

R. Abraham bar Ismaèl, *Fasciculus Concionum.*

R. Abraham aben Mègas, *Liber gloriæ Dei*, *Conciones super Pentateuchum.*

R. Abraham ben R. Meir de Balmis, *Sermo de substantia Orbis.*

R. Abraham Moron, *Candelabrum lucis*, *Conciones in quibus explicantur varia loca sac. Script.*

R. Aharòn Cohèn, *Liber Generationum Aaronis*, *Concionatorius*, *& Moralis.*

R. Aharon ben Ioseph Sasòn, *Barba Aaron*, *Conciones in Pentateuchum.*

Almosenini, *Sermones elegantes.*

R. Barrèch Iazià, *Semen benedictum*, *Conciones super sectiones Pentateuchi.*

R. Chaijm bar Abraham, *Liber Legis Sapientis*, *Conciones prolixæ super omnes sectiones Pentateuchi.*

R. Chaijm bar R. Samuelis, *Fasciculus vitæ*, *Liber Concionum.*

R. Dauid, *Liber graduum*, *Conciones in Legem.*

R. Da-

chritudinis, *Commentaria in vniuersa Biblia.*

R. Salomonis ben Tzèmach, *Amans Iudicium*, *Expositio in Iob.*

Gloria Israelis, *Expositio in Esther.*

R. Salomonis Valerij, *Explanationes super quinque Volumina.*

R. Samuelis Aripol, *Cor Sapientis*, *Expositio in Ecclesiastem.*

Commentarius in Psalmum 119.

R. Samuelis Attijà, *Commentarium super Psalmos.*

R. Samuelis Cophnì, *Allegoriæ super totum Pentateuchum.*

R. Samuelis Iaphè ben R. Isaak Iaphè, *Liber pulchritudinis formæ*, *Commentarius super Exodum.*

R. Samuelis ben R. Iudæ Valerij, *Visio testimonij*, *Commentarium in Danielis Prophetiam.*

Manus Regis, *Commentarius in lib. Esther.*

R. Samuelis Lanijàdo, *Vas desiderabile*, *Expositio super Legem.*

Vas pretiosum, Commentarij super Prophetas priores.

R. Samuelis Matanòth Tamàch bar Nissìm, *Expositio super duos libros Chronicorum*, *& Regum*, *& super librum Danielis*, *& Ezræ.*

R. Samuelis Ozidà, *Panis lachrymarum*, *Expositio in Threnos Ieremiæ.*

Epistola exponens libellum Ruth.

R. Scem Tou ben R. Abraham, *Corona boni nominis*, *Expositio in Legem.*

R. Simeonis Alkabètz, *Ceruа amorum*, *super Cantica Cantic.*

R. Simeonis Duran, *Iudicium iustitiæ*, *Commentarius in Iob.*

Nonnulla Expositiones in aliquot loca libri Ruth.

R. Simeonis ben Ioachim, *Commentarij in Ezram*, *Nehemiam*, *& Paralipomenon.*

R. Simeonis ben Iochài, *Zohar Chadàsc*, *super Pentateuchum*, *& quinque parua Volumina.*

Directoria libri Leuitici.

R. Simeonis ben Lakis, *De duplici lege à Mose recepta in Monte Sinài literali*, *& spirituali.*

R. Tanchumà bar Abbà Hadarsciàn, *Commentarium super Pentateuchum.*

XXIII

R. Iosèph ben R. Chaijm Tzarphatì, *Manus Iosèph, Sermones ordinati, secundùm seriem Parasciòth.*
Caput Iosephi, Conciones.
Tribus Ioseph, Conciones triginta.
R. Iosèph Iabètz, *Benignitates Domini, Liber Concionum.*
R. Iosèph bar R. Mosis de Trani, *Absconditi reuelator, Conciones super Pentateuchi sectiones.*
R. Iosèph Samìga, *Via dextera, Liber Moralis, & Concionatorius.*
R. Isaaci de Fano Lugi, *Catechismus pueri, Sermones.*
R. Isaaci Gerson, *Liber quærens Dominum, Conciones.*
R. Isaaci ben Mosis, *Consolationes Dei, Conciones in Legem.*
R. Isaaci ben R. Mosis Biga, *Liber domus fidelis, Conciones.*
R. Isaaci ben Samuelis Adarbì, *Verba pacis, Conciones triginta.*
R. Kalonymos, *Minister Mosis, Conciones, siuè Orationes pro Mose Ægyptio.*
R. Liuua, *Fortitudo Dei, Conciones super omnes Parasciòth.*
R. Menachèm Azarias Mippano, *Conciones, seu Sermones Philosophici, & Cabalistici.*
R. Menachèm Egozì, *Cumulus nucum, Liber Concionum.*
R. Menachèm ben Israel, *Homiliæ 450. Hispanicè.*
R. Menachèm Rabbà ben R. Mosis Rabbà, *Domus conuentus, Conciones pro diebus festiuis.*
R. Menachèm de Nola, *Discursus varij.*
R. Mordechài Cohèn ben R. Isaaci Haccohèn, *Caput Mirrhæ libertatis, Conciones super omnes Parasciòth.*
R. Mordechài Iaphè, *Liber Concionum.*
R. Mosis Albelda, *Explicatio mystica Mosis, Sermones in Pentateuchum.*
R. Mosis Almoscnino ben R. Baruch, *Et congregare fecit Moses, Conciones.*
Roborans virtutem, Liber Concionum pro solemnioribus festiuitatibus.
Formidabilis laudibus, Liber Concionatorius.
Oratio Mosis, Conciones in Legem.
R. Mosis Alpalàs, *Et congregare fecit Moses, Conciones.*

R. David de Corfù, *Laus Dauid, Conciones.*
R. Dauid de Istilla, *Turris Dauid, Conciones in Legem.*
R. Elias ben Ioseph, *Vox exultationis, liber Concionum.*
R. Elias Mantouani, *Conciones super omnes Parasciòth.*
S. Epiphanij, *Oratio de fide Catholica, & Apostolica Ecclesia.*
Ad Phisiologum, & in Die Palmarum *Sermo.*
R. Ephràim Archisynagogi, *Ciuitas fortium, Conciones super Pentateuchum.*
R. Ephràim Liglin, *Racemationes Ephràim, Liber Concionum.*
R. Ghedalià ben R. Ioseph Iachijà, *Liber Concionum.*
Solemnitas minor, Conciones.
R. Iacob de Alba, *Generationes Iacob, Conciones.*
R. Iacob Alù, *Liber Concionum.*
R. Iacob ben Isaaci Tzahalòn, *Varij sermones super omnes sectiones Pentateuchi.*
Lux Concionatorum, De arte concionandi.
R. Iacob ben Machìr abèn Tybòn, *Stimulus discipulorum, Conciones in Legem.*
R. Iechielis Pisaurensis, *Homiliæ.*
R. Iehudàh Iudas, *Liber vitæ, Conciones.*
R. Iehudàh Ariè, *Desertum Iudæ, Conciones.*
R. Iehudàh Betzalèl, *Homiliæ, siue Conciones.*
R. Iehudàh Gaòn, *Liber dispersionum Iudæ, Conciones.*
R. Iehudàh ben Ioseph Muscato, *Liber dispersionum Iudæ, Conciones.*
R. Iehudàh de Padua, *Sermones.*
R. Iehudàh Vega, *Conciones.*
R. Iehudàh Vzielis, *Domus Vzielitæ, Homiliæ super aliquot Sectiones Pentateuchi.*
R. Ioelis aben Scioèu, *Holocaustum Sabbathi, Conciones super aliquot Sectiones Pentateuchi.*
R. Ionà bar Ioseph, *Liber vocis Columbarum, Conciones.*
R. Ioscijàhu ben Ioseph, *Liber argenti electi, Sermones, seu Homiliæ super Sectiones Pentateuchi.*
Liber argenti purgati, Sermones super easdem sectiones.
R. Ioscè Scem Tòu, *Oculus Lectoris, De regulis, & methodo concionandi.*

R. Mat-

varia super omnes sectiones Pentateuchi.
R. Simeonis Almoscenini, *Roborans virtutem*, *Liber Concionum*.

CABALISTICI.

R. Abraham Abulaphia, *Explicatio cabalistica nominis Dei* יהוה
R. Abraham cohèn Irirà, *Liber cabalisticus*.
R. Abraham de Colonia, *Corona bonæ famæ*, *Libellus cabalisticus de nomine* יהוה *quadrilitero*.
R. Abraham ben Dauid Haleuì, *Liber traditionis cabalisticus*.
R. Abraham ben Iechiel cohèn Porto, *Expositiones cabalisticæ aliquarum vocum sac. Script.*
R. Abraham ben R. Isaac de Rimon, *Liber de cabala*.
R. Abraham ben Meir Aben Ezræ, *Liber Secretorum legis*, *cabalisticè*.
Fundamentum legis, *liber cabalisticus*.
Mysterium formæ literarum, *cabalisticè*.
Abraham Patriarcha, *Liber de cabala*.
R. Abraham Prouenzalis, *Opus nominis*, *de nomine Dei* יהוה *quadrilitero*.
R. Aharòn magnus Cabalista, *Liber punctationis*, *& Liber Paradisi*.
R. Akibà ben Ioseph, *Libellus cabalisticus*.
R. Azarias Catalani, *Liber cabalisticus in Legem*.
R. Azarias ben R. Menachèm, *Liber impletionum*, *cabalisticus*.
R. Azarielis Saghì Nahòr, *Liber cabalisticus*.
R. Baruch Hammekubàl, *Pectorale Iudicij*, *Liber cabalisticus*.
R. Berachielis, *Capitula cabalistica*.
R. Chaijm de Botzolo, *Liber putei aquarum viuentium*, *De cabala*.
R. Chaijm Vitalis, Liber Ligni vitæ, *De mysterijs cabalisticis*.
R. Chammài ben Chaninà, *Liber speculationis*, *cabalisticus*.
R. Chammài Ghaòn, *Explicatio cabalistica nominis quadriliteri &c.*
R. Channòch ben Dauid, Visiones Dei, *Liber cabalisticus de tribus visionibus*.
R. Channòch ben Salomonis Constantinopolitani, *De Visione Isaiæ*, *Ezechielis*, *& Zachariæ*.

R. Da-

R. Mattathias Haijetzahrì, *Conciones*.
R. Namàr ben Salomonis, *Lapis auxiliarius*, *Liber Concionum*.
Montes Pardorum, *Conciones*.
R. Nephtalì Aschenazì, *Eloquia elegantia*, *Conciones pro aliquibus diebus festiuis, & Sabbathinis*.
R. Nissìm, *Conciones*.
R. Nissìm Gerundensis bar R. Ruben, *Liber Concionum*.
Pelonì Almonì, *Eloquia munda*, *Conciones super Legem secundum seriem Parasciòth*.
Pelonì Almonì, *Domus firma*, *Liber Concionum*.
Pelonì Almonì, *Domus Vzielis*, *Sermones super nonnullas Pentateuchi sectiones*.
Pelonì Almonì, *Mysticus sermo Samuelis*, *Conciones super Parasciòth*.
Pelonì Almonì, *Accinctus lumbis*, *Liber Concionum*.
Pelonì Almonì, *Pietas Abrahami*, *Liber Concionum*.
Pelonì Almonì, *Liber vitæ*, *Sermones*.
Pelonì Almonì, *Porta Dei*, *Liber Concionum*.
Pelonì Almonì, *Princeps pacis*, *Liber homiliarum*.
Pelonì Almonì, *Amor Sionis*, *Liber Concionatorius*.
Pelonì Almonì, *Tabernaculum Iacob*, *Conciones*.
R. Salomonis Leuitæ, *Numerus verborum Salomonis*, *Conciones præclaræ per Sabbatha, & alias festiuitates annuales*.
R. Salomonis Molchò, *Liber Concionum*.
R. Samuelis Aripol, *Conuentus sapientum*, *Conciones*.
R. Samuelis Hacòhen, *Lumen præceptum*, *& Lux lucida*, *Conciones*.
R. Samuelis ben Iacob à Sasàn, *Verbum Samuelis*, *Conciones*.
R. Samuelis Iaphè, ben R. Isaàk Iaphè, *Pulcher oculis*, *Conciones*.
R. Samuelis Iudæ, *Conciones*.
R. Samuelis de Lombrica, *Liber Concionum*.
R. Samuelis Margolìth, *Lumen nouum*, *Sermones*.
R. Samuelis abèn Sciusèn, *Sabbatha Domini*, *Conciones Sabbathinæ*.
R. Scem Ton, *Libri Concionum*.
R. Scem Tou bar Ioseph Palkerà, *Conciones*

Expositio super mysticam lectionem Paschatis, cabalisticè.

R. Iosèph ben Karnitòl, *Porta iustitia*, *Liber cabalisticus*.

R. Iosèph Salomonis del Medico, *Conflatorium sapientia, de diuersis dubijs scripturalibus inter Cabalistas exagitatis.*

Effractio Iosephi.

Decidua sapientia, Quæstiones cabalisticę.

R. Iosèph ben Vvakàr, *Fundamenta artis cabalistica.*

R. Isaaci bar Samuelis, *Aurum purgatissimum, de cabala.*

R. Israelis ben Mosis, *Liber de Anima, cabalisticè.*

R. Israelis Sarùgh, *Cabala.*

R. Meìr ben Gabài, *Via fidei, De Decem Sephiròth, Numerationibus cabalisticis.*

R. Meìr de Rothenburgo, *Puteus aquarum viventium, Liber cabalisticus.*

R. Meìr ben Todròs, *Coram faciebus, Liber cabalisticus.*

R. Menachèm Auìu, *Vrìm & Thummìm*, *Liber cabalisticus.*

R. Menachèm Azarias Mippano, *Succus expressus Malogranatorum, Liber Theologo-cabalisticus.*

Fons hortorum, cabalisticus.

R. Mordechài Korkòs, *Magnum Volumen contra artem cabalisticam.*

R. Mosis Cordoueri, *Palma Debora, Liber cabalisticus.*

R. Mosis ben Isaaci, *Cognitio proprietatum, Liber cabalisticus.*

R. Mosis Leuì Alkabètz, *Domus Domini, de cabala.*

R. Mosis bar Nachman, *Liber fidei, & confidentia de cabala.*

Liber mali punici, cabalisticus.

Thesaurus vita, & Thesaurus Domini, cabalisticus.

Hortus voluptatis Dei, cabalisticus.

Epistola desiderij, Liber cabalisticus.

Liber redemptionis, cabalisticus.

Lilium secretorum, de arcanis cabalisticis, qua in numeris 656. reperiuntur.

R. Nathàn ben Iechielis ben Abraham, *Liber Aruch.*

R. Nathàn Spira, *Bonum terra de laudibus terra Israelis, & de cabala.*

R. Nechuniàh ben Hakkannàh, *Liber candi-*

R. Dauid ben Simeonis, *Clypeus David, Liber cabalisticus.*

R. Elias Cabalista insignis, *Hac est porta Domini, Liber de cabala.*

תתרע״ד ר׳ ליאון ממודינה עיין ר׳ יהודה בן ר׳ יצחק דימודינה :

1074 R. LEO DE MODENA. Vide *R. Iudas Ben R. Isaaci de Modena*. Par. III. pag. 57.

תתרע״ה ר׳ ליאון שמעון איבריאו מפראנקפורט חבר הקדמה של הקורא בלשון עברי על עשרים וארבע ספרי קודש שנת תל״ז :

1075 R. LEO SIMEON HEBRÆVS Francofurtensis, scripsit Præfationem Hebraicam ad Lectorem in Biblia Test. Vet. Dauid Clodij. Reperitur in principio eorundem Bibliorum Francofurti, fer. 3. die 24. אלול *Elùl* Augusti, חת׳ל׳ז 5437. Christi 1677. excusorum in 8.

תתרע״ו רבי ליווא ר״ל ר׳ ליאון אשכנזי חבר ס׳ גור אריה פי׳ על רש״י : וספר גבורת השם ודרך חיים פי׳ על פרקי אבות : וזה ר׳ ליווא היה ראש ישיבה ואב בית דין על כל מדינות של מורוויא שנה כמו כ״ה ובשנה של״ב בא לקהלה פראגא ושם יסד ישיבה גדולה לחכמים וקראה קלויזי ולמד תורה י״ח שנים ועוד ארבע שנים וביום חמשי חדש אייר שנת שנ״ב לפ״ק נעשה ר״י ואב בית דין על כל מלכות פולין הגדול ומת שם ולא כותב שנת מותו :

1676 R. LIVVA, seù LEVA, hoc est Leo Germanus scripsit librum - גור אריה *Ghùr Arièh Catulus Leonis*, Tit. ex Gen. 49. 9. Est expositio super Commentarium רש״י R Salomonis Iarchì. Scripsit & librum inscriptum - גבורת יהוה חשם *Gheburàth Adonài*, seù *Hascèm*, *Potentia*, seù *Fortitudo Dei*. Plantauitius dicit esse Conciones super omnes *Parasciòth Sectiones* Pentateuchi. Ex-

nis videntur esse illi Comment. in בחינת עולם *Bechinàth Olàm*, qui msc. reperiuntur in Biblioth. Cæsar.

תתרע״ב רבי ליאון די בלאנטיש חבר אגרת פורים לשכר את יין בהלצה : וגם עשה מסכת פורים על אותו ענין של חג פורים בדרך הלצה : ונמצאו בי׳ בוואטיקאנו :

1072 R. LEO DE VALENTIBVS scripsit -

אגרת פורים *Ighèreth Purìm Epistolam sortium*; ita vocatur Epistola quædam verbosa oratione composita à profano homine, & impio Poëta, recitanda in festiuitate פורים *Purìm* Mardochæi, & Esther, in qua solent Iudæi Vino sine termino indulgere, & bacchanalia agere. In hac siquidem Epistola ab hoc ebrioso Iudæo non solùm Vinum mirificè laudatur, verùm etiam per iocum S. Script. auctoritates ad se trahuntur, & in profanos vsus conuertuntur; ebriosi V.T. in medium adducuntur, & ebrietas summopere extollitur. Phialæ, & lagenæ, quæ בקבוק *Bacbùc*, *Bocales* Italici appellantur, ad nomen Sancti Prophetæ *Habacuc* transferuntur, & ob vtriusque vocabuli similitudinem sub nomine *Bacbùc* ridicula, & vinosa pseudoprophetia impiè confingitur. Extat msc. in Bibl. Vatic. Papyr. in fol. sub numero 107. & 355.

Alius consimilis Tractatulus reperitur sub nomine מסכת פורים *Massècheth Purìm Codex*, siuè *Tractatus sortium*, qui eadem fermè complectitur, & ab eodem Auctore creditur esse compositus.

תתרע״ג מיסר ליאון עיין ר׳ יהודה בן ר׳ יצחק אברבנאל :

ſiuè *Liber Victoriæ*. Huiuſmodi tituli, & argumenti Buxtorfius in ſua Biblioth. Rabbin. duos nobis exhibet libros, primum antiquiorem, cuius Auctorem facit ר׳ מתתיה *R. Mattathiam*; hunc librum ex Bibliotheca Oſiandri nactus, edere, ac ſimul refutare inceperat Wilhelmus Schikardus, vt ipſe dicit in Præfatione ſui בחינת הפירושים *Bechinàth happeruſcim*: & vt in bonum totius Chriſtianæ Religionis huiuſmodi confutatio cederet, eundem per literas hortatur Buxtorfius ad continuationem, mittens ei in Operis ſubſidium alterum נצחון *Nitzachòn* R. Lipmanni, quod exemplar in Pergam. ſcriptum Tremellius ſecum ex Italia detulerat. Sed *Schikardus* inuida morte ſublatus, ſuam editionem, & confutationem perficere non potuit. Licuit poſtea Theodorico Hackſpan Vinarienſi linguæ Sanctæ Profeſſori in Academia Altdorfina è manibus Iudæorum excutere aliud conſimile exemplar cum titulo pariter *Nitzachòn* eiuſdem R. Lipmanni, quod בישיבת אלטדורף *in Academia Altdorfi* Noricorum literis Rabbinicis valdè elegantibus excuſum fuit; ſed cùm mendis innumeris ſcateret, ſumma diligentia, & labore Ioan. Chriſt. Wagenſeilius in eadem Academia linguarum Orientalium Profeſſor vſus 2. Cod. mmſſc. quos in peregrinatione ſua redux in patriam ſecum attulerat, correctiones Lipmannianas adornauit, & librum *Nitzachòn Altdorfinum* repurgauit, ac correxit, quas quidem pro mantiſſa libro ſuo Miſcnico *Sotà* de *Vxore adulterij ſuſpecta*, addidit. Excuſ. Altdorfi Noricorum 1674. in 4.

Et licèt aduerſus noſmet Chriſtianos præcipuè liber iſte vindicias moliatur,

Excuſ. Cracouiæ in 4. anno non notato. Et Conſtantinopoli pariter in 4. Scripſit דרך חיים *Dèrech Chaiìm Via Vitæ* Tit. ex Prou. 6. 23. Commentarius eſt in Cod. Talmudicum פרקי אבות *Pirkè auòth Capitula Patrum* (teſte R. Dauid Ganz ad an. 352. ſexti millenarij, Chr. 1592. Hos & alios libros multos edidit præter illos, qui hactenus nondum dignati ſunt lucem diffundere ad ſuperficiem vultus noſtri (inquit) Ganz. Vbi addit: Fuit hic Præſes Scholæ, & Pater Domus Iudicij ſuper totam Prouinciam Morauiæ fermè 20. annis. Poſtmodum venit ad Eccleſiam Pragenſem anno 333. (Chr. 1573.) multoſque ſuſcitauit diſcipulos. Fundauit Domum pro Sapientibus, videlicet Scholam magnam celebrem vocatam Klauſe, publicèque ibi Legem docuit 11. annis, & inſuper quatuor annis. Iam verò à die menſis Ijàr anni 352. min. ſupputat. (Chr. 1592.) ſæpiùs currus eius eunt Poſnam, & factus eſt ibi Præſes Scholæ, & Pater Domus Iudicij, ſecundò ſuper totam ditionem Maioris Poloniæ. Hactenus R. Dauid Ganz. Ex quo non modicam notitiam huius Rabbini habemus. Quo autem anno perierit, incertum, contigiſſe autem circa finem præteriti, vel principium huius ſeculi, procul dubio dicendum eſt.

מקר״ס ר׳ ליפמן בעל הנצחון עשה ספר נגד הנוצרים וקראו נצחון ועל כן הוא נקרא בעל ספר הנצחון ונזכר בספר יוחסין דף קס״ד: עמוד ב׳: ודף קס״ה:

1077 R. LIPMAN Auctor eſt libri editi contra Chriſtianos, quem vocauit (vt inquit יוחסין *Iuchaſin* pag. 164. col. 2. & pag. 165.) -

נצחון *Nitzachòn*, hoc eſt *Victoria*,

ſtianũ 1399. Nam abſolutis controuerſijs ex Sacra Scriptura aduerſus Chriſtianos petitis, hoc quoque anno cæpta eſt diſputatio contra quendam, quem vocant המשומד הנקרא פיטר *Apoſtatam nuncupatum Petrum*, quodque dictionibus plenis hoc modo explicatur pagina 191. editionis Altdorfinæ ſuprà notatæ -

בארבע ימים לחדש אלול שנת חמשת אלפים מאה וחמשים ותשע לאלף חששי שנתפשנו למינות וכול׳ :

Quarta die menſis Elùl Auguſti an. 5159. millenarij ſexti capta eſt contra hæreſim (diſputatio &c.) h. e. contra prædictum Petrum. Ergo non diù ante hunc annũ abſoluta fuit diſputatio aduerſus Chriſtianos, ſeù completus fuit liber *Nitzachòn*.

Alterius libri נצחון *Nitzachòn* nobis exhibiti à Buxtorfio eſt quidem Auctor *R. Lipman*, cui idem Buxtorfius attribuit cognomen *Mulhuſinus*, vel ab Vrbe *Mulhuſia* Germaniæ in Alſatia ſuperiori ad Hellelum fluuiũ ſita; vel ab alia *Mulhuſia* pariter Germaniæ, in Thuringia, iuxta amnem Vnſtrutt, ita vt à patria alter ab altero diſtinguatur: nam Lipmannorum familia etiã hodie notiſſima eſt in Germania (teſte Hackſpanio in Pręf. de Lipmanno recens edito p. 219.) & admodum propagata. Sed huiuſmodi Lipmanni liber *Nitzachòn* multò recentior eſt. Hunc enim habuit Munſterus, & quem paſſim refellit, vt videre eſt in notis, tàm ad Vetus, quàm ad Nouum Teſtamentum, & videtur fuiſſe liber ille *Nitzachòn*, cuius meminit R. Dauid Ganz ad annum 219. Chriſti 1459. dicitque eodem anno fuiſſe compoſitũ, vt liquet ex Præfatione libri eius. Eundem fuiſſe expreſsè directum contra hiſtoriam Euangelicam Buxtorfius aſſerit, cuius cauillationes idẽ Munſterus quamplu-

attamen nonnulla quoque in eo inſeruntur contra Atheos, Sadducæos, & Karaitas; in quo percurrendo per omnes libros Veteris Teſtamenti eorundem auctoritate eos conuincere ſatagit.

Huic libro *Nitzachòn* ab Hackſpano euulgato, ab eodem additus fuit *Tractatus de Vſu librorum Rabbinicorum*, *Prodromus Apologiæ pro Chriſtianis aduerſus Lipmannum triumphantem*. Norimbergæ 1644. in 4.

Porrò idem *Lipmannus* (vt verbis Wagenſeilij nuper laudati vtar) *confecto infelici opere, memoriæ tribulium conſulturus potiora eius argumenta, ſtrictim, & breuiter carmine complexus eſt, idque ediſcendum propoſuit, Vt reſponſiones aduerſus Chriſtianos tanto magis in promptu haberentur, ſi ex improuiſo, cum his agendum eſſet*. Huiuſmodi Lipmanni Carmen in Hackſpaniano libro cùm deeſſet, & in altero mſc. Wagenſeilij, ſicut & in Codice Guill. Henrici Vorſtij ſubiunctum fuiſſet. Idem Wagenſeilius ſub nomine זכרון ספר נצחון ר׳ ליפמן *Memoriale libri Nitzachòn R. Lipman* ſedula, ſolidaque confutatione ei adiuncta in ſuo libro *Tela ignea Satanæ* inſcripto, Typis Altdorfinis euulgauit, anno 1681. in 4. cùm priùs, hoc eſt anno 1676. nobis exhibuiſſet aliud Carmen eiuſdem R. Lipmanni contra illum; *Non auferetur ſceptrum &c.* Gen. 49. 10. quod idem Wagenſeilius Latinum fecit, & in fine Diſſertationis de loco claſſico: *Non auferetur ſceptrum &c.* adiecit: Si autem quæras: quo anno prænotatus liber נצחון Nitzachòn à R. Mattathià, ſiuè a R. Lipmanno compoſitus fuerit? Reſp. eundem librum Nitzachòn compoſitũ fuiſſe paulò ante annũ Iudaicum 5159. Chri-

vetus appellant; certum est, quòd Nitzachòn, quo vsus est Munsterus, & quod passim refellit tàm in Veteri Testamento, quàm in Matthæi Hebraico Euangelio, Lipmannum habuisse Auctorem Viri eruditi existimant cum Theodorico Hackspanio Præfatione ad Lipmanni Nitzachòn ab eo editum, pagina 219. Et Christianus Gersòn Iudæus conuersus, in libro, cui titulum præscripsit *Der Iuden Talmud*, hoc est *Talmud Iudæorum*, Parte I. cap. 12. è Nitzachòn Lipmanni, de pœna peccati in Paradiso commissi, quædam adducit, descripta è Notis Munsteri ad Euangelium Matthæi Hebraicum pag. 125.

Nouissimam *Nitzachòn* libri notitiam omnium quidem recentiorum huius generis Scriptorum communicauit nobis Conradus Graserus (referente eodem Hackspanio loco suprà citato pag. 218.) sic enim ille in Præfatione Tractatus, in quo visionem Danielis c. 9. explicat *Legi* (inquit) Sèpher *quendam Nitzachòn, qui inter Iudæos circumfertur conscriptus stylo purè Hebraico, in quo Christiana Religio XLII. argumentis acerrimè oppugnatur; & Iudaismus vicissim XXXV. argumentis, si rectè memini, contra eandem asseritur. Autor etiam, seu potius autores (nam constat in eodem adornando plures laborasse) Lutheri & Caluini scripta allegant. Cumque me stylus purè Hebraicus valdè afficeret, constitui eundem latinè interpretari: nisi Iudæus, qui codicem mihi mutuò dederat, cùm hoc ex meo incauto sermone subolfecisset, eum mira vafritie denuò mihi extorsisset. Quod propterea heic adduco, vt si fortè deinceps tale aliquid in virum bonum incideret (quamuis talia à gente hac diligentissimè* oc-

plurimas transcripsit, & in Euangelio suo Hebraico refutauit.

Alij quamplurimi libri antiquiores, recentioresque Auctorum aduersus Christianam Religionem apud Hebræos latitant cum eodem superbo titulo נצחון *Nitzachòn Victoria*.

Io. Christophorus Wagenseilius in libro suo suprà recensito inscripto *Tela ignea Satanæ*, ex msc. Bibliothecæ Argentoratensis ס׳ נצחון ישן נושן *Librum Nitzachòn vetus* nuper edidit, quem multò antiquiorem Hackspaniano esse existimat, cùm Hackspanianus liber *Nitzachòn* seculo decimo quarto ab Auctore Lipmanno sit editus, & *Nitzachòn vetus* compositus fuerit (vt ipse putat) seculo duodecimo, vel circiter. Mouetur Wagenseilius ad id existimandum, quia huic veteri Nitzachòn nullus Auctor assignatur, qui Lipmannus, vel alio quopiam nomine appelletur. Item, huius veteris Nitzachòn Auctor nullum sua ætate ex iunioribus Auctoribus Rabbinis commemorat, cùm tamen aliquando antiquorum quorundam, & alicuius, qui vndecimo seculo inter suos floruerat, inijciat mentionem. Non tamen ista conuincunt Nitzachonis huiusmodi vetustatem, quia cùm prædicta omnia sint argumenta negatiua, & benè concludere non existimant Scholastici; quia Lipmannum, vel aliud quidpiam nomen habere potuerat, licèt non fuerit expressum; & decimo quarto seculo in viuis esse, & suum Nitzachòn scribere, nulla facta mentione Auctorum suæ ætatis, sed antiquiorum, seculi videlicet duodecimi, vel circiter. Quicquid sit circa nomen, vel tempus, quo scriptum sit huiusmodi Nitzachòn, quod

1078 R. MEIR vnus ex Doctoribus Miscnicis, ipse solebat scribere in margine libri Legis Mosaicæ annotata quædam, quæ nullo pacto scribi licebat: de his insignis est locus in *Berescith Rabbà Parascià* 9. pag. 11. col. 1. non longè à fine editionis Amstelodamensis cum Commento מתנות כהונה, vbi legitur

בתורתו של ר' מאיר מצאו כתוב והנה טוב מאד והנה טוב מות : *In Lege* ר"ד *R. Meir inuenerant scriptum: Et ecce bonum valdè* (Genes. 1. 31.) *Et ecce bonum* (est) *mors.* Glos. *Mattanòth Chehunnà* בתורתו של ר"מ *In Lege* ר"ד *R. Meir* בספר תורה שלו כתב כן על הגליון *In libro Legis, quem ipse habebat, scripserat super ipsius marginem:* Et ecce bonum mors.

Hinc colligitur superuacanea esse tot requisita in scriptione ס"ת *Sèpher Thorà Libri Legis*, quæ tam subtiliter enumerat, & requirit הרמב"ם *Harrambàm* in *Halachòth* sui ס"ת cap. 7. & seqq.

Cætera de R. Meir videnda sunt, quæ diximus Par. III. pag 298. huius Bibliothecæ Rabbinicæ.

ר' דון מאיר אלגואריש ספרדי

התרס"ט היה חכם גדול ורב על כל קשטיליא והיה רופא המלך והוא תלמיד ר' יהודה בן אשר ובשנת קס"ה העתיק ספר המדות אריסטו ללשון הקדש כמו שאמר בעל יוחסין דף קל"ד :

1079 RAB. DON MEIR אלגואדיש ALGVADES HISPANVS Medicus Regis Castellæ, & omnium Synagogarum eiusdem Regni supremus Magister, quondam discipulus R. Iudæ Ben Ascer. Anno 165. min. supput. hoc est Domini 1405. transtulit in linguam Hebraicam libros Ethicorum Aristotelis. Ex *Iuchasin* pag. 134. & ex eo R. David Ganz ad eundem annum. De eodem Auctor *Scialscèleth hakkab.* pag. 61. b. quem

occultentur) *operam in eo suam Ecclesia non deneget*. Ex his collige, non vnicum, sed plures נצחון *Nitzachòn* fuisse Auctores, quorum nonnulli ex familia Lipmannica *Lipman* appellati fuerunt.

Cæterùm hic noster Lipman præter librum *Nitzachòn* scribere etiam pollicetur Commentarios in

פרקי אבות *Pirkè Auòth Capitula Patrum*, vt videre est in hoc suo libro *Nitzachòn* num. 197. pag. 112. An autem id præstiterit, nec ne, incertum est.

De Lipmanni נצחון *Nitzachòn* præter suprà recensitos Auctores, videndus est Buxtorfius in Synagoga cap. 1. pag. 17. editionis Basileensis anno 1641. Et in Biblioth. Rabb. Wilhelmus Schickardus in משפט המלך *Miscppàtt hammèlech* Cap. 6. Theor. 20. & Ibid. Carpzouius, & in dissertatione de Asino Messiæ §. 9. pag. 13. eiusdem cum Spizelio ibid. citato.

Tandem ad R. Lipman Mulhusinum adde id quod dicit Buxtorfius in Bibl. Rabb. ad שיר היחוד eundem Lipmannū addidisse notas quasdam ad librum שיר היחוד *Cantici vnitatis* R. Iudæ Chasid Ratisbonensis, quas sub ficto nomine טוב יומי *Tou Iomi* edere voluerit, quamuis eius nomen esset R. Lipman Mulhusinus auctor libri Nitzachon. Impressus fuit liber Friburgi Brisgoiæ. Ita Buxtorfius.

מ

ר' מאיר

התרס"ט התנא אחד מהתנאים הוא היה כותב על הגליון ס' תורתו כמה דברים שאין ראויין לכתוב בגליון את כמו שכתובו בבראשית רבה פ"ט דף י"א ע"א דפוס עם מתנות כהונה וזה לשונו : בתורתו של ר' מאיר מצאו כתוב והנה טוב מאד והנה טוב מות אם כן לא יהיה פסול ס"ת אם כן אבל כתוב על הגל' וכו דברים אחרים :

20. 37. Eſt liber Maſſoreticus excuſus Mantuæ.

רבי מאיר בן אפרים מפדובה כתב ספר במלכות יון מלחמת חשמונאים מספרו גלות רבנים שיאן טי״ו מבואר שיה לומר שזה ר׳ מאיר בן אפרים מפאדובה היה עוסק מגלת אנטיוכוס והוא מועד על שם המכוך ועל שם המחבר ׃

1082 R. MEI'R BEN EPHRA'IM DE PADVA, ſecundùm quod ſcribit Plantauitius in ſua Biblioth. Rabbinica num. 316. Auctor eſt hiſtoriæ Antigoni ex Machabæorum libris in Hebræum conuerſæ. Excuſ. in 8. Mantuæ apud Iacobum Ben Nephtali anno 317. Chr. 1557. Ita Plantauitius, qui teſtatur apud ſe huiuſmodi hiſtoriam haberi, & aſteriſcis notatur, qui ſunt notæ librorum Hebraicorum apud Plantauitium exiſtentium. Sed valdè hallucinatur Plantauitius: nam præterquam quòd R. Meir Ben Ephràim de Padua, cùm eſſet ſimplex librorum Hebraicorum impreſſor, vti videre eſt ex libris Mantuæ excuſis, præſertim ſub Duce Gulielmo Gonzaga anno שי״ח 318. minor. ſupput. Chr. 1558. qui vnà ſimul cum R. Iacobo Ben Nephtali Sacerdote de Gazulo ſuo ſocio, librum *Zòhar*; *Pirkè Auòth* cum Commentario Raſci, & R. Moſis Ægyptij; *Toledòth Itzchàk* Comment. in Pentateuchum, & alios quamplurimos libros in ea Vrbe impreſſit; non æquè benè ex lingua Latina, ſiuè etiam Græca traductoris partes agere, & ex Machabæorum libris Antigoni hiſtoriam, quæ nulla in eis reperitur in linguam Hebraicam vertere potuerat. Scio quidem in his libris Antiochi Epiphanis acta deſcribi, ſed ibidem nedum hiſtoriam, cùm ne nomen quidem

quem cognominat אלגואדיץ *Alguadètz*. Vocatur hic liber Hebraicè ס׳ מדות *Sèpher Middòth Liber Morum*, quem R. Ioſeph Ben R. Scem Tòu commentationibus illuſtrauit, vt etiam Buxtorfius refert in ſua Biblioth. Rabbin.

ר׳ מאיר אלדבי ספרדי חבר ס׳ על פילוסופיא וקראו שבילי אמונה ונדפס בריווא די טרינטו ׃

1080 R. MEI'R ALDABI' Hiſpanus, ſcripſit librum Philoſophicum, quem nuncupauit

שבילי אמונה *Sceuilè emunà Semita fidei*. Compoſitus fuit hic liber anno 5120. Chriſti 1360. vti apparet in fine libri eiuſdem. Et ex D. Ganz ad hunc annũ. Tractat *de Mundo*; *de Sphæris*, *& illarum motu*. *De homine*, *& illius formatione in Vtero materno*; *de Corpore*, *& Anima*; *de Præmio*, *& pœna*; *de redemptione Iſraëlitici generis*; *de reſurrectione mortuorum*, *& ſeculo futuro*; *& de Cauſa cauſarum*. Omnia decem ſemitis Sapientiæ explicantur. Excuſus eſt Riuæ Tridenti per manus R. Ioſephi Othelingi ſub Principatu Cardinalis Chriſtophori Madrutij Epiſcopi Tridentini anno שיט 319. Chr. 1559. In 4. Vide I. de Voyſin in Notis ad cap. 1. R. Iſraelis pag. 221. Sæpè citatur ab Allardo Vchtmanno in ſuis Annotationibus, & Obſeruationibus ad בחינת עולם *Bechinàth Olàm* pag. 301. 324. 326. & alibi.

ר׳ מאיר אנגיל חבר מסורת הברית גדול נדפס במנטובה ׃

1081 R. MEI'R ANGEL, ſcripſit librum cum hoc lemmate

מסורת הברית *Maſsòreth habberìth Maſſora fœderis*, alludit ad illud Ezechielis

dem

sita, & responsa legalia : Dauid Ganz eum ponit ad an. 70. sexti millenarij, Christi 1310. Scripsit -

2 כללי אישות *Chalalè Isciùth Conclusiones maritales* de materia matrimoniali. Reperiuntur mmssc in Bibliotheca Vatic. sub num. 285. pag. 127. in 4. Papyr. Scripsit -

3 על מנהג המועדים *Al minhàg hammoadìm De ritibus festorum anni*. Extat in Biblioth. Vatic. msc. num. 183. pagina 126. Item scripsit -

4 טעמי המסורת *Taamè hammassòreth Speculationes*, seù *rationes in Massarà*, quæ sunt criticæ obseruationes circa textum Biblicum. Extant in Biblioth. Vatic. num. 183. pag. 126. in 8. Pergam. & num. 344. in 8. Obijt anno ע׳ 70. min. supput. Chr. 1310. ex *Iuchassìn* pagina 133. ex *Scialscèleth hakkabalà* pag. 54. & ex R. Dauid Ganz in צמח דוד ad an. 70. sexti millenarij. Est & alius R. Meir, qui ש״ת scripsit. Vide infrà *R. Meir de Padua*, dictus קצנאילבוגן *Katzanaelboghàn*.

תקפ״ה ר׳ מאיר בן גבאי חבר דרך אמונה והוא תשובה שאלה על דרך הקבלה ועל עשרה הספירות קטן הכמות ורב האיכות : ונדפס בפדובה על יד לוריכנו הסקוולטו שנת ה׳ אלפים ושלש מאות ועשרים ושלש ליצירה : ובתחילת הספר יש הקדמה של ר׳ משה פיסה בן יצחק פיסה מפדוואה ונדפס באותיות מרובעות : חבר גם כן עבודת הקודש ונחלק בד׳ חלקים א׳ נקרא היחוד : הב׳ העבודה : הג׳ התכלית : והד׳ סתרי תורה :

1085 R. MEIR BEN GABAI scripsit -

דרך אמונה *Dèrech Emunà Via Fidei*. Liber est ita inscriptus, paruus quidem quantitate, sed magnus qualitate, vt iactanter in frontispicio dicitur. Tractat de *X. Sephiròth*, Numerationibus Caba-

dem Antigoni inueniatur. Antigonus enim, certè insignis Tanaita fuit, & Tanaitarum Princeps, de quo multa inuenies Par. I. pag. 375. & Par. III. pagina 263. sed מגלת אנטיגונוס *Volumen*, seu *Historiam Antigoni* nullam prorsùs ibi, aut alibi reperies; vnde censuræ hic locus Plantauitij subijciendus est, & omninò, quæ de Antigono scripta sunt, proscribenda.

תקפ״ג ר׳ מאיר בן בנשתי חבר אות אמת והוא פירוש מלות זרות של רבות ונדפס בשלוניקי בקראקא ובויניציאה :

1083 R. MEIR BEN BENASTE composuit -

אות אמת *Oth emèth Signum Veritatis*. Est Dictionarium continens expositionem dictionum peregrinarum, & varias lectiones in Rabbòth. Impress. Thessalonicæ, Cracouiæ, & Venetijs. Citatur in מתנות כהונה Commentario in *Bereschith Rabbà*, sect. 31. & alibi. Ita Buxtorf. in Biblioth. Rabbinica. At in *Mattanòth Chehunnà* in *Beresc. Rabbà* editionis Amstelodamensis pag. 33. hunc librum citatum inuenies linea 5. Commentarij.

תקפ״ד ר׳ מאיר בר ברוך אשכנזי אחד מן ט׳ בעלי המרדכי ונסדר במו מעשי׳ חבר כמה ספרים א׳ ש״ות : ב׳ כללי אישות : ג׳ על מנהג המועדים : ד׳ טעמי המסורת : ונפטר שנת ע׳ : כמו שאמר יוחסין דף קל״ג : ושלשלת הקבלה דף נ״ד : ודוד גאנז בשנת ע׳ לאלף הששי :

1084 R. MEIR BAR BARVCH Germanus, vnus ex nouem Auctoribus, ex quorum Operibus compositi sunt Commentarij nuncupati מרדכי *Mordechì* in Ràu Alphès. Circa annum 5050. Chr. 1290. scripsit -

1 ש״ת *Sceelòth & Tescinuòth Qua-*

ba-

bài. Venetijs, in fol. Variat in Titulo, sedprocul dubio est idem cum *Auodàth hakkòdesc*.

קנ"לפו רבי מאיר ן׳ רבי ספרדי

ספר מ׳ על ענין הנפש ולפעולתיו ומשכל אשר הוא נמצא כתוב כ"י בוואטיקאנו סימן שנ"ה דף א׳ ׃

1086 R. MEI'R ABEN רבי DACCHI' HISPANVS composuit librum -

על הנפש *Al Hannèphesc De Anima* intellectiua, eiusque operationibus. Extat msc. in Biblioth. Vatic. num. 355. pag. 1. Papyr. in 8.

קנ"לפו ר׳ מאיר בן דוד ספר ס׳ הפרדס והוא לקט כמה דברים טובים אלו מאלו ונדפס בויניציאה בבית דניאל בומבירגי ׃

1087 R. MEI'R BEN DAVI'D scripsit librum, inscriptum -

ספר פרדס *Sepher Pardès Liber Paradisi*. Est spicilegium diuersarum rerum hinc inde collectarum. Excusus Venetijs apud Danielem Bombergum. In 4.

קנ"לפה רבי מאיר חתן המלך

דינים ופסקים בלשונות נדפסים ספר ש"ות ׃

1088 R. MEI'R CHATHA'N HAMME'LECH Gener Regis, Princeps Academiæ Lemburgensis Russiæ. Scripsit -

ש"ת *Sceelòth Vtsciuòth Quæsita, & Responsa legalia*.

קנ"לפה רבי מאיר בן טודרוס ספרדי מטוליטולא ספר מ׳ על הקבלה וקראו שמו לפני ולפנים על הקבלה ׃

1089 R. MEI'R BEN TODRO'S Theodori Hispanus de Toleto, scripsit librum planè Cabalisticum, quem nuncupauit -

מא

balisticis, in quibus collocant Iudæi totam suam mysticam Theologiam. Impressus est Paduæ apud Laurentium פשקוואטו *Pasquato* anno 5323. à mundi creatione, hoc est anno Christi 1563. in 8. Cui præfixa est Præfatio R. Samuelis פיהם *Phèbem* Patauini, literis quadratis, sicut & totus libellus. Fuit etiam editus Constantinopoli. Ex Buxtorfio. Scripsit & -

עבודת הקודש *Auodàth hakkòdesc Seruitus sanctitatis*. Tit. ex Exod. 36. 3. Liber pariter Theologico-Cabalisticus, quo lingua nitida, & eleganti pura puta Hebræa agitur *De Deo*, *Attributis Diuinis*, *influentijs*, *de operibus sex dierum*, *de Visione currus Ezechielis*, & alijs huiusmodi; & quatuor Tractatibus absoluuntur. Horum primus dicitur הייחוד *Haijachùd Vnitatis* videlicet Dei. Secundus העבודה *Haauodà Seruitutis*, hoc est Diuini cultus. Tertius התכלית *Hattacblìth Finis*, nempè de fine hominis, & ad quem finem creatus, vt Dei gloriæ particeps sit, sicut & cætera propter hominem creata fuerunt. Et quartus סתרי תורה *Sithrè Thorà Mysteria Legis*; de Legis Mosaicæ reconditis mysterijs. In prælimine huius libri extat Epistola - ר׳ צבי בן יצחק מתושבי אוסטריך ׃ *R. Tzeui Ben Isaaci de habitatoribus Austriæ*, qua specimen libri ostenditur. Excusi Cracouiæ sub Dominatu Stephani Bathoris anno 337. min. supp. Chr. 1577. in folio. Et Mantuæ anno 305. Chr. 1545.

In Catalogo librorum Bibliot. Lugd. Batau. in legato Warneriano legitur hic Titulus מראות אלהים *Maròth Elohìm Visiones Dei*, ex Ezech. 1. 1. & dicitur tractare *de Vnitate Dei*, *cultu*, *perfectione*, *atque mysterijs Legis*. R. Meir F. Gab-

לפני ולפנים *Liphnè vlphanìm Coram facie bus*, seù *ante*, & *introrsum*, hoc est *extra*, *& intus*, quasi agat de Cabala exactissimè, eamque cognoscat, vt dicunt, Intus, & in cute. Auctor *Scialscèleth hakkabalà* pag. 51. b. de hoc Auctore sic loquitur -

ר' מאיר בר' טודרוס הלוי מעיר בורגוס ובא לטוליטולה והרביץ תורה וחבר חבורים ונפטר שם שנת ה' אלפים ד' וזה ראיתי בחבור רבי שלמה ן' יחיא : ואומר ספר יוחסין שבסוף ימיו היה חבר להרמב"ן וכתב נגד המורה : עד כן :

R. Meìr Berabbì Todròs Theodori, Leuitæ de Vrbe Burgos (Burgensi) venit Toletum, & recumbere fecit Legem: scripsitque libros plurimos, ibique obijt anno 5004. Chr. 1244: *Hæc vidi in libro R. Salomonis Abèn Iàchija. Auctor enim libri Iuchasìn de eo subiungit: quòd in fine dierum eius fuit socius* הרמב"ן *Harrambàn*, hoc est *R. Mosis Bar Nachmàn*: *& quòd scripserit contra* (librum) *Morè hanneuuchìm Mosis Bar Maijmonis*. Hactenus *Scialscèleth hakkab.* In libro *Iuchassìn* pag. 163. de hoc præsenti Auctore hæc tantùm lego -

ר' מאיר הלוי ז"ל בר טודרוס הלוי ז"ל נשיאי הלוי שהיה מעיר בורגוש ובא לעיר טוליטולא והרביץ תורה והעמיד תלמידים הרבה והוא פירש כמה מסכתות מהתלמוד בדיוק גדול ובפלפול רב ועצום : וחבר בדיני התורה ספרים הרבה בדיוק גדול ונפטר בחג המצות בשנת ה' אלפים וד' : עד כאן בעל יוחסין :

R. Meìr Leuita b. m. filius Theodori Leuitæ Principes Leuitarum, qui sunt in Vrbe Burgensi, venit Toletum, & ibi cubare fecit Legem (id est docuit) *& instituit discipulos multos. Ipse nonnullos Codices Talmudicos quàm diligentissimè commentatus est, acutè quidem, & subtiliter de eis disputando. Idemque fecit in*

quamplurimis libris, quos composuit de rebus iudicialibus Legis. Obijt tandem in festo Azymorum anno 5004. Christi 1244. Hactenus Auctor librì *Iuchassìn*. Et pag. 132. b. eum vocat *R. Meìr Halleuì* אבו אל עפיה *Abu al Aphia Bar Todròs*, & eo die, quo inauguratus est ad Rabbinatum לא הלך אל אביו אבל אביו בא אליו *non abijt ad patrem, sed pater eius iuit ad ipsum*. In eo nil aliud reperi de hoc Auctore; vnde quando dicitur in *Scialscèleth hakkabalà* pag. 51. b. nuper citata hunc Auctorem scripsisse contra *Morè* Mosis Bar Maijmonis, puto esse mendum, & pro R. Meìr כהן *Cohèn*, de quo infrà, substitutum fuisse R. Meìr Ben *Todròs* Theodori, *Leuitam* pro *Sacerdote*. Corrigenda est etiam versio צמח דוד R. David Ganz per G. H. Vorstium ad an. 5. sexti millenarij; vbi pro *R. Meìr Ben Todròs Theodori*, legitur *R. Meir Mitthidròs* difficilis intellectu. Est etiam corrigendum exemplar Hebraicum, apud Rittangelium, vbi legebatur רבינו מאיר בר' סודרוס מתוליטולה וכו' : *Rabbènu Meir Be-Rabbì Sodròs Mitoletola &c.* Ex quo ipse mendosè transtulerat: *R. Meijr filius Sodros.*, & certò certiùs legendū erat טודרוס pro סודרוס *Todròs Theodorus* loco סודרוס *Sodros*. Vide librum *Ietzirà* eiusdem *Rittangelij* pag. 148. Sed hic error corrigitur in fine libri *Ietzirà* impressionis Mantuanæ anno 322; min. supp. Chr. 1562. Scripsit -

ס' אגרות נגד הרמב"ם : *Librum Igheròth Epistolarum contra Harrambàm*, quas misit ad R. Aharonem Leuitam. *Iuchassìn* pag. 132. b. suprà cit. Scripsit etiam -

פי' על פרקי אבות *Perùsc al Pirkè Auòth Expositionem in Capitula Patrum*. Ex

eo-

riosi Moreni, Doctoris nostri, Doctoris R. Meir F. Philosophi diuini R. Isaaci Aràma Auctoris העקידה *Haakedà* (de qua suprà Par. III. loco nuper cit.) *f. r. & est Expositio in Iob. &c.* Vnde non est ambigendum, de præsenti Auctore, quòd sit filius R. Isaaci Aramæ: & si Plantauitius in Bibliotheca Rabbinica num. 44. credat, eum esse nepotem prædicti R. Isaaci Aramæ, & Buxtorfius (à quo acceperat Plantauitius) in Bib. Rabbinica ad אורים ותומים idem putet. Impressus itaque fuit huiusmodi Commentarius in Iob Venet. apud Georgiũ די קבאלי *de Caballis* anno שכח״לפ״ק 327. min. supp. Chr. 1567. in 4. cùm antea excusus fuisset anno ר״סו 266. Chr. 1506. quadratis literis, vnà cum punctis vocalibus, loco non notato. Secundum Vol. vocauit -

אורים ותומים *Vrim Vethumim Illuminationes, & perfectiones.* Tit. ex Exod. 28. 30. Commentarius est in Isaiæ, & in Ieremiæ Prophetias, impressus Venetijs cura Menachem Iacobi primogeniti Elièzer Iudæ, & correctus per Isaacum Gersonem anno ש״סג 5363. Chr. 1603. apud Danielem Zaneti in 4. In fine addita est expositio luctus Dauidis super Saulem, & Ionathan; & alia super illa verba 2. Samuel. Cap. 23. 1. *Et hæc sunt Verba Dauid nouissima &c.* Est & alius liber cum hoc eodem titulo. Vide infra R. Menachèm Pater Azarielis. Tertium Volumen quòd scripsit hic Auctor vocauit pariter de nomine suo -

מאיר תהלות *Meir Thehillòth, Illuminans laudes.* Est Commentarius fermè Philosophicus super Psalmos Dauidicos, Excusus reperitur Venetijs apud Ioan. de Gàra cum textu charactere quadrato, & suis

eodem *Iuchasìn* pagina 16.

תקנ״ג ר״מאיר מטרנקטאלייה

חבר ספר העזר נזכר בס׳ שלשלת הקבלה דף נ״ד ע׳ ב׳ כ׳:

1090 R. MEI'R DE TRINKETALIA, quod est Oppidum propè Arelatem, vt asserit Plantauitius in sua Biblioth. Rabbin. num. 504. Scripsit -

ס׳ העזר *Sèpher haèzer Librum Auxilij.* Huius Auctoris, & libri meminit *Scialscèleth hakkabalà* pag. 54. b. sed de qua re in eo agatur, nihil habet, vt ferè semper facit; exhibet enim frequenter nomen Auctoris, & libri, sed de libri argumento altum silentium; vnde apud Buxtorfium, præter titulum libri, & nomen Auctoris non est aliquid aliud quærendum, sicut etiam apud Plantauitium, à Buxtorfio edoctum.

תקנ״א רבי מאיר בן רבי יצחק ערמא ספרדי

כמו שכתבתי בחלק שלישי סימן תתקצ״ט דף תתקי״ח ע׳ ב׳ כ׳: חבר ספר מאיר איוב והוא פירוש על איוב ונדפס בויניציאה בבית מיסיר ווני די קבאלי שנת שכ״ח לפ״ק: וחבר אורים ותומים פי׳ על ישעיה ונדפס בויניציאה שנת הש״סג: וגם כן חבר ספר מאיר תהלות פי׳ על ס׳ תהלים נדפס עוד בויניציאה על ידי יואן די גארה שנת של״ג לפ״ק:

1091 R. MEI'R BEN R. ISAACI ARA'MA Hispani, de quo suprà Par. III. num 999. pag. 918. Fuit hic Philosophus non indoctior patre. Scripsit tria Volumina, quod sciam -

Primum vocauit מאיר איוב *Meir Iiob Illuminans Iobum.* Est insignis Commentarius in Iob, à Iudæis valdè laudatus. Excusus reperitur Venetijs cum hoc tit.

ס׳ מאיר איוב לחחכם חשלם כמהר״ר מאיר בן חפילוסוף האלהי רבי יצחק עראמה בעל העקידה ז״ל והוא פירוש על איוב וכו׳:

Liber Meir Iob, sapientis, perfecti, glo-

Correctionum Maijemonitarum, hoc est Censurarum, seù Animaduersionum in librum חיר *Haijàd R. Mosis Bar Maijemonis*. Buxtorfius in Biblioth. Rabbin. ad vocem הגהות מיימוני has correctiones in librum R. Ben Maijemonis attribuit R. Meir Rothenburgensi, sed ego contrarietatem huius sententiæ ostendi suprà Parte I. pagina 494. & seqq. & R. Meir Cohèn vero Auctori harum Correctionum, seù Animaduersionum restitui; & ne, quæ ibi dicta sunt, iterùm repetantur, eadem ibi videnda sunt. Vide etiam infrà *Rabbì Meìr de Rothenburgo*.

קמ״נג ר׳ מאיר הלוי חבר סיג לתורה ונדפס כ״ו, והוא על המסרה :

1093 R. MEI'R HALLEVI' composuit -

סיג לתורה *Seiàgh lathorà Sepes Legis*. Super *Messarà* ex Buxtorf. F.

קב״נד ר׳ מאיר הנקרא מאשטרו מאגינו גבריאל צרפתי בן רבי גבריאל תושב ויניציאה והיה ברומא בזמן ש״מו לפ״ק וחבר ס׳ בלשון איטליאני נקרא דיאלוגי די מיסיר מאגינו גבריאל על תועלת משי נקראת בלעז סיטא ונדפס ברומא בשנת ש״מח לפ״ק : וכתב תהלה בשיר ובתחלתו לכבוד האפיפיור סיכסטו החמישי וכו׳ ונמצא בקהלת ספר שכל בלשון עברי :

1094 R. MEI'R, siuè M. MAGINVS BEN RABBI' GABRIE'L TZARPHATI' GALLVS, vulgo nuncupatus *Mastro Magino de Gabrielo* Venetiarum Vrbis incola, Romæ cùm esset tempore Pontificatus Sixti Quinti scripsit librum lingua Italica cum hac inscriptione -

*Dialoghi di M. Magino Gabrielli Hebreo Venetiano sopra l'vtili sue inuentioni cir-*suis punctis vocalibus ornato, anno 355. min. supput. Chr. 1595. in 4.

Tandem notandus est Buxtorfius in Biblioth Rabbin. Tit. פירוש איוב *Perùsc Iob*, qui artribuit R. Isaaco Aràma patri, quod attribuendum erat Meiro filio. Vidi consimilem expositionem in Iob literalem, & philosophicam msc. in Pergam. existentem in celeberrima Barbarinorum Bibliotheca Romæ apud Altam semitam, sed mutilam sine principio, & fine, incipit à cap. 10. v. 9. *Memento quaeso, quòd sicut lutum feceris me, &c.* & finit ad cap. 37. 22. *Ab Aquilone aurum veniet &c.* sine nomine Auctoris, & imitatur stylum nostri R. Meir, nisi tantùm quòd magis succinctus est, vnde suspicor Commentarium in Iob, quem Buxtorfius sub nomine פירוש איוב *Perùsc Iob* R. Isaaco Aràma attribuit, esse hunc msc. quem postea eius filius R. Meir sub nomine מאיר איוב *Meìr Iob*, prolixiorem reddiderit, seruato parentis stylo.

קב״נב רבי מאיר הכהן הבא מעיר נרבונה והרביץ תורה בטוליטולא והעמיד בה תלמידים הרבה ונפטר שנת ה׳ אלפים וכ״ד לבריאת העולם ואולי הוא ר׳ מאיר כהן אשר זוכר בספר יוחסין דף קס״ד ע״ב, ב׳: ועשה הגהות מיימוניות :

1092 R. MEI'R HACCOHE'N *Sacerdos de Narbona*, qui Toletum proficiscens in ea Vrbe Legem docuit, ac multos discipulos adeò in Iudaicis Iuribus instruxit, vt postea non vulgares Doctores euaserint. De eo mentionem facit *Iuchas.* p. 163. b. qui ibid. dicit eum obijsse an. 5024. Chr. 1264. & credibile est, esse illum, cuius meminit idē *Iuchas.* p. 164. b. eumq; dicit fuisse Auctorem -

הגהות מיימוניות *Haghaòth Maijemoniòth*

pensis, maius augumentum, vniuersali commodo valdè profuturum, & ex quolibet centenario centum, & vltra, ac serici Vectigal Cameræ Apostolicæ debitum ascendens ad mille, ad duo millia prouentura asseras. Cùmque alterum nouum modum secreti multiplicationis suscipiendi, & manutenendi bis quolibet anno bombices ad parandum, & conciliandum sericum huiusmodi etiam compereris, seù inueneris, idque varijs modis, ac etiam vt suprà attentis multiplicatione, & duplici serici singulis annis recollectione, vniuersi nostri Status Ecclesiastici subditis, & Cameræ præfatæ etiam valdè profuturum asseueres, & vt subditi nostri prædicti, exercitiũ artis inuentionum huiusmodi faciliùs consequi possint, te, vt singulis diebus nundin. in plateis, & locis publicis per dictum Statum impressi dicti modi, quorum impressione prædicti subditi adiuti, ipsam artem facilem cum exiguis sumptibus, & magno adminiculo exercere poterunt reperiantur effectum, pollicitus fueris, si quadam erga te vti dignaremur liberalitate. Nos igitur, qui omnium, præsertim subditorum nostrorum commodum, & vtilitatem sinceris desideramus affectibus, & neminem erga eos gratum, & illis aliquod fauoris, & auxilij præstantem adminiculum à nobis irremuneratum procul abijcimus, tuis in præmissis laboribus, & expensis consulere volentes, & in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, tuisque heredibus, & successoribus, & à te nominatis, & causam habentibus ad annos sexaginta à Data præsentium, quòd quolibet anno ab omnibus personis, quæ mediante tua inuentione primò dictam artem in prædicto Statu in locis nobis mediatè, vel immediatè subiectis, exercuerint, quinque pro quolibet cen-

circa la Seta; ne quali anche si dimostrano in vaghe figure historiati tutti gl'essercitij, & instrumenti, che nell'arte della Seta si ricercano. In Roma per gli Heredi di Gio. Gigliotti 1588. Hoc est. *Dialogi Magistri Magini Gabriellij Hebræi Veneti, de vtilitate suarum inuentionum circa sericum. Quibus etiam ostenduntur figuris ære incisis omnia instrumenta, quæ in serici arte requiruntur. Romæ apud Heredes Ioannis Gigliotti 1588. in fol.*

In eo multa promittit circa opificium serici, & quòd propter illius excellentiam, & quantitatem, medijs quibusdam secretis à seipso excogitatis, nec priùs à quopiam cognitis, ita excrescet quantitas illius serici, vt ex quolibet centenario centum, & vltra prouenturum afferat vtile; & hoc non semel, sed bis in anno percipietur, ex duplici singulis annis serici recollectione. Vnde hic Iudæus cùm esset annorum 27. supplicem libellum obtulit Summo Pontif. Sixto V. vt dignaretur ei nonnulla priuilegia concedere, cùm in eo assereret, quòd propter huiusmodi sua secreta multum vtilitatis sint homines percepturi. Annuit Summus Pontifex Sixtus V. & ei priuilegium concessit tenoris sequentis:

Magino de Gabriele Hebræo in Ciuitate Venetiarum commoranti, viam Veritatis agnoscere, & agnitam custodire. Cùm sicut nobis nuper exponi fecisti nouum modum cuiusdam secreti suscipiendi, & manutenendi bombices, ad parandum, & conciliandum sericum tua quadam inuestigatione, & industria repereris, seù inueneris, idque hactenùs à nemine compertum fuisse, & exinde maximè propter serici excellentiam maiorem quantitatem, quàm antea, ac cum minoribus laboribus, & ex-

ſtabit in futurum, per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte tua, vel tuorum huiuſmodi deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtere faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes literas, & in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari, teque, & tuos huiuſmodi præmiſſis omnibus & ſingulis iuxta earundem præſentium continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere: non permittendo te, tuoſque huiuſmodi per quoſcunque deſuper quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Status Eccleſiaſtici, illiuſque Comitatuum, Ciuitatum, Caſtrorum, Oppidorum, Terrarum, & quorumuis aliorum locorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus contrarijs quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem præſentes in dicta Camera iuxta Conſtitutionem fel. rec. Pij IV. Prædeceſſoris noſtri deſuper editam referri. Dat. Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris. Die 4. Iulij MDLXXXVII. Pont. noſtri an. 3.

Tho. Thomaſius Gualterius.

Poſt

tenario augmenti, ac etiam ab omnibus perſonis, quæ artem ſecundò dicta tua inuentionis in ſecunda recollectione ſubſequenti, in eodem Statu, & locis exercuerint, vnam vnciam pro qualibet libra materiæ ſericeæ, quæ in dicta ſecunda ſubſequenti recollectione efficietur, percipiendi, & exigendi licentiam Apoſtolica Auctoritate tenore præſentium perpetuò concedimus, & facultatem tibique, & illis deſuper indulgemus. Diſtrictiùs inhibentes omnibus, & ſingulis prædicti Status perſonis cuiuſuis gradus, dignitatis, honoris, & conditionis exiſtant, ne ſub trecentorum ſcutorum pro vna accuſatori, & alia Magiſtratui, qui executionem faciet, & reliqua trecentorum ſcutorum huiuſmodi tertia partibus, tibi, ac heredibus, & ſucceſſoribus, & cauſam habentibus huiuſmodi applican. pœnis artem inuentionum tuarum præfatarum niſi de tua licentia, & officio, per nos eis deſuper deſignato ſe ad id deſcribi fecerint exercere, neque inuentiones ipſas, ſiuè impreſſas, ſiuè aliàs ad vſum redactas vendere per te, vel alios, ſine etiam tua, tuorumque præfatorum licentia, ſeu te, tuoſque heredes, & ſucceſſores, vel à te cauſam habentes huiuſmodi ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, aut occaſione illorum impedire, moleſtare, vel perturbare quomodolibet præſumant, ſeu audeant: ac decernentes irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filijs noſtris Camerario, & prædictæ Cameræ Theſaurario, Præſidenti, & Clericis, ac omnibus, & ſingulis dicti Status Eccleſiaſtici Gubernatoribus, Locatenentibus, Legatis, Vicelegatis, Poteſtatibus, alijſque Iudicibus, & perſonis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpe-

Post Epistolam dedicatoriam ad Sixtum V. Pontif. Max. in laudem ipsius Summi Pontificis scriptum reperitur Hebraicum Canticum ab eodem Auctore compositum, quod & Italicè vertit Sebastianus Tellarinus octonarijs versibus vulgò *In ottaua rima*.

תקל"ה ר' מאיר ערמא עיין ר' מאיר בן ר' יצחק ערמא :

1095 R. MEI'R ARA'MA. Vide *R. Meir Ben R. Isaaci Aràma*.

תקל"ו רבי מאיר ראש ישיבה בפדווה נקרא ר' מאיר קצנאילבוגן חבר שת"ו כמו שאמר בעל שלשלת הקבלה דף ס"ה : עמוד ב' : וחבר הגהות על ס' היד להרמב"ם : ונפטר בשנת שי"ח :

1096 R. MEI'R Princeps Academiæ Paduanæ nuncupatus Rabbì Meir קצנאילבוגן *Katzanaelbòghan*, scripsit ש"ת *Sceelòth Tesciuuòth Quæsita, & Responsa* legalia, vt scribit Auctor *Scialscél. hakkab.* pag. 65. b. Scripsit etiam הגהות על ס' היד *Haghaòth al Sèpher Haijàd Obseruationes super librum Haijàd* Talmudicum R. Mosis Bar Maijmonis. Ex R. Dauid Ganz ad annum 318. sexti millenarij, Chr. 1558. quo anno obijt. Ex eodem, & ex *Scialscèleth hakkabbalà* loco cit.

תקל"ז רבי מאיר מרוטנבורק ונקרא בראשי תבות מה"רם רב גדול. הרא"ש תלמידו : וחבר ספר באר מים חיים : וספר חוקות הדיינים : וספר התשב"ץ לו הרמב"ע :

1097 R. MEI'R DE ROTHENBVRGO Germanus, abbreuiatè vocitatus הר"ם *Harràm*. Erat Magister הרא"ש *Harròsc*, id est R. Ascèr circa an. mundi 5050. Christi 1290. & in patria Legem Mosaicam, & Iudæorum Iura docebat, ac Iudæis Iustitiam administrabat. Hic tamquam Iudaicæ Vniuersitatis Rector, ob pecunias, quas ab ea Vniuersitate Imperator exigendas esse volebat missus est in carcerē: sed cùm is pauperrimus esset, ac propterea soluendo ineptus, nec Imperator alium vadem vellet recipere, præter R. Harròsc Iudæorum ditissimum, & discipulum nostri R. Meir, hic Magistri misertus, pro eo vadimonium præstitit. Interim dum R. Meir in ampliori detinetur custodia, in carcere obit. Et quia carcer apud Rabbinos vocatur בית הסוהר *Beth hassòhar*, hinc Interpres צמח דוד ineptè vertit, R. Meir mortuum esse *Beit Sohar*, carcerem pro loco proprio, aut Oppido quodam accipiens. Quo autem anno in carcerem protrusus fuerit R. Meir, & ibi exspirauerit, vide Par. I. pag. 494. & seqq. Vbi etiam concluditur הגהות מיימוניות *Haggahòth Maijemoniòth Annotationes*, seù *Correctiones in librum R. Mosis Bar Maijemonis* non fuisse compositas ab hoc Rabbì Meir, sed ab alio eiusdem nominis Rabbino, licèt Buxtorfius contrarium sentiat in Bibliotheca Rabbinica ad vocem הגהות מיימוני *Haggahòth Maijemonì*, & asserat, huiusmodi Correctiones in Maijemonidem fuisse compositas anno Domini 1286. hoc est anno mundi 5046. quo quidem An. R. D. Ganz collocat mortem huiusce R. Meir, quam opinionem solidè reieci Par. I. pag. 495. & 496. vbi manifestè ostendi æquiuocum inter R. Meir Rothenburgensem, & R. Meir Cohèn verum Auctorem הגהות מיימוניות *Correctionum*, seù *Annotationum* in librum היד *Haijàd R. Bar Maijmonis*, vt suprà etiam memorauimus in *R. Meir Haccohèn*

Rabbènu Scimsciòn Bar Tzadòk discipulum R. Meir de Rothemburgo composuisse librum תשב״ץ *Tischàtz*, hoc est ת׳ תשובות *Tesciunòth Responsorum*, ר׳ רבי *Rabbì*, ש׳ שמשון *Scimsciòn Samsonis*, ב׳ בר *Bar Filij* צ׳ צדוק *Tzadòki*: *Qui obijt an. 72.* scilicet Chr. 1312. sic ex *Scialscèl. bakkabbalà* loco suprà cit. nempè p. 54. b.

קס״ה **ר׳ מאיר רופא** מלך קשטיליא

העתיק ס׳ מדות לארסטו של לשון הקדש ׃ שנת קס״ה לפ״ק ׃

1098 R. MEI'R MEDICVS Regis Castiliæ, in linguam Hebræam vertit librum Ethicæ Aristotelis, anno 165. min. supp. Christi 1405. R. Dauid Ganz ad hunc annum. Vide *R. Ioseph Ben R. Scem Tòu*.

קנ״ה **ר׳ מאיר ן׳ שאנגי** רבי מקהלת

קוסטנטינא והוא היה אחד מהסכימים על ספר יפה תאר כמו

שנראה בתחלת ספר הזה נדפס בויניציאה שנ׳ ונש״ז לפ״ק ׃

1099 R. MEI'R ABE'N שאנגי SCIAANGHI' Rabbinus Constantinopolitanus, fuit primus ex nouē Rabbinis CP. qui approbarunt librũ יפה תאר *Iephè Thòar* R. Samuelis Ben R. Isaaci, vt apparet in principio libri excusi Venetijs anno 357. Chr. 1597. apud Ioan. de Gara, in fol.

קפ״ק **ר׳ מאיר די שפירא** נקרא מ״ש

ר״ל מאיר שפירא) ונזכר בס׳ שברי לוחות ל׳ אליה אשכנזי ׃

1100 R. MEI'R DE SPIRA, abbreuiatè dictus מ״ש *Masc* hoc est *Meir Spirensis*. Eius meminit R. Elias Germanus in suo libro inscripto שברי לוחות *Sciurè luchòth Fragmenta Tabularum*. Fertur habuisse emendatissimum exemplar Pentateuchi.

קנק״א **ר׳ מאיר תנא** עיין רבי מאיר

כהן

hèn Sacerdos. pag. 20. num. 1092.

In fine libri יצירה *Ietzirà* editionis Mantuanæ an. 322. min. supp Chr. 1522. in 4. extat Catalogus quorundam Auctorum, qui de Cabala scripserunt, inter quos connumeratur *Rabbènu Meir de Rothenburgo*, eumque scripsisse dicunt librum inscriptum באר מים חיים *Beèr màim chaiìm Puteus aquarum viuentium*, Tit. ex Cant Cantic. 4. 15. Liber est Cabalisticus, vt ibidem dicitur. Aliud Cabalisticum scriptum eidem à Buxt. F. in Appendice ad Biblioth. Rabbinicam attribuitur, videlicet ספר האמונות *Sèpher Haëmunòth Liber rerum credendarum*. Et -

חוקות הדיינים *Chukòth haddaijanìm Statuta Iudicum*. De ritu, quem seruare debent Iudices in administratione Iustitiæ, mſc. Est & alius huius tituli liber attributus R. Iom Tòu Bar Abraham, de quo Par. III. pagina 785 numero 703.

Eidem R. Meir de Rothenburgo attribuitur liber vulgò nuncupatus -

התשב״ץ *Hattischàtz*, sed notat *Scialscèleth bakkabb.* pag. 54 b. quòd post mortem R. Meir de Rothenburgo eius discipuli collegerunt Magistri sui Consultationes, & Decisiones legales, & composuerunt prænotatum librum *Hattischàtz*. Et de nomine Magistri Meir alio nomine vocauerunt הרמנ״ע *Harramnaà*, quòd per initia dictionum tantundem sonat, hoc est ה׳ *Harràu*, ר׳ *Rabbènu*, מ׳ *Meir*, נ׳ נוחו *Nuchò Requies eius*, ע׳ עדן *E'den* (sit) *Paradisus*. De mortuis ita loquuntur. Sed verisimiliùs est, quòd ait *Iuchasf*. pag. 133. nempè

רבינו שמשון בר צדוק תלמיד הר׳ מאיר מרוטנבורק

שעשה ספר תשב״ץ ר״ל תשובות רבי שמשון בר צדוק

ונפטר שנת ע״ב ׃

validi Sultani Solimani, exaltata sit, & eleuata maiestas eius, anno XII. Regni eius. In domo perexigui Typographi discipulorum minimi, Ghersciòm Ben R. Mosis Ben sapientis excellentis R. Israëlis Nathani Soncini filij Samuelis fil. R. Mosis f. m. qui pugnauit in Vrbe Baròt (Latinis Mursa) *contra impium Fratrem Ioannem de Capistrano, & inde expulit eum cum vniuerso exercitu suo. Et ista fuit quinta generatio R. Mosis de Spira, cuius mentio fit in Thesaphòth, &c.* Ita impius iste Rabbinus loquitur de B. Ioanne de Capistrano, qui tamquam clarissimum sidus refulget in Ordine Minorum, eumque doctrina, & miraculis illustrat. Hic in Germaniam à Nicolao V. ad pietatem propagandam missus, Inquisitor deinde fidei constitutus, cùm magnam Hæreticorum multitudinem in Boëmia, Transiluania, & Valachia conuertisset, Crucesignatorum conuocans, & in Hungariam ducens exercitum, Turcas Albam Regalem obsidentes debellauit, Vrbemque ab obsidione liberauit. Tandem fessus laboribus pro fide Catholica perfunctis, meritis plenus euolauit ad Christum, in Diœcesi Quinqueecclesiensi, anno Domini 1456. die 3. Octobris, annos natus 71. Hinc pessimi Iudæi fidei Christianæ hostes, hunc B. Virum Ioannem de Capistrano impio vocabulo רשע *Rasciàa* vocant.

Tandem scripsit באור על הס״מ״ג *Bijùr al Hassamàgh Elucidationem super librum Præceptorum magnum*, vt ex eodem apparet editionis Venetæ Bombergianæ anno ש״ו 307. Chr. 1547. in fol.

תתק״ב **מהר״יל** ר״ל מורינו הרב רבי יעקב לוי
עיין ר׳ יעקב לוי חלק ג׳ דף תתכ״ס ; ע״ש : סימן תתמ״ס ;

סתם בחלק שלישי וס׳ הנזכר דף רכ״ח ע״ש ;

1101 R. MEI'R TANAITA, De eo abundè dictum est Par. III. pag. 298. col. 1. in *R. Meir &c.*

תתק״ב **מהרא״ם** ר״ל מורנו הרב רבי אליה מזרחי ; עיין ר׳ אליהו מזרחי בחלק א׳ : דף קע״ח ; עב״ : סימן ר״ט ;

1102 MAHARA'M, hoc est *Morènu harràu R. Elias Mizrachì*. Vide *R. Eliàu Mizrachì* Par. I. pag. 178. colum. 2. num. 209. vbi ad numerum 1. פירוש על הפירוש רש״י *In Supercommentariū &c.* adde: Excus. Cracouiæ anno 355. Christi 1595. in fol. Super huiusmodi Supercommentarios R. Salomon Luria scripsit *Biùr Elucidationem* sub nomine יריעות שלמה *Ieriòth Scelomòh Cortinæ Salomonis*, de quo suo loco. Ex Buxtorf.

Ibidem ad numer. 11. מלאכת המספר *Melèchçth hammispàr* in fine post Henricum Petri in 4. adde: Cum versione latina, & Notis Munsteri anno 1546. in 4.

Huius Auctoris vidi librum Arithmetices cum hoc titulo -

ספר המספר לחחכם האלהי מוהר״ר אליה המזרחי ז״ל בקוסנטינא קרית ארוננו המלך הגדול והאדיר שולטאן שולימאן ירום הודו ויתנשא בשנת שתים עשרה למלכו בבית צעיר המחוקקים קטון התלמידי׳ גרשם בן ה״הר משה בן החכם המופלג ה״רר ישראל נתן שונצינו בן שמואל בן הר׳ משה ז״ל והוא נלחם בעיר בירט נגד הרשע פרא יואן די קאפיסטראנו וגרש אותו עם כל חילו משם : והוא היה דור חמישי לה״הר משה משפירה הנזכר בתוספות משוך ; שנת כי גר הייתי בארץ נכריה :

Liber Arithmetices, sapientis diuini Moreni, Doctoris, Præceptoris mei Eliæ Mizrachì (id est) *Orientalis faustæ memoriæ CP. Vrb. Domini nostri Regis magni, &*

1103 MAHARI'L. Vide *R. Iacob Leui*. Par. III, pag. 855. n. 865.

מדקדק **ר' ן' מוסא** (כלו' ר' משה) חבר מאמר יפה על קו"ל קל וחמר נעתק גם' בהררי נמרי' לר' עמנואל ספרדי נדפס בוויניציאה שנת ושנ"ט לפ"ק בבית דניאל זאניטו ברביע :

1104 R. ABEN MVSA, iste est R. Moses Arabs genere, scripsit tractatulum super regulam illam exponendi Sacram Scripturam ab Interpretibus dictam ק"ו *Kàu*, id est -

קל וחומר *Kal vachòmer Leue, & graue*, hoc est *A minori ad maius*. Reperitur in libro מהררי נמרים *De montibus Pardorum*, R. Immanuelis Hispani. Excus. Venetijs anno 359. Christi 1599. apud Danielem Zanetum, in 4.

מעתיק **מוצא** (כלו' משה) **בן צינא** לו **ספר ערבי** חבר ס' השמים והעולם והעתיקו ללשון הקודש רבי שלמה בן משה מאלגזירי נמצא בכ"י בוואטיקאנו על הנייר :

1105 MVTZA' (id est Moses) Aben Sena Auicennæ Arabs, scripsit librum de *Cælo, & Mundo*, quem in linguam Hebræam vertit R. Salomon Ben Mosis de Algerio. Diuiditur in sex Portas, seù Tractatus. Reperitur msc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 4. sub numero 386.

מעתיק **מחמד אלפארגאנוס ערבי** כתב בלשון ערב על התכונה והעתיקו אל לשון עברי ר' יצחק אנטולי נמצא בכ"י בבית ספרי של קיסר בווינא :

1106 MACHMA'D ALPHARGANVS Arabs, scripsit Arabicè Isagogen in Astronomiam, Hebraicam postea fecit R. Isaac Antolì. Extat msc. in Biblioth. Cæsarea Viennæ.

מעתיק **מחמד בן יצחק יהודי** רופא בטולייטולה חבר ס' על הרפואות בשנת ה' אלפים כ"ה ונמצא בכ"י בבית ספרי די איסקוריאל בספרד :

1107 MACHMA'D ABEN ISAACI Iudæus Medicus, scripsit Toleti librum de Medicina. Eius mentio fit in Indice librorum mmssc. Bibliothecæ S. Laurentij Escurialis his verbis: *Mahemet Aben Isaac Iudio de Medicina hecho en Toledo anno de 1265.* hoc est mundi 5025. Exemplar huius Indicis habetur msc. in Bibliotheca Vatic. sub num. 3958.

מעתיק **מאישטרו מיטרידאת** העתיק מלשון ערבי אל לשון לאטין כמה ספרים אשר נמצאו בכ"י בוואטיקאנו סימן קצ"א :

1108 MAGISTER MITRIDATVS quamplurimos libros Hebræos in linguam Latinam transtulit, vt videre est in Bibliotheca Vatic. sub num. 191. Papyr. in fol.

מעתיק **ר' מיכאל כהן** עשה פירוש על פרוש המאמרים מהשמע הטבעי לארסטו מן רשד בן עם תמאמ תלמיד אשר הוא ור' מיכאל נמצא בכ"י בוואטיקאנו סימן שמ"ד ברביע :

rem tranſuerberarunt. Mortuo enim Anglorum Rege, noua Reſpublica in Anglia exoritur, apud quam, & eius Protectorem omnis auctoritas, & poteſtas cernebatur. Videns hæc Menaſſeh Ben Iſraël, vt erat nouarum rerum cupidus, & viuido ingenio præditus, animum applicuit vtcumq; poſſet in Angliam ſuos contribules inuehere. Ad hunc finem Amſtelodamo diſcedens in Angliam nauigat. Perquam benignè à Cromuellio Regicida, & nouellæ Reipub. Anglicanæ Protectore excipitur; & honorificè tractatur à Parlamento, ad quod ſuprema poteſtas tranſlata fuerat, cui inſcripſit librum -

מקוה ישראל *Mikuè Iſraël*, *Spes Iſraëlis*, Tit. ex Ierem. 14. 8. & 17. 13. de 10. Tribuum reuerſione in patrium ſolum. Scripſerat illum Hebraicè, ſed poſtea tranſlatus Anglicè, ignoto Auctore Anglo. Excuſus Londini per Liuewell. Chapmant 1651. in 4. Occaſio ſcribendi hunc librũ ea fuit: Quidam Luſitanus ex ijs, qui fidem Chriſti abnegarant, nomine Antonius Monteſinus ex Oppido Villaflor, Amſtelodamum erinacij refugium veniens ex America, vt ille dicebat, publicauit apud Iudæos ſe in Meridionali America inueniſſe Iſraëliticæ gentis reliquias. Huiuſcemodi fabulis aurem præbuit credulus Menaſſeh Ben Iſraël, & vt crederentur non à Iudæis tantùm, ſed etiam à reliquis Chriſtianorum reliquijs licèt Heterodoxis, pro vera hiſtoria vendidit, Amſtelodami confecto libello ſub nomine מקוה ישראל *Mikuè Iſraël Spei Iſraëlis*, quam fabulam ſtramineis fulchris, & futilibus argumentis firmare conatur, ſed prorſùs infelici euentu: nam Theophilus Spizer-

וקבלו אותו עליהם ולמדו אותו ברבים מבני כל דור ודור וסמכו עליו כל ישראל ועליו אין להוסיף וממנו אין לגרוע ׃ בן אדרו בעלי הקבלה בישראל ׃

1150 MAR, seù MOR BAR RA'V ASCE' post mortem patris Ràu Ascè non statim rexit Academiam סורא *Soranam*, sed loco patris factus est Præses Academiæ מרימר *Marimàr*, quam rexit quinque annis, & obijt an. קנ״ב ד׳ 4192. Chr. 432. Post quem primarium locum Academiæ occupauit Ràu אידי *Idi* Bar אבין *Auin* 20. annis, & mortuus est anno 4212. Chr. 452. Cui in Principatum Academiæ Soranæ successit Ràu Nachmàn Bar Hunà tribus annis, & mortuus est anno 4215. Chr. 455. Post cuius mortem Princeps Academiæ Soranæ renunciatus est hic noster *Mar Bar Ràu Ascè*, qui in solio patris sui 13. annis sedit, vsque ad annum 4228. Chr. 468. quo anno mortuus est. Tempore istorum Rabbinorum Præsidentium Academiæ Soranæ completum, & absolutum fuit Talmud Babylonicum, & ab Academijs Babylonicis approbatum, sed nondum obsignatum, & diuulgatum per omnes Orbis Terrarum Synagogas, neque ab eis receptum nisi anno 73 à morte Ràu אשי *Ascè*, hoc est anno mundi 4260. Chr. 500. Eo siquidem anno obsignatum, & diuulgatum fuit per omnes Israëlitas, & illud confirmarunt, & receperunt, ac in eo conuenerunt omnes Iudæorum Vniuersitates, & Academiæ, ne illi aliquid adderent, aut inde diminuerent. Atq; ita ab obsignatione משנה *Misena* vsque ad annum obsignationis Talmudis sunt 311. anni juxta computum הראב״ד *Haraued* in libro Cabalæ pag. 60. b. & pagina 61. Et R. Dauid Ganz ad annum 260.

XXVII. *Phocilide Poeta Griego, traduzido in Verso Hispannol* cum notis.

Inter reliquias eius post ipsius mortem fuit repertum -

XXIII. *Targùm Arabicum msc. in Legem*. Item -

XXIX. באור *Biùr Elucidario* msc. in Pergam. super רלב״ג *R. Leui Ben Ghersciòm de Anima.*

XXX. *Pars I, Thesauri: De moribus Iudaicis hodiernis.*

XXXI. Et Tractatus Latinus, cui titulus: *Liber Vnus: De Charitate, & beneuolentia Christianorũ erga Iudæos habenda ab Euangelica Lege extractus*. Cuius tamen an Menassèh Author sit, non satis constat.

Moritur autem Menassèh Ben Israèl circa annum Domini 1652.

Cæterùm de hoc Auctore notanda est maxima audacia in suis libris cudendis, quia nullo habito respectu ad Christianos Magistratus, siuè sacros, siuè profanos, nulla ab eis habita approbatione aut censura, eam à suis Iudæis quæritauit, vt videre est in libro Hispanico *Los dinim*, in cuius initio statim occurrit: *Approuation, e licentia*: qui Approbatores non modò iudicant de libro, eiusque materia, sed quod indignum est, sua nempè auctoritate potestatem faciunt imprimendi, & distrahendi: *Concedemos Signores de Mahamàd licença para se poder imprimer e vender. Dado in Amsterdam*. Ita paulatim vsurpant Iudæi Ius, quod alijs competit, Christianorum conniuentia, quod studiosè animaduertendum.

שהו״א **מר בר רב אשי** סוף חיים התלמוד
הבבלי ונחתם בשנת ד׳ אלפים רס״ ליצירה ונתפשט בכל ישראל

bitaret Hadrianopoli ſcripſit -

פי׳ על ס׳ יסוד מורה *Perùſc al Sèpher Ieſòd Morà Expoſitionem ſuper librum* inſcriptum *Fundamentum timoris*. R. Abrahami Abèn Ezræ, de re Grammatica, qua primò inſtituuntur pueri circa timorem Domini. De eo in Par. I. pagina 38. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vatic. ſub num. 105. 296. 369. 419. Papyr. in 4.

תתרקנ״ד רבי מרדכי אשכנזי מאושטרייך חבר ספרו הידוע הכתוב הרי״ף וקרא אותו על שמו מרדכי והוא פי׳ על מסכתות שפירשן הרי״ף: היה רבו הר״ף כנראה בכל חבורו: וראיתי בדברי השיטות ובדיקות שחבר הוא בחרוז שקורא עצמו מרדכי ברבי הלל: וראיתי בספרו עירובין פ׳ חלון ששם. חתן רבינו יחיאל מפריש: וראיתי בקונטרים שהיה גיסו של בעל הסמ״ק: וראיתי בספר יוחסין שהיה תלמיד בעל הסמ״ג ומרדכי אחיו כל׳ ברוך ונפטר שנת ע׳: ויש אומרים שנהרג בשביל תורתו: כן בשלשלת הקבלה דף כ״ט: ע״ב: ב׳:

1154 R. MORDECHA'I GERMANVS de Prouincia Auſtriæ Ben R. Hillèl Gener R. Iechielis de Pariſio, vt ex eius Commentarijs in cap. חלון *Chalòn* ſeptimi Cod *Eruuìn* apparet. Affinitate coniunctus cum Auctore ס״מ״ק *Libri præceptorum parui*, & diſcipulus Auctoris ס״מ״ג *Lib. præceptorum magni*, quamuis & alios Magiſtros habuerit, præſertim הר״ף *Harràph*, hoc eſt *HaRàu Rabbènu Pèretz*, & *R. Meir Ben Baruch*. Notiſſimus eſt hic Auctor ex præclaris Commentarijs legalibus, quos in aliquot Codd. Talmudicos ſcripſit, & de ſuo nomine inſcripſit -

מרדכי *Mordochì*, quibus opera *Ràu Alphès* egregiè illuſtrantur, ideòque cum ijſdem excuſi fuerunt. Hos ex quibuſdam diuerſorum Rabbinorum ſententijs, & concluſionibus legalibus compi-

260. quinti millenarij, Chr. 300. Obſeruandum eſt, quòd iſte Rabbinus Mar, communiter vocabatur טביומי *Tauiomè Bonorum dierum*, quia vt ait *Iuchaſsin* pag. 93. כי כל ימיו היה טוב לישראל *quia omnes dies eius felices fuerunt Iſraëlitis*, quod idem obſeruat *Harrauàd* pag. 62. b. Et Dauid Ganz ad annum 215. quinti millenarij. Obijt igitur *Mar Bar Ràu Aſcè*, ſiuè *Tàu iomè* anno 4215. Chriſti 455 poſtquam rexiſſet Academiam in Sorà annos 13. De hoc Amorraita vide Par. I. pag. 488. col. 2.

תתרקנ״א ר׳ מרדכי בן אברהם יפה: עיין ר׳ מרדכי יפה תכף למטה.

1151 R. MORDECHA'I BEN ABRAHAM IAPHE'. Vide paulò infrà *R. Mordechài Iaphè*.

תתרקנ״ב רבי מרדכי אלאטרינו נקרא אנגילו איבריאו עשה ברכי נפשי וגו׳, של רבינו בחיי בר יוסף בלשון עברי ובלשון איטליאנו חברו ונדפס בויניציאה:

1152 R. MORDECHA'I ALATRINVS vulgò dictus *Angelus Alatrinus* Hebræus, euulgauit Carmina ברכי נפשי *Birchì Naphſcì Benedic anima mea &c.* R. Bechaij Bar Ioſeph Hebraicè, & Italicè ſub hoc titulo -

L'Angelica Tromba di M. Angelo Hebreo Alatrini; con alcuni Sonetti ſpirituali del medeſimo. Venet. 1628. in 8.

תתרקנ״ג רבי מרדכי בן אלעזר בומטיאנו מקונסטנטינה היוני מעיר אדריאנופולי חבר פירוש על ספר יסוד מורה של אברהם ן׳ עזרא כשבא כי בוולשיק שם:

1153 R. MORDECHA'I BEN ELEAZAR בומטיאנו BOMTIANVS Conſtantinopolitanus, cùm ha-

cem addit: *Extare etiam* קצור מרדכי *Compendium Mardochai*. cùm priùs ad differentiá huius Compendij nuncupasset - מרדכי גדול *Mordochài gadòl Mardochæum magnum*. Riuæ de Triento, hoc est Riuæ Tridenti, & Cracouiæ anno 358. Chr. 1598. in folio excusum fuisse.

Auctor *Scialscèleth hakkabalà* pagina 58. b. memorat quendam R. Mordochài his verbis -

רבי מרדכי ברבי הלאי ורבי יצחק ברבי אושעיה נכדו של רבי מנחם דיוני הכתוב בדור ג׳ היו בדור הזה בעיר טריוים כנראה בהרמב״ם הלכות אשות פ״כ בהגה׳ ואני אומר שבאולי זה המרדכי שכתב על הרי״ף :

R. Mordochài Halài, & R. Isaac Berabbì Osciaaiàh nepos R. Menachem דיוני *Dijonì Diuinionensis, qui memoratus est ætate tertia, claruerunt hac ætate in Vrbe Treuiri. vt videre est in Harambàm Halachòth Isciùth cap. 23. in Hagahà At ego dico: Fortassis iste Mordochài est ille, qui scripsit super* הרי״ף *Harriph super Ràu Alphès*. Videtur tamen obstare diuersitas cognominis.

ר׳ מרדכי דאטו חבר ס׳ מגדל דוד וגו מפרש מאמר בּס מפרקי ר׳ אליעזר האומר ששה ד׳ מלכיות פרס יון ורביעי׳ ישמעאל ושכנו יום א׳ של הקב״ה שהוא ך׳ ימות שנה , וכו׳ כמו שכתוב בשלשלת הקבלה דף מ״ז : ע״כ : מתרק״ס

1145 R. MORDOCHA'I דאטו DATO' scripsit librum - מגדל דוד *Mighdàl Dauid Turris Dauid*. Tit. ex Cant. Cantic. 4. 4. Eius meminit Auctor *Scialscèleth hakkabalà* pagina 47. In eo videtur agi de tempore aduentus Messiæ à Daniele indicato capite vltimo, versiculo 11. & 12. ימים אלף מאתים ותשעים *dies mille, ducenti, & nonaginta*: ויגיע לימים אלף שלש מאות שלשים וחמשה: Et

pilauerat, ex quibus nouem tamquam insigniores nominantur; horum primus fuit R. Meir Bar Barùch eius Magister, secundus R. Ioèl Leuita; tertius R. Isaac Bar Ascèr; quartus R. Isaac Bar Abrahami; quintus R. Abraham Bar Ioëlis Leuitæ; sextus R. Samuel Bar Tobiæ; septimus R. Samuel Bar Meir; octauus R. Abraham Bar Dauid; & nonus R. Eleazar Bar Nachmàn. Ex Cod. Vaticano msc. Pergam. sub num. 141. in fol. Porrò hic Auctor Norinbergæ sententia lata ex S.C. vltimo supplicio affectus interijt, anno 5070. Christi 1310. causa ignota. Forsan fuerat Magus, & artis Cabalisticæ effectricis artifex maleficus, cuius artis infamis erat socer eius R. Iechiël de Parisio, vt dixi suprà Par. III, num. 822. pagina 835. Iudæi dicunt שנהרג בקדוש ה׳ *quòd trucidatus fuerit pro sanctificatione nominis*, pro Lege Mosaica. *Scial. hakkab.* pag. 58. b. De eo agunt omnes, qui de Rabbinis Auctoribus tractant, quorum nonnulli eum tantùm vocant אוסטרייך *Austriacum*; & de eius patre Hillele nullam faciunt mentionem: expreßè tamen idem Mardochæus se esse filium R. Hillelis dicit in Comment. suis super Cod. שחיטה ובדיקה *Scechità, & Bedikà*, & in *Iuchasìn* pag. 164. b. sic de Mardochæo habetur -

ר׳ מרדכי בר הלל אשר עשה המרדכי הארוך

R. Mordochài Bar Hillel, qui fecit Mordochi prolixum. Ex quibus verbis firmatur filium Hillelis fuisse Mardochæum, & *Mordochì*, id est Commentarium huius nominis composuisse prolixum, ex quo innuitur aliud *Mordochi* Compendiarium reperiri, vnde appositè Buxtorfius in Biblioth. Rabbinica ad hanc vo-

Danielis omnes dicuntur dies: *Et attinget* (inquit) *ad dies mille, trecentos, triginta, & quinque*. In hoc autem computo anni cum diebus confunduntur: Vnde si quis secundùm hunc computum inuestigare vellet aduentum Messiæ Iudaici, inueniret illum venturum ad annum mundi 5446. Chr. 1686. ita vt infra duos annos habituri sint Iudæi suum desideratum Messiam. Libentissimè admittent hunc computum Iudæi, quia cùm præsentem, quam vocant captiuitatem (quæ potiùs dicenda est æterna שממה *Scemamà desolatio*) tam prolixam cernant, in rabiem versi, tamquam desperati, quidquid eis occurrit, quòd ad Messiam spectare videatur, licèt falsissimũ sit, pro re certa recipiunt, diuulgant, prædicant, & maxima afficiuntur lætitia, dum hæc contribulibus suis narrant. Habemus de Pseudo-Messijs apud antiquos Auctores varia exempla; sed quod superioribus annis in partibus Orientalibus accidit de Sciabbathài Tzeuì Messia Iudæorũ, notissimum est apud omnes; attamen ne obliuioni aliquando de liberatore Iudæorum tradatur historia, libet ad posteritatem instruendam, & Iudæorum peruicaciam redarguendam, breuiter in hoc loco eam referre.

Itaque anno Domini 1666. in partibus Orientalibus in Vrbe Aleppo emersit quidam Iudæus שבתי צבי *Sciabbathài Tzeuì* origine Europæus, multis dotibus à natura ornatus, iuuenis, membris corporis validus, viribus robustus, vultu elegans, & hilaris, lingua facundus, manu liberalis. Hic salutem Israëlitici populi primò per vicos, & pagos Palestinæ inter Iudaicam plebem breui fu-

Et attinget ad dies mille, trecentos, triginta, & quinque. Agitur enim, quomodo dies hominum referantur ad annos Dei. Et qua ratione illa duo vltima verba Danielis לקץ הימין *Lekètz haijamin In fine dierum* sint intelligenda: nam sunt nonnulli, qui ea intelligere volunt de Messia, quem præstolantur Iudæi, & לקץ הימין per integrum valorem literarum ad numerum 335. indicatum in versiculo penultimo referunt, ita vt non dubitarint olim Iudæorum Sapientes annum 1575. à Christo nato vero Iudæorum Messia, designare annum aduentus sui imaginarij Messiæ, quod quàm falsum sit, ipsa experientia ostendit.

Sed si quæras: Qua arte elicere se credebant antiqui Iudæorum Sapientes, tempus aduentus Messiæ ex supputatione literarum לקץ הימין *Lekètz haijamin*, *In fine dierum*?

Resp. per Cabalam: Accipiebant enim integrum valorem numericum literarum, quo subducto, numerum annorum à mundi creatione ad aduentum Messię credebant colligi posse: sic igitur operabantur. לקץ הימין. ל in numeris valet 30. ק 100. ץ 90. ה 5. י 10. מ 40. י 10. & ן 50. Omnium istorum numerorum summa fit 335. numerus dierum aduentus Messiæ, quem post quintum millenarium à creatione mundi assumunt, quia in versiculo penultimo Danielis reperitur אלף *Eleph Mille*, per quod intelligere volunt quintum completum millenarium ex sex millenarijs durationis mundi; vnde elicere se putabant anno mundi 5335. nempè Christi 1575. futurum aduentum Messiæ. At hæc explicatio, & numerorum subductio vana est; quia in prophetia

ius consilij laudatores, vnde *Sciabbathài Tzeuì* nauem conscendens, nauigat Constantinopolim. Cùm enim Smyrnas appulisset, ibi multam, & magnam auri summam à diuitibus Iudæorum, qui vndequaque ad eum adorandum aduenerant, inuenit, quam inter pauperes distribuit; puellas pauperes, congrua dote assignata, in matrimonium collocat, nihil pro se reseruando, sperans, stultus iste Messias, breui Constantinopolim se esse peruenturum, omnesque Turcarum diuitias, & opes absorpturum. Prosequitur itaque inceptum iter, sed cùm die 5. Februarij 1666. Constantinopolim appulisset, captus à Turcis, sistitur coram Iudicibus, compellitur respondere de nomine, de patria, & exercitio, & an aliquando se fecerit Messiam Iudæorum. Ad omnia ritè respondet, sed cùm ad Messiam peruentum est, dixit, verum esse, se primùm ab Iudæorum plebe, deinde à reliquis Iudæis existentibus in partibus Syriæ, & Ierusalem acclamatum fuisse Messiam & liberatorem populi Iudaici, seque, multis muneribus donatum, diuitemque effectum; sed ijs omnibus inter pauperes distributis ne obolum quidem sibi reseruasse: nec titulum Messiæ vnquam vsurpasse, sed fuga ab eis euasisse, ac Constantinopolim venisse, vt in ea Vrbe quietiùs viueret. Referunt hæc ad primum Visirium, qui vt scandalum huiusmodi tam publicum remoueret, iubet vt catenis onustus nouus hic Iudæorum Messias ad Dardanellas mittatur. Dardanellæ enim sunt duæ Turcarum Arces firmissimæ iuxta Hellespontum, vna in Europa, alia in Asia sita, & mille passibus à se inuicem dis-

futuram prædicans, adiutus à quodam sene Iudæo communiter dicto נביא *Nauì Propheta*, qui eum tamquam præcursor inclamabat: *Sciabbathài Tzeuì* esse Messiam Iudæorum: paulatim vox per circumiacentem regionem crescit, postea extra Palestinam exit, dilatatur per vniuersum Turcicũ Imperium; ingreditur Europam, nec vllus in Christianitate reperiebatur locus, vbi Iudæi consistebant, quin in omnibus Synagogis publicaretur aduenisse Iudęorum Messiam, eumque in Terra Sancta, in Terra צבי *Tzeuì Capreoli*, & apud Ierosolymam reperiri שנאמר *Sceneemàr:* dicente Propheta Isaia cap. 2. 3, (quia sine *Sceneemàr*, sine textu Sacræ Scripturæ חכמים *Chachamìm Sapientes* Rabbini non loquuntur) כי מציון תצא תורה ודבר יהוה מירושלם *Quoniam de Sion exibit Lex, & Verbum Domini de Ierusalem*. Et hunc Verbi Dei præconem, & populi Israëlitici liberatorem esse *Sciabbathài Tzeuì*. Promulgato hoc nouo Messia apud Iudæos, nullus fermè eorum fuit, qui non crederet intra paucos menses Ierosolymam, & Templum ædificatum iri, & omnes Iudæos in patrium solum, in terram, à qua tam ignominiosè eiecti olim fuerant, intra paucos dies triumphantes reuersuros. Fuerunt non pauci è finibus fermè totius Orbis, ex Hollandia, & alijs remotioribus partibus, qui relicta domo, cum tota familia anteuerterent discessum, & Ierosolymam petierint, vt ad Sciabbathài Tzeuì peruenientes, ab eo meliorem, & ampliorem partem Terræ reciperent. Sed Sciabbathài Tzeui maiora moliebatur: dicebat enim, necesse esse adire Constantinopolim, & Portam Ottomanicam priùs debellare, nec defuere hu-

ptembris 1666. Postea Turcicæ militiæ eum adscriptum fuisse audiui. Et forsan hodie, si adhuc in viuis est, militabit, nisi in præsenti bello Hungarico cum reliquis Turcis trucidatus & ipse sit. Et hic fuit finis *Sciabbathài Tzeuì Iudæorum Messiæ*. De quo varij libelli editi sunt sub diuersis nominibus, vel Epistolarum, vel Relationum, quibus diffusè de hoc Messia pertractatur. De eodem plura scripsisse videtur Thomas Cœnen, qui dum Smyrnæ morabatur, euulgauit lingua sua materna *Historisch Verhael van Sabethai Zeui*, secundùm quod apparet in *Mantissa* ad librum *Sota* Wagenseilij pag. 1173

Post Sciabbathài Tzeuì alij nouelli Iudæorum Messiæ prodierunt. Audi quid scribat idem Wagenseilius ad quendam Hebraicæ linguæ Professorem existentem in Italia.

Insuper (inquit) *mihi relatum est habere nunc rursus Iudæos aliquem, qui pro Messia se gerit, & quidem apud nos in Germania natum, Mardochæum nomine, quemque pro Vero Liberatore, qui in Italia agunt recutiti, quos penes hactenus aliquandiu commoratus est, insigni honore coluerint. Credo Inquisitionis metus solum vertere planum hunc coëgit; cui sine dubio pœnas dedisset, si res in publicum emanasset. Abijt ea propter, excessit, euasit, erupit ex Italia, atque in Poloniam se contulisse dicitur. Qui hominem coram intuiti sunt, narrant mihi, esse eum forma planè insigni, referre vultu magnam grauitatem, & simulare cum Deo, & Superis colloquia. Familiaris tamen mihi Iudæus fassus est, eum Magum, & incantatorem sibi videri, & ideò Auctorem se alijs fuisse, cauerent sibi sedulò ab homin.*

sy-

cretæ; in altera ex his vinctus catenis detinetur Sciabbathài Tzeuì, vbi à Iudæis inuisitur, vel deuotionis gratia, vel spe videndi aliquod signum ab eo fieri: nam vbique locorum prædicabant Iudæi à Sciabbathài Tzeuì magna, & mira patrari miracula; inter quæ referebant, quòd qualibet nocte, solutis catenis, & vinculis ferreis spatiaretur per maris littus; vtramq; Arcem siccis pedibus mare calcans visitaret; ad carcerem primo diluculo rediret vinctus catenis, compedibus, & manicis ferreis, vt priùs extiterat; interdiù in carcere permaneret. Peruenit tandem ad aures Magni Turcarum Principis fama, nouum liberatorem Iudæorum à suis Ministris libertate priuatum in carcere detineri. Iubet Turcarum Imperator Sciabbathài Tzeuì ad se adduci Hadrianopolim, vbi tunc temporis morabatur. Ducitur Sciabbathài Tzeuì corã Magno Turcarum Domino: obiurgat eum de tumultuatione inter Iudæos excitata in suo Imperio, quòd ipse acclametur liberator Iudæorum, cùm iam olim verus ipsorum Messias venerit, qui est Iesus filius Mariæ Virginis: quòd si nollet ipsũ pro vero Messia modò coram omnibus agnoscere, & insuper Mahometem pro Propheta confiteri, statim præcideretur ipsius caput. Horruit ad hæc verba Iudæorum Messias, & tacitus quasi cogitans quid responsurus esset, quieuit; tandem alta voce professus est, se credere in Christum, qui pridem iam venerat, & in Mahometem Prophetam Dei, velleque fieri Mahometanum, & inter Musulmanos aggregari; statim imposuerunt capiti eius pileum Turcicum Tulipam, & sic *Sciabbathài Tzeuì* de Messia Iudæorum factus est Musulmanus, & Turca die 17. Se-

ſiam Hebræorum expectandum à Iudæis. Hac tamen proxima expectatione certè eludetur Iudæus, quia ſigna, quæ præcedere debent aduentum Meſſiæ à priſcis Rabbinis aſſignata, minimè conſpiciuntur, nec vllo modo conſpici poſſunt. Multiplicia ſunt ſigna præcedentia aduentum Meſſiæ ex Talmude Cod: *Sanhedrin* cap. חלק *Chelek* pag. 97. circa principium, inter quæ hæc pauca hoc in loco referam.

תנו רבנן שבוע שבן דוד בא בו שנה ראשונה מתקיים מקרא זה (עמוס ד׳ ז׳) והמטרתי על עיר אחת ועל עיר אחת לא אמטיר: שנייה חיצי רעב משתלחים, שלישית רעב גדול ומתים אנשים ונשים וטף וחסידים ואנשי מעשי ותורה משתכחת מלומדיה: ברביעית שובע ואינו שובע: בחמישית שובע גדול ואוכלין ושותין ושמחין ותורה חוזרת ללומדיה: בששית קולות: בשביעית מלחמות: במוצאי שביעית בן דוד בא וכו׳.

Tradiderunt Magiſtri: Hebdomada, qua veniet filius Dauidis (Meſſias, hebdomada annorum erit) *Anno primo ſtabilietur hac Scriptura* (Amos 4. 7.) Et pluere faciam ſuper Ciuitatem vnam, & ſuper Ciuitatem alteram non pluere faciam. *Anno ſecundo, Dimidium famis mittitur. Tertio, Fames magna, & morientur viri, & fœmina, paruuli, & miſericordes* (Sancti) *& homines* (bonorum) *operum; & Lex obliuioni tradetur ab eo, qui eam didicit* (Gloſ. *propter inopiam alimenti*). *Quarto* (anno) *Saturitas, & non ſaturitas* (hoc eſt annonæ mediocritas) *Quinto, Saturitas magna, & bibent, & lætabuntur: Lex redibit ad eum, qui eam didicit. In ſexto, Voces* (Gloſ. *Id eſt fama vbique locorum audietur de aduentu Meſſia. Aliter, quia clangetur buccina magna ob bellum* בין אומות העולם לישראל *inter populos mundi, & Iſraël*)

ſycophantia, & impoſturis. Scr. raptim Altdorfi Noric: a. d. 27. Maij. A. 1682.

Hinc perſpicuum eſt, quàm frequenter emergant Pſeudo-Meſſiæ Iudæorum, vt vno ſublato, alius in medium prodeat. Et de his loquitur Chriſtus in Euangelio apud Ioannem 5. 43. quando dicit: *Ego Veni in nomine Patris mei, & non recepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.* Omnes enim iſti Pſeudomeſſiæ à Iudæis ambabus manibus recipiuntur.

Sed ad Meſſiam Iudæorum, quem ſecundùm inſtitutum à nobis calculum, Iudæis proponimus pro anno 1666. reuertamur, de quo quærimus, qua ratione huiuſmodi calculus à nobis inſtitutus ſit?

Reſp. Eodem modo, quo antiquiores Iudæorum Doctores interpretati ſunt verba illa Danielis לקץ הימין, quibus in numeros reſolutis inuenerunt ann. 335. ſexti millenarij, Chr. 1575. licèt falsò, & decepti ſint; ſicut etiam ab iſto noſtro calculo decipientur. Si autem ſecundùm quòd antiqui Iudæorum Doctores fecerunt, calculus huiuſmodi Danielis ſit inſtituendus, addendi ſunt mille anni huic numero 335. quia dicitur in prophetia אלף שלש מאות וגו׳ *mille &c.* אלף *Mille* autem numerat ſecundùm integrum valorem literarum centum vndecim: nam א numerat 1. ל 30. פ 80. Omnes ſunt 111. qui ſi addantur numero 335. fiet ſumma 446. ſexti millenarij, quod ſecundùm Scholam Eliæ tribuitur Meſſiæ. Annus autem 446 ſecundùm minor. ſupputat. eſt annus à creatione 5446. qui quidem correſpondet anno Chriſti 1686. quo anno ſecundùm hunc computum dicendum Meſ-

Messias. Cùm enim auidissimi pecuniarum sint Iudæi, easque per fas, & nefas cumulare maximis conatibus procurent, nunquam sine pecunijs inuenietur crumena illorum. Ergo nunquam eorum deploratus Messias veniet. De quo aliquid diximus suprà Par. I. pag. 167. & seqq. Par. III. pag. 376. & seq. pag. 425. & seq. pag. 466. & seq. pagina 579. & alibi. Et fusiùs, Deo dante, dicemus infrà. Loca autem, quæ suprà citauimus ex Cod. *Sanhedrin* cap. *Chelek* reperies etiam in בית ישראל *Beth Israel* Par. II. pag. 124. col. 2. num. 164. & Ibidem col. 3. num. 165. editionis Venetæ Petri Aloysij. & Laurentij Bragadini anno 1625. in fol.

ה' מרדכי יפה מפראג

[illegible]

[illegible] לבוש המלכות [illegible]

[illegible] מלפני המלך בלבוש מלכות תכלת וחור

[illegible]

לבוש הראשון נקרא לבוש תכלת [illegible] לבוש החור [illegible]

[illegible] ר' יוסף בר מנחם

ישראל [illegible] ר' יוסף הלבן [illegible]

[illegible] לבוש מלכות [illegible]

יוסף [illegible] מרדכי יפה [illegible]

[illegible]

[illegible] לבוש השלישי [illegible] לבוש עטרת

זהב גדולה [illegible]

[illegible] לבוש הרביעי [illegible]

[illegible] לבוש [illegible]

[illegible] בטור אבן העזר [illegible] ולבוש החמישי [illegible]

[illegible] לבוש עיר שושן [illegible]

[illegible] בטור חושן המשפט [illegible]

[illegible]

[illegible] על התורה [illegible] על מורה הנבוכים

לרמב"ם [illegible] קדוש החדש [illegible]

In septimo, Bella. In fine hebdomadis, venit filius Dauidis (Messias). Hactenus Talmudica traditio, sed hæc diebus nostris minimè aptari possunt.

Quidam Iudæorũ Magister persuadere conabatur calculum de aduentu Messiæ secundùm illorum principia à me institutum, videlicet Messiam Iudæorum venturum esse intra duos circiter annos, ritè fuisse subductum, cumq; alia ratione firmabat, aiebatque. Messias tunc venturus est, quando deficient pecuniæ à crumenis Iudæorum. Sed hodie deficiunt pecuniæ à crumenis, nam prohibitio est ne retineantur pecuniæ illegitimi valoris, sed oportet eas deferre ad nummularios deputatos pro recipiendis pecunijs damnatis, ij verò debent soluere alias iusti valoris: quod quidem sine damno, & diminutione pecuniarum ex crumenis fieri nequaquam potest: Ergo.

Resp. Hoc argumento potiùs probari, nunquam fore venturum Messiam Iudæorum, quàm præsenti hoc æuo venturum? Quia per receptionem pecuniarum legitimarum non deficiunt pecuniæ, sed conseruantur in crumenis; vt sublatis illegitimis, & damnatis, eæ quæ legitimæ sunt, & à Principe approbatæ expendi tutò possint, quod in bonum publicum, & Iudæorum simul redundat. Scio quidem in Talmude capite *Chelek* pag. 97. cit. non longe à fine, huiusmodi signum aduentus Messiæ exhiberi, videlicet אין בן דוד בא עד שתכלה פרוטה מן הכיס *Non venit filius Dauid quousque deficiat obolus è crumena*. Sed sensus istius dicti Talmudici est: Quousque in crumena Iudæorum reperiatur פרוטה *Perutà*, quo nomine minimi valoris pecunia intelligitur, non veniet

cùth Vestimenti Regij nuncupatur.

לבוש תכלת *Leuùsch Techèleth Vestimentum hyacinthinum*. In eo tractatur de benedictionibus, precibus, vrbanitatibus.

Secunda Pars *Vestim. Regij* vocatur לבוש החור *Leuùsc hachùr Vestimentum nitidum*. In eo agitur de Sabbatho, & alijs festiuitatibus. Vtraque Pars correspondet primo *Tur Ordini* R. Iacobi Bar Ascèr nuncupato אורח חיים *O'rach Chaiìm*, de quo suprà Par. III. pagina 838. Super huiusmodi tractatus scripsit annotationes R. Ioseph Bar Menachem Israel, quem vocant R. Ioseph הלבן *hallauàn* sicut ex Præfatione apparet.

Tertia Pars *Vestimenti Regij* dicitur לבוש עטרת זהב גדולה *Leuùsc attèreth zabàu ghedolà Vestimentum Corona aurea magna*. In eo agitur de illicitis, & licitis, & respondet secundo *Tur Ordini* ירה דעה *Ierè deàh*.

Quarta Pars *Vestim. Regij* appellatur לבוש בוץ וארגמן *Leuùsc habbùtz, vearghemàn, Vestimentum byssinum, & hyacinthinum*. In eo agitur de rebus ad matrimonium spectantibus, & respondet 3. *Tur Ordini* אבן העזר *E'uen haèzer*.

Quinta, & vltima Pars *Vestimenti Regij* dicitur.

לבוש עיר שושן *Leuùsc Ir Sciusciàn Vestimentum Vrbis Susàn*. Vbi de rebus pertinentibus ad Conciues; de foro contentioso; de Iudicibus, & Testibus, De Contractibus; mutuo, commodato, & iuramentis. De societate, procuratoribus, traditione, venditione, donatione; de re perdita, & amissa, & inuenta; de damno dato; de hereditate; de Tutoribus, & Curatoribus; de operarijs, & illorum mercede; de Custodibus, su-

1156 R. MORDECHAI יפה IAPHE' PVLCHER Bohemus Pragensis, & Princeps Academiæ Synagogarum Posnaniensis, Lublinensis, & Crennizensis, Vir in Iudaicis Iuribus, & Ceremonijs impensè doctus, supercommentatus est Opera Iudicialia R. Ioseph Karo, & præsertim שלחן ערוך *Scialchàn arùch*, composito magno Volumine, quod nuncupauit.

לבוש המלכות *Leuùsc hammalcùth Vestimentum Regium*, desumpto titulo à capite 8, versiculo 15. historiæ Esther.

ומרדכי יצא מלפני המלך בלבוש מלכות תכלת וחור ועטרת זהב גדולה ותכריך בוץ וארגמן והעיר שושן צהלה ושמחה :

Et Mordechài egressus est à facie Regis, in vestimento Regio, hyacinthino, & splendente, & diademate aureo magno, & amictus ex byssino, & purpura: & Ciuitas Sciusciàn exultauit, & laeata est. Ex hoc Scripturæ loco, suo Syntagmati *Vestimenti Regij* nomen imposuit quod, & in decem Vestimenta dispertitus est, quamuis tantummodo quinque recenseantur, reliqua verò non nominantur, quia forsan in hisce quinque ea inclusa esse censuerit Auctor. Quæ in quatuor טורים *Turim Ordinibus* R. Iacobi Bar Ascèr continentur; enucleatiùs hic explicantur; & quæ iam declarauerat Rabbì Ioseph Caro, eodem ordine *Turim* seruato in suo בית יוסף *Beth Iosèph*, & R. Isarlàn in suo opere; hic noster Auctor eadem refricat, adductis rationibus, quod priùs factum non fuerat, eorumque doctrinam confirmat, seruato ordine, & stylo in שלחן ערוך *Scialchàn arùch* reperto. Opus ergo in quinque partes diuisum legitur.

Prima Pars לבוש מלכות *Leuùsc Mal-*

ſan. Recognitus à Leone de Modena Rau Veneto, cui præfixit Epiſtolam ad Lectorem. In fol.

Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica in לבוש מלכות *Leuùſc Malchùt*, dicit hunc librum impreſſum eſſe etiam Lublini anno 363. Chriſti 1603. Sed ſi primùm impreſſus fuit Pragæ annò videlicet 370. Chr. 1610. trium ſupradictorum Iudæorum liberalitate, & munificentia, vt dicitur ab Auctore in fine Operis, & ſuprà retuli; quomodo conſiſtere poteſt, ſeptem annis ante eundem librum *Leuùſc Malchùth* fuiſſe Lublini impreſſum?

Cæterùm R. David Ganz præter prædictum, alios quoque recenſet libros, compoſitos ab hoc noſtro Auctore R. Mordechài Iaphè, nempè

פי׳ על התורה *Perùſc al battorà Commentarios in Legem.*

ס׳ דרשות *Sèpher Deraſciòth Librum Concionum.*

פי׳ על ס׳ מורה נבוכים *Perùſc al Sèpher Mòrè neuuchìm Commentarium in librum Director perplexorum* R. Moſis Bar Maijmonis, & Commentarios in Conſtitutiones eiuſdem R. Bar Maijmonis ſuper קדוש החדש *Kiddùſc hachòdeſc Sanctificationem nouæ Lunationis*. Scripſit denique Commentarios in רקנאטי *Recanati*. Obijt Poſnaniæ in Polonia, vbi per multos annos rexerat Synagogam; quo autem anno id contigerit, incertum. Certum eſt, eum non ante editionem ſui magni Syntagmatis diem clauſiſſe extremum, cùm & illud excuſum viderit, vt ex verbis perorationis in fine vltimæ Partis appoſitæ perſpicuum eſt. Vnde non diù poſt annum 370. Chr. 1610. ſuperuixiſſe dicendus eſt.

ſuribus, raptoribus, percuſſoribus, &c. Reſpondet quarto *Tur Ordini* חשן המשפט. Scripſerat hunc librum noſter Mordechai Iaphè circa initium huius ſeculi, quod cùm non poſſet ob paupertatem typis tradere, relicta patria Venetias venit, vt ibi ſibi occurreret occaſio edendi illum, ſed nullam in ea Vrbe rationem inuenit, qua huiuſmodi librum in publicam lucem exponeret. Reuertitur Poſnam Vrbem Poloniæ vbi Princeps Academiæ inſtitutus erat: ibi tres Viri ſibi occurrerunt diuites, atque benefici, *R. Moſes Bar Meir* ברנרדים *Barnadis Leuita*; *R. Moſes Bar Zacharia de* ענדל *Andàl*; *& filius eius Ioſeph*. Iſti tamquam funiculus triplex ſimul vniti proprijs impenſis effecerunt, vt huiuſmodi liber in Vrbe Praga cuderetur an. 370. Chr. 1610. vt apparet ex *Leuùſc Ir Sciuſciàn*, vbi in fine prædicta narrantur, &c. ſub excommunicatione prohibetur, ne præfatus liber infra terminum decem annorum alibi imprimatur, quod exactè ſeruatum eſt, nam decennio elapſo, iterum impreſſus fuit Venetijs iuſſu Petri, & Laurentij Bragadini apud Ioan. Coleonem ש״פ 380. Chr. 1620. quæ editio magis commendatur: nam præterquam quod emendatior, & accuratior exijt, additur etiam omniũ Tractatuum Index, qui antea deſiderabatur. Diuiditur in duos Tomos. Primus comprehendit *Leuùſc Techèlet*, *Leuùſc Hachùr*, & *Leuùſc Atèreth Zahàu*, *Veſtimentum hyacinthinum*, *Veſtimentum nitidum*, & *Veſtimentum Coronæ aureæ*.

Secundus Tomus complectitur *Leuùſc habbùtz Vehargbomàn*; & *Leuùſc Ir Sciuſciàn*: *Veſtimentum byſſinum, & hyacinthinum*, *& Veſtimentum Vrbis Su-*

מעגק׳לי

פתרקנו **ר' מרדכי הכהן** תלמיד חבר ר' ישראל די קוריאל והיה היה מתושבי צפת בגליל העליון : חבר ס' שפתי כהן והוא ביאור על התורה בפשטים ובאסמכתות עמודסות פרשיות לחמשה וכו' . ובסוף כל פרש' ופרש' נכתבו סגמטריאות מתכלים במספר כתיבת יד על שם רבי שמשון : נדפס בויניציאה שנת השס״ה ובשנת בעיון כהן על יד ר' יצחק גרשון בהוצאת דניאל זאניטי וכביתו :

1157 R. MORDECHA'I COHE'N discipulus R. Israëlis de Koriàl, in Vrbe Tzaphèt Galileæ superioris scripsit -

ביאור על התורה *Bijùr al hattorà Elucidationem* quinque librorum *Legis* Mosaicæ, qua non litera solùm explicatur, sed & sensus mystici, ac Cabalistici, præsertim per Ghemeteriàh referantur: & in fine cuiuslibet sectionis afferuntur alij consimiles sensus mystici, quos hic Auctor dicit; se inuenisse in libro msc. sub nomine Rabbènu Scimscion. Hanc autem elucidationem euulgauit sub nomine -

שפתי כהן *Siphthè Cohèn Labia Sacerdotis*. Tit. desumptus ex Malach. 2. 7. *Labia Sacerdotis custodient scientiam &c.* Excusus Venetijs an. השס״ה 5365. Chr. 1605. iussu Danielis Zaneti, & diligenter correctus per Isaacum Gersonem, In folio.

בעה״קבס **ר' מרדכי כהן בן ר' דוד כהן** חבר ס' לקוטים ברפואה והעתיק אותם מספרים שונים של ר' גבריאל הרופא זקנו וכלם מנוסות מאנשים רבים והוא כ״י והם אצלי :

1158 R. MORDECH'AI COHE'N BEN R. DAVI'D COHE'N scripsit librum -

לקוטים *Lekutim Spicilegij* de Medicina, compilatum ex libris Medicinalibus R. Gabrielis aui sui, vt ipse testatur in hoc eodem secretorum Spicilegio numero 459. de præparatione Hellebori. Habeo msc. Papyr. in meo Museolo.

בעה״קבס **רבי מרדכי כהן בן ר' יצחק הכהן** חבר ס' ראש מר דרור והם דרושים על הפרשיות התורה : ונדפסו בויניציאה בהוצאת השר פיטרו בראגאדינו בבית יואן קאיון שנת שע״ה :

1159 R. MORDECHA'I COHE'N BEN R. ISAACI HACCOHE'N composuit librum inscriptum -

ראש מר דרור *Rosc Mor derôr Caput Myrrhæ libertatis* Tit. Ex. 30. 23. Sunt Conciones super omnes Parasciòth sectiones Pentateuchi Impressæ Venetijs iussu Domini Petri Bragadini, in domo Ioan. Caiòn anno 375. Chr. 1615. In 4.

בעה״קלס **ר' מרדכי מרגלית** חבר ספר זהר חדש : כמו שאמר אחד בספרו ואני לא ראיתי שום דבר על אותו החבור ואולי לא היה הוא לעולם ,

1160 R. MORDOCHA'I MARGOLI'TH secundùm quod dicit Plantauitius in sua Biblioth. Rabbin. num. 171. est Auctor libri inscripti -

זהר חדש *Zòhar chadàsc Zòhar nouum.* Æmulatur Zòhar antiquum, cùm de eadem materia, stylo, & dialecto Cabalisticas expositiones Legis pertractet, quæ in antiquo Zòhar minimè inueniuntur. Et hæc est sententia Plantauitij; Vidi quidem librum inscriptum -

זהר חדש ומדרש נעלם ושיר השירים ומדרש רות ; וקצת איכה וכו' *Zòhar Chadàsc nouum, & Midràsc Nealàm, & Scir Hascirim, & Midràsc Ruth, & pars Lamentationis Ieremiæ, &c.* Hunc luci exposuit R. Isaac de Luria Germanus; inuentus autē fuerat inter cimelia *R. Menachèm de Lonzano*, *Fuit autem excusus Venetijs opera R. Io-*

se-

prà Par. III. pag. 915. num. 986. in R. Isaac Nathàn. Vide ibi si placet.

תתרקס״ב ר׳ מרדכי פינצו חבר ס׳ על התכונה ומולדות ותקופות : כתבו בי״ד :

1162 R. MORDECHA'I פינצו PINTZO scripsit librum Astronomicum; de Nouilunijs, Æquinoctijs, & Solstitijs. Reperitur msc.

תתרקס״ג ר׳ מרדכי מפרווינצה רב ל׳ דוד אבודרהם חבר ס׳ מן החי על דיני אסור והתר : וס׳ בית השערים על דיני כתובה , וס׳ שער נדרים : כמו שזוכר בעל ס׳ שלשלת הקבלה דף נ״ט :

1163 R. MORDECHA'I DE PROVENZA de Prouincia Galliæ, Magister R. Dauidis Auudrahàm Hispani, scripsit librum.

מן החי *Min hachài De viuente*, quo de prohibitis, & licitis in cibum pertractat. Scripsit etiam librum -

בית השערים *Beth hasciaarìm Domus Portarũ*, de Contractibus dotalibus, & librũ

שער נדרים *Sciaàr nedarìm, Portæ Votorum*, de Votis. Eius meminit Auctor *Sciall. Sceb hakkabalà* pag. 59. Vixit circa annum 5080. Chr. 1320.

תתרקס״ד ר׳ מרדכי קורקוס מויניציא חבר ס׳ גדול ומועלה כנגד חכמת הקבלה וכנגד עשרת הספירות ונכתב בי״ד אצל המחבר בשנת תל״ב :

1164 R. MORDOCHA'I קורקוס KORKO'S Venetus, scripsit magnum & egregium Volumen contra artem Cabalisticam, in quo potissimùm oppugnantur 10. Sephiròth Cabalistarum, anno 5432. Chr. 1672. penes Auctorem msc. asseruabatur, typis quamprimùm committendum, nisi obstent Iudæorum חכמים *Chachamìm*.

sephi חמיץ *Chamitz*, *per manus autem R. Mosis* זכות *Zacùth anno* תכ״ג 423. Chr. 1663. in 4. Nihil in hoc Zòhar nouo legitur de Mordochài Margolith, sed quia numerus 171. tribus asteriscis non notatur, signum est, Plantauitium hunc librum non vidisse, sed alicuius referentis dictis credidisse, atque hoc modo deceptum.

תתרקס״א ר׳ מרדכי נתן יש אומרים שהוא חבר ס׳ מאיר נתיב הנקרא בלשו׳ קונקורדאנציאש ועיין לעמלה באלף פליאי דף תתקמ״ו עמוד אחד מיין רבקפו בן רבי יצחק כהן :

1161 R. MORDECHA'I NATHAN, nonnulli eum faciunt Auctorem Concordantiarum Hebraicarum, quæ sub nomine -

ס׳ מאיר נתיב *Sèpher Meir natiu Librum illuminans viam*. Primò prodierunt Basileæ cum hac inscriptione ס׳ מאיר נתיב Concordantiarum Hebraicarum capita, quæ sunt de vocum expositionibus, à doctissimo Hebræo R. Mardochài Nathàn, ante CIX. annos conscripta, nunc verò in gratiam Theologiæ candidatorum, ac linguæ sanctæ studiosorum ad verbum translata, per M. Antonium Reuchlinum Isnensem, in Schola Argentoratensi linguæ Hebrææ Professorem. Basileæ per Henricum Petri. Huic libro præfixit Præfationem Ioan. Brent. Lectori, & Epistolam Osualdus Schrekenfuchsius Hebraicè tantùm anno 1556. in fol. Ibidem cum eodem titulo postea euulgatæ fuerunt Hebraicè apud Ambrosium Frobenium an. 341. Chr. 1581. in fol. Et Venetijs cum eodem Tit. apud Aloysium Bragadinum anno 5324. Chr. 1564. in folio. De Auctore harum Concordantiarum egi su-

תתקס״ה **ר׳ מרדכי קואטין** חבר ס׳
על ברית מילה ונמצא כ״י בבית ספרי עיר לידא ׃

1165 R. MORDOCHA'I KVA-TI'N scripsit.

ס׳ על המילה *Sèpher al hammilà Librum de Circumcisione*. Reperitur msc. in Bibliotheca publica Lugdun. Batau. inter Codd Warnerianos.

תתקס״ו **רבי מרדכי שאול בן שמואל שאול** עשה לוח הטעיות על ס׳ תורת הבית הארוך להרשב״א ׃ ונמצא בסוף הספר נדפס בויניציאה שנת שס״ח ׃ בבית יואני דגארה ׃

1166 R. MORDOCHA'I SAVL BEN SAMVELIS SAVL composuit Indicem erratorũ in libro תורת הבית *Thoràth habbàit* prolixo *Harrisbà*, hoc est HaRàu R. Salomonis Ben Addèreth. Reperitur in fine prænominati libri excusi Venetijs anno 368. 1608. in domo Ioannis de Gara.

תתקס״ז **ר׳ מרדכי** תלמיד הרם מקוצי ׃ עיין ר׳ מרדכי אשכנזי מאושטריך ׃ ונפטר שנת ע׳ כמו שאמר יוחסין דף קל״ג ׃

1167 R. MORDOCHA'I discipulus R. Mosis de Kòtzi. Vide *R. Mordochài Germani* de Prouincia Austriæ. Obijt hic Auctor anno mundi 5070. Chr. 1310. *Iuchassin* pag. 133.

תתקס״ח **רב מרי** היה סגי נהור ועם כל זה חבר הלכות הרבה ומת שנת במו דתקמ״ג והוא ראש ישיבה במתא מחסיא ׃

1168 RA'V MARI Princeps Academiæ in Mathà Machasià, licèt lumine oculorum orbatus fuisset, nihilominus composuit diuersas Decisiones legales, & tandem obijt in sua Academia circa ann. mun. 4543. Chr. 783. *Scialscèleth hakkab.* pag. 36. b.

תתקס״ט **מרים אחות משה הנביא** יש אומרים כי היא חברה ס׳ על אלקימיה ובאמת לא היה כן ׃

1169 MARIA SOROR MOSIS dicunt aliqui quòd ipsa scripserit librum de Alchymia; sed hoc est chimericum figmentum ab Alchymistis confictum. nihilominus Gesnerus illud refert.

תתק״ע **מרימר** והוא בר רב אשי והאמוראים הם שיימו את ש״ס הבבלי ונחתם בשנת ד׳ אלפים רס״ה כמו שאמרתי למעלה והוא אחר פטירת רב אשי היה לראש ישיבה במקומו במורא ה׳ שנים ומת בשנת ד׳ אלפים קצ״ב ׃ כן תמצא בס׳ הקבלה להרא״בד בדור השביעי מסדר אמוראים ׃

1170 MARIM A'R fuit vnus ex Amorraitis Babylonicis, qui post mortem Ràu אשי *Ascè* Academiam Soranam quinque annis rexit, nempè ab anno 4187. Chr. 427. vsque ad ann. 4192. Chr. 432. quo anno mortuus est. Iste cum asseclis suis occupatur in perficiendo Talmude Babylonico: nec tamen obsignatum fuit nisi anno 4265. Chr. 505. vel 500. vt suprà in Mar Bar Ràu Ascè notaui. De hoc Rabbino Marimàr videndus est הראב״ד *Harraua'd* ætate septima Amorraitarum. *Scialscèleth bakkabbalà* pag. 35. R. Dauid Ganz ad annum 187. quinti millenarij. Et Par. I. huius Biblioth. pag. 488. col. 2.

תתקע״א **ר׳ מרינוס ן׳ גנאח** חבר ס׳ על הדקדוק והשלים כל מה שהתחיל ר׳ יהודה בר דוד חיוג כמו שאמר הראב״ד בסוף ספרו הקבלה ׃

1171 R. MARINVS ABEN גנאח GANA'CH scripsit librum de Grammatica, & perfecit Opus, quod incæperat *R. Iudas Bar Dauid Passi* cognomento *Chiùg*, seù *Chiuàgh*. Ita refert *Harrauàd* in fine libri sui de Cabala.

יעקב רבי משה בן אברהם פרווינצאלי חבר השגה על דרוש ימי עולם כנגד עזריה מן האדומים ונדפס בסוף ס' מאור עינים עם התשובה עליו ראנה נדפס שנת שלד לפק

1172 R. MOSES BEN ABRAHAMI PROVENZALIS, scripsit Animaduersionem super *Inquisitionem dierum mundi* R. Azariæ de Rubeis, qui de quantitate dierum, mensium, & annorum agit, quam impugnat; sed R. Azarias ei respondet. Vtraque tam animaduersio, quàm responsio reperitur in fine libri מאור עינים ipsius R. Azariæ editionis Mantuanæ an. 5334. Chr. 1594.

ר' משה אחא חבר אפוריסמוס על הרפואה כמו שאמר ...

1173 R. MOSES ACHA' scripsit Aphorismos in Medicina. Ex Henrico Mauroy in Apolog. pag. 217.

רבי משה איסרלש חבר הגהות וגם ביאור המלות זרות על שלחן ערוך נדפס בקראקא ...

1174 R. MOSES ISARLA'SC composuit librum -

הגהות *Hagahòth Annotationum*, & præterea -

ביאור המלות זרות *Bijùr hammilòth zaròth Elucidationum, siuè Interpretationum difficiliorum vocum*, quæ in שלחן ערוך *Sciulchàn arùch* reperiuntur. Excusus primùm fuit Cracouiæ anno 354. Chr. 1594. in folio, & iterum recusus Hanouiæ anno 387. Chr. 1627. Et deinde Amstelodami apud Iosephum *Attiàs*, anno 422. Chr. 1662. In 8.

Plantauitius in suâ Biblioth. Rabbin. num. 743. & 744. distinguit inter Mosen איסרלש *Isarles*, & Mosen איסרלן *Isarlàn*, Primo attribuit observationes in *Sciulchàn arùch* hic à nobis sub nomine הגהות *Hagahòth*, vti inuenimus, relatas. Cognomen autem scripsi איסרלש *Isarlàsc*, non *Isarlès* sicut Plantauitio placet, quia sic in editione Cracouiensi in folio scriptum inueni. At eidem R. Mosi Isarles Buxtorfius donat librum inscriptum -

תורת החטאת *Toràth hachatàth, Lex peccati*. Tit. ex Leuit. 6. De cibis licitis, & vetitis. Excusus Cracouiæ anno 337. Chr. 1577. In 4. Et Isnæ 1570. Claruit anno 1570. cui addit -

תורת העולה *Toràth haolàh*, *Lex holocausti*, Tit. ex Leuit. 6. 2. Plantauitius num. 744. dicit, hallucinatum fuisse Buxtorfium, quod è duobus vnum tantum faciat auctorem, eo quòd R. Moses Issarlàn huius libri auctor (vt ipse dicit) sit Buxtorfio R. Moses Iserles. Non tamen aduertit Plantauitius, quòd *Issarlàn*, & *Iserles* vtrumque sit nomen Israëlis barbarè pronunciatum, quòd manifestum est ex titulo eiusdem libri, ex quo non solùm apparet, quomodo barbarè à septentrionalibus Iudæis nomen Israëlis pronuntietur, sed vterque tàm Plantauitius, quàm Buxtorfius redarguitur de oscitatione circa lectionem huius tituli, qui quidem nec Issarlan nec Iserles habet, sed איסול *Isòl*: sic enim legitur in Titulo -

תורת העולה אשר חבר ר' משה בן ר' ישראל המכונה איסול מקראקא נדפס בפראג תחת ממשלת הקיסר מאקסימיליאנו קיסר על ידי מרדכי בר צמח בשנת של לפק

Toràth haolàh, Lex holocausti, quam composuit Rabbi Moses Ben R. Israël cognomento Isòl de Cracouia, excusa Pragæ sub dominatione Maximiliani Cæsaris, per manus Mordochài Ben R. Tzèmach, anno ש"ל *330. minor. supput.* Chr. 1570.

In

& miseria huius mundi. R. Iudas eius filius heres, & exequutor Testamentarius secundùm voluntatem patris curauit, vt supra recensita opera Venetijs ederentur, sicuti factum est. Excusa enim fuerunt apud Danielem Zanetum anno לפ״ק שס״א 361. min. supput. Chr. 1601. Correctore R. Mose אלפאלאס *Alpalàs*. In folio, & ibidem apud Ioannem Bragadinum fil. Aloysij per Ioan. de Gara anno 364. Christi 1604. in 4. & anno שמ״ו 346. Christi 1586. in 4. Scripsit -

עלת תמיד *Olàth Thamìd Holocaustum iuge*, Tit. ex Exod 29. 42. & num. 28. 15. Est docta, & erudita explanatio literalis, & mystica super Pentateuchum Mosis, ex antiquis auctoribus expiscata, stylo concionatorio composita. In principio illius reperitur Præfatio in vniuersam explanationem; subinde alia in primam sectionem Genesis. Et in fine extat Tabula materiarum, qua compendiosè, & secundùm ordinem sectionum referuntur materiæ de quibus tractatur. Fuit excusa Venetijs eodem anno 361. Christi 1601. Opera eiusdem Iudæ Auctoris filij, cui præfixit Præfatiunculam in principio libri, reuisi, & à mendis expurgati per R. Mosen Alpalas. Scripsit & -

דרש משה *Deràsc Mosè Explicatio mystica Mosis*. Sunt sermones in Pentateuchum, quos sequuntur alij sermones diuersi argumenti, vti de sponsalibus, funeribus, excommunicatione, Circumcisione, & resipiscentia. Excus. Venetijs apud Ioan. de Ghara an. 363. Chr. 1603. In folio opera, & diligentia R. Iudæ, & R. Abraham Albeldæ filiorum huius R. Mosis Albeldæ in honorem Pa-

In folio. Quid si error sit in titulo, & mendum sit typographicum איסול *Isòl?* Tunc dicendum est, Buxtorfium non errasse in nomine Isarles, nec Plantauitium in Issarlan, cum vtrumque Israelem significet; Auctoris autem distinctio aliunde petenda, & inquirenda, quàm ab huiusmodi cognomine. Itaque, & alij duo libri exhibentur à Buxtorfio Filio in Appendice sub eodem cognomine *Iserlen*, siuè *Iserlè*, videlicet -

דרכי משה *Darchè Mosè, Via Mosis*, Liber ritualis. Et -

מפה על השלחן *Mappà al basciulchàn*, Mappa seù tegumentum super mensam. Sunt Scholia in librum *Sciulchàn Arùch*, edita Venetijs. Ita Buxtorf. F.

שנת קע״ס **רבי משה אלבילדה ז״ל**

בשלוניק חבר כמה ספרים אחד קראו ראשית דעת : ושערי דמעה והוא ביאור על ספורי גלות שמרבה יסודי הטוב והבילו של העולם בן החכם ר׳ יהודה אלבילדה הוציא לאור הנהלים לו בספרו הסוים ולו עכפם הנהלם לקיים צוו אביו החכם : והובא בעיון בעבן ע״י ר׳ משה אלפאלאס ופי׳ הנהלת הפלאכה בסדר ובספר ויכך שלמים של כם ונלו צביו ויחשר לאס כרו ורבו ונלו את פקן : ביאורויאס בחמש רגילא ותרי : וחבר גם כן עלת תמיד : ודרש משה :

1175. R. MOSES אלבילדה ALBELD'A Princeps Academiæ Thessalonicensis. Plantauitius eum vocat Sicilianũ; nam סאלוניק *Salonik*, qua voce Iudæi vulgariter nuncupant Thessalonicã, ipse ineptè vertit *Siciliam* in Biblioth. Rabbinica numero 136. 502. 633. Scripsit -

ראשית דעת *Rescìth dàath Initium scientiæ*. Titulus ex Prouer. 1. 7. est ביאור על התורה *Biùr al hattorà Elucidatio in Legē*, & שערי דמעה *Sciaarè dimaà, Porta lacrymarum*. Liber est moralis, de Vanitate,

קתרקפ"ה **ר' משה אלמושנינו בן ר' ברוך** חבר ס' ידי משה והוא פי' חמש מגילות ובסוף הספר ר' שמואל ן' דייסום כתב אגרת אל עין הקורא ועשה וכרון הדרושים שבספר מגלות ומפתחות פסוקים של עשרים וארבע ומאמרים אשר נתפזרו בכל הספר ונדפס בויניציאה בבית דניאל זאניטו שנת קראנ"ו לפק: וחבר בית אלהים והוא פי' על ספירה די ספקרו בוסקו: וחבר ויקהל משה וגם כ"כ דרושים ונדפסו בוויניציאה בבית דניאל זאניטו ונוגה על ידי רבי שמואל דייסום: וחבר מאמץ כח: וגם דרושים על פנים ומועדים וחבר מגדל עוז: וגם חבר משאת משה והוא באור על פי' אסתר ועוד חבר פי' על תפלות וקראו תפלת למשה: וספרים אחרים:

1178. R. MOSES ALMOSCNINO BEN R. BARVCH, secundùm quod referunt Auctores Bibliothecarum Rabbinicarum scripsit diuersa Opuscula, inter quæ maximè micat expositio Quinque libellorū, nempè Cant. Cantic. Ruth, Threnorum, Ecclesiastæ, & Esther, quam appellauit --

1. ידי משה *Iedè Moscè Manus Mosis* Tit. ex Exodi 17. 12. In ea secundùm principia Philosophorum pertractat, ita tamen vt non abhorreat à principijs Talmudistarum. Excusa fuit Venetijs apud Danielem Zanetum anno קראנ"ו 357. mi. supput. Christi 1597. In 4. In fine huius libri extat epistola R. Samuelis Abèn דייסום *Deiesus* ad lectorem; qui & recensuit concionabilia in Quinque parua volumina, & Indices locorum Sacræ Scripturæ, & eorum, quæ narrantur ex antiquis Rabbinis in hisce quinque paruis voluminibus. Scripsit -

2. בית אלהים *Beth Elohìm, Domus Dei* Scribit quidam, vt Buxtorfius refert in Biblioth. Rabbin. ad hunc locum, eum esse librum huius Auctoris, qui contineat expositionem Sphæræ de Sacrobosco, Scripsit -

3. ויקהל משה *Vaijakhèl Moscè*, & con-

tris, vt legitur in fine huius. Vnde patet, quod huiusmodi Auctor circa initium huius sęculi inter viuos esse desierat. Corrigendus itaque est intollerabilis error illapsus in Biblioth. Rabbinicam Buxtorsij ad Tit. עולת תמיד *Olath Thamìd*, vbi hic liber Mosis Albeldæ dicitur excusus fuisse Venetijs Anno 286. Chr. 1526. vltra 74. annos ante mortem Auctoris.

יר קט"ו **ר' משה בן אליה** חבר ס' על אסורי דרגין חתון ונמצא כ"י בבית ספרי כביר ליידן:

1176. R. MOSES BEN ELIÆ Scripsit -

ס' על אסורי דרגין בחתון *Sèpher al issurè darghin bachatùn, Librum de prohibitis gradibus consanguinitatis*. Annotatur inter mmssc. Codd. Warnerianos Hebraicos Bibl. pub. Lugd. Batau. In 4.

קתרקפ"ו **ר' משה אלישקר** חבר ס' נגד ר' שם טוב שחבר ספר האמונות נגד ן' עזרא והרמב"ם והרלב"ג על עקרי האמונה וטעה בספרו. וזה ר' משה אלישקר השיב עליו והפיל טענותיו: ונזכר בספר שלשלת הקבלה דף סג ע"ב: וחבר ש"ת:

1177. R. MOSES אלישקר ALESKAR Scripsit contra R. Scem Tou, qui scripserat librum האמונות *Haëmunòth* contra R. Aben Ezræ, Harrambàm, & Ralbàgh, super עקרי האמונה *Ikarè haëmunà*, & multum errauit. Hic autem R. Moses Alèskar irruit in eum, & errata illius euertit. Huius meminit Auctor *Scialscel. hakkabbalà* pagina 63. b. scripsit -

ש"ת *Sceelòth & Tesciuuòth Quæsita & Responsa Legalia*. Excusa Constantin. & Sabionetæ.

uòth Commentarium in Capitula Patrum, de quibus sæpiùs dictum est. Excusum Thessalonicæ.

In Indice Biblioth. Lugd. Batau. huiusmodi Comment. vocatur פרקי משה *Pirkè Moscè Capitula Mosis*, Thessalonicæ regnante Solimano, in 4. Eidem Auctori Buxtorf. F. attribuit -

9. פני משה *Penè Moscè Facies Mosis*. est Expositio in Pentateuchum msc. Sunt nonnulli libri, qui incipiunt ab hac voce פני *Penè*, vt פני יצחק *Penè Itzchàk*, פני רבה *Penè Rabbà*. Idem Buxt. F. aliam expositionem in Pentateuchum huic Auctori donat sub nomine -

10. תורת משה *Toràth Moscè Lex Mosis*. Vide *R. Moses Alscèch*.

11. תפלת למשה *Thephillàth leMoscè Oratio Mosis*, Tit. ex Psal. 90. 1. Continet דרשות *Conciones* in Legem. Impressus Thessalonicæ apud R. Isaacum Ben Ioseph יעבץ *Iabètz* anno ש״כח 328. min. supp. Chr. 1568. in 4. Et Cracouiæ anno 350. Chr. 1590. in 4.

Denique idem Buxtorf. F. recenset librum msc. huius Auctoris Mosis Almoscnini seù Almosini cum inscriptione -

12. תקון סופרים *Tikùn Sopherìm*, *Correctio Scribarum*, dicitque continere instructionem Scribarum, seù Notariorũ; nempè formulariũ Instrumentorum, venditionis, donationis, Testamentorum, libelli contractuum, &c. Vide alium librum cum eodem titulo in *R. Salomon Ben R. Scimòn Bar Tzèmach*.

ר׳ משה אלפלם

המרקדש ר׳ משה אלפלם חבר ספר הואיל משה ונחלק לב׳ חלקים : החלק ראשון והוא להודיע יקר תפארת התורה וכו׳ ונדפס על יד ר׳ משולם ן׳ דייסו נדפס בוויניציאה שנת הו״א שס״ה לפק בחכמת דקדוק ולימוד ובינה בריבות : חלק שני קראו בא גד לפי שנחלק לז׳ פרקים, ולפי לשון כיסב

congregare fecit Moses, Tit. ex Exod. 35. 1. Sunt כ״ה 25. Conciones excusæ primò Constantinopoli, postea Venetijs apud Danielem Zanetum an. נשנ״ז 357. Christi 1597. Correctus per R. Samuelem דייסוס *Deiesus*. In 4. Scripsit -

Quintum & vltimum Scribarum pręceptum est חנוכה *Chanuccà Dedicationis* Templi à Machabęis purificati, cuius annualis solemnitas singulis annis recurrebat; ceremoniæ, & ritus huius celebrationis, quæ per octo dies à 25. mensis כסלו *Chislèu Nouembris* vsque ad diem tertiam mensis טבת *Teuèth Decembris* perdurat, explicantur in הלכות *Halachòth Lectionibus*, quæ pag. 250. col. 3. huiusmodi libri reperiuntur. De hoc festo vide plura Parte I. pag. 400. & sequentibus.

Pag. 250. col. 6. reperitur Tabula הלכות *Halachòth Lectionum*, siuè *Constitutionum* huius libri, quæ sunt tamquam Index materiarum omnium, tam I. Partis מצות לא תעשה *Præceptorum negatiuorum*; quàm II. Partis מצות עשה *Præceptorum affirmatiuorum*. Pag. subinde 251. sequuntur חידושי על הסמ״ג מהרב רבי אליא מזרחי על הלכות ערבי פסחים וחמץ שופר ויומא סוכה ולולב חנכה ומגלה: *Chidusè Nouellæ explanationes R. Eliæ Mizrachì Orienta-*

Rabb. ei addit ampliùs vitæ annos 28. dicit enim hunc R. Mosen de Kòtzi obijsse anno Domini 1310. vnde dicendum, eundem vixisse 130. annos, quod incredibile est. Ad locũ Auctoris *Scialscèleth hakkabbalà* dicentis vtrumque Mosen tam Bar Nachmàn, quàm de Kotzi recepisse à maioribus suis traditiones Iudaicas circa ann. mun. 4950. non ita intelligendum, quòd simul, & eodem tempore, & anno receperint huiusmodi traditiones, sed cùm ijdem fuerint contemporanei, licèt non eodem anno sint nati, is, qui ætate maior erat, priùs quoque traditiones accepisse dicendus est. Nam R. Moses Ben Nachmàn secundùm R. Dauid Ganz natus est anno 954. min. supp. Chr. 1194. & syntagmata sua scribere incepit anno 970. Chr. 1210. 30. annis priùs quàm incæpisset hic R. Moses de Kòtzi, ex eodem R. Dauid Ganz; vnde apparet, quòd licèt contemporanei fuerint isti duo Moses, & alter alterum videre potuerit, attamen Moses Ben Nachmàn multis annis ætate præcessit Mosen de Kòtzi, & sicut ille hunc nostrum Mosen ætate sic & in reliquis, quæ tempus decernunt, & ætatem respiciunt, vti sunt traditiones Iudaicæ, quibus à teneris annis pueri imbuuntur superauit. Prior igitur Rabbì Moses Ben Nachmàn, & post plurimos annos R. Moses de Kòtzi instructus est. Quòd autem dicitur à Plantauitio hunc R. Mosen de Kòtzi obijsse an. Dom. 1310. cum nulla auctoritate, aut ratione dicatur, sicut sponte dicitur, sic facilè reijcitur.

Cæterùm huiusmodi R. Mosis Ben Iacobi reperitur msc. in Biblioth. Vaticana num. 146. sub tit. ס' עקרי מצות תרי"ג *Sèfomnis* cœpisse meditari compositionem præfati sui libri סמ"ג, eumque perfecisse post aliquot annos, licèt annum, quo præcisè perfecerit, assignare non possimus. Auctor tamen *Scialscèleth hakkabbalà* pag. 55. dicit, se vidisse in libro שערי ציון *Sciaarè Tzijòn*, quod huiusmodi Auctor perfecerit librum suum anno ה' אלפים מ"ב 5042. Chr. 1282. quadraginta duobus annis postquam incæperat eum componere; quod si sic, sequitur inde, quòd paulò post annum Domini 1282. diem suum clauserit extremum ætatis suæ 63. circiter annum; sic enim supponitur natus esse an. mun. 4979. Chr. 1219. cæpisse suum librum סמ"ג anno 5000. Chr. 1240. ætatis suæ anno vigesimo primo, eumque absoluisse anno 5042. Christi 1282. ætatis suæ 63. post quem, aut non diù post viuere desijsse dicendus est;

Sed dicet non nemo, annum assignatum 4979. Chr 1219. pro natiuitate huius Auctoris non subsistere: nam idem Auctor *Scialscèleth hakkab.* pagina cit. 55. coniungit nostrum R. Mosen de Kòtzi cum R. Mose Ben Nachmàn, & dicit שניהם ספרדים קבלו מהגאונים שבדור הקודם להם כמו בשנת ד' אלפים תת"ק"נ: *Ambos esse Hispanos, & recepisse traditiones Iudaicas à Doctoribus, qui præcesserunt eos circa annum* 4950. Chr. 1190. Hinc sequitur quòd Moses fuerit natus circa annum mundi 4940. & traditiones Iudaicas ad minimum decennis receperit. Sic incæperit scribere librum סמ"ג *Samàgh* ætatis suæ anno 60. eumque perfecerit anno ætatis 102. postea obierit: nam illum incæpit an. 5000. compleuitque anno 5042. Christi 1282. Imò Plantauitius num. 401. suæ Biblioth.

Sèpher Ikarè Mitzuòth תרי"ג *Liber fundamentorum* 613. *praeceptorum*, compositus circa annum mundi 5000. Christi 1240. in duos libros diuisus. Cuius Compendium compilatum ab Anonymo reperitur ibidem msc. num. 340.

א · רי"א ר' משה בן ר' יצחק חבר
ס' נקרא חברת התמדות וסוף ס' על הקבלה ، כן מצאתי בסוף
ספר היצירה דפוס מנטובה שנת שכ"ב ،

1211 R. MOSES BEN ISAACI scripsit librum, quem vocauit -

חברת התמדות *Haccaràth Hammidòth*, *Cognitio proprietatum*, scilicet diuinarum. Liber est Cabalisticus, secundùm notam appositam in fine libri יצירה *Ietzirà* impressionis Mantuanæ anno 322. Chr. 1562. in 4.

א · רי"ב ר' משה ברבי יצחק ן'
עזרא היה חכם ומשורר גדול גם כתבתי השבועות וסוף
חבר ספר ערוגת הבושם ונפטר שנת דתת"מ כן אמר בעל
שלשלת הקבלה דף ל"ט ، ע' ב' ، בסוף הדף :

1212 R. MOSES BERABBI ISAACI ABEN EZRÆ doctus, & insignis Poëta, scripsit -

ערוגת הבושם *Arugàth babbòsem Area aromatica*, Tit. ex Cant. Cantic. 6. v. 2. Videtur esse liber Grammaticalis, cuius meminit *Scialscèl. bakkab.* pag. 39. b. propè finem, ubi dicit Auctorem habuisse tres fratres admodum doctos, *Isaacum*, *Iosephum*, & *Iudam*. Obijt anno 4840. Chr. 1080. ex eodem. Est & alius liber cum hoc eodem tit. ערוגת הבושם Vide *R. Samuel Arcuuolto*.

א · רי"ג רבי משה בן ר' יצחק
קלאין נתגייר ונעשה משיחי וחבר ס' על שלוש הקדוש
ועל אלהות אשר נולד משיח בבתולה לקרושים אלהיים ועל תולדת
ושם ישוע משיחנו : וחבר פירוש על שיר השירים וקראו

תפוחי זהב : והספרים הם כתובים בכ"י על ידי יואן באולום אוסטאקיו
אשר גם הוא יהודי נעשה משיחי וקודם היה שמו ר' אליה בן
מנחם רופא מנולה דה נולה :

1213 R. MOSES BEN R. ISAACI קלאין KALAIO' conuersus ad fidem ex Iudaismo, cuius nomen post baptismum mutatum non inuenio. Scripsit Hebraicè -

על שלוש הקדוש *Al Scilùsc bakkadòsc*, *De Sanctissima Trinitate; de distinctione Diuinarum Personarum; & de Natiuitate, & de Passione Domini* lrbrum vnum. Reperitur msc. in Biblioth. Vatic. sub num. 69. exaratus à Ioanne Paulo Eustachio. Scripsit quoque Commentarios in Cant. Cantic quos nuncupauit -

תפוחי זהב *Tapuchè zabàu Poma aurea*, Tit. ex Prou. 25. 11. Reperitur msc. in eadem Bibl. Vatic. sub n. 70. Pap. in fol. Exarati fuerunt ab eodem nempè R. Elia Ben Menachèm Medico Hebræo cognomento *de Nola* an. 5316. Chr. 1556. Hic enim post aliquot annos relicta Iudaica perfidia Christum agnouit, & renatus sacro baptismatis fonte, vocatus fuit Ioannes Paulus Eustachius, qui postea officium Scriptoris librorum Hebraicorum in Biblioth. Vatic. exercuit, vbi reassumptis Commentarijs in Cant. huius R. Mosis Kalaiò, olim ab eo inceptis, eos deferibere compleuit an. Domini 1568.

De hoc Scriptore conuerso vide suprà sub nomine R. Menachèm de Nola, num. 1130. vbi addendum est eius nomen post conuersionem, nempè *Ioannes Paulus Eustachius*.

Est & alius liber sub hoc nomine תפוחי זהב. Vide Par. III. n. 821. p. 833.

ה - ר״ר ר׳ משה בן ר׳ ישראל
נקרא איסול או יסרלי עיין ר׳ משה בן יסרלי :

1214 R. MOSES BEN ISRAE'L. Vide *R. Moses Ben Iserlè*; quidam eum vocant איסול *Isòl*, sed ineptè. R. Dauid Ganz in suo צמח דוד ad annum 332. Christi 1572. eum appellat R. Mosen Iserlès, de quo huiusmodi elogium premit: *R. Moses Iserles, pius perfectus, qui Syntagmatis suis illustrauit oculos captiuitatis libro* תורת העולה Thoràth haolà, תורת חטאת Thoràth chattàth, *&* שלחן ערוך Sciulchàn arùch; *multos suscitauit discipulos, & recumbere fecit Legem in Israële in cœtu Cracouiensi fermè per viginti annos. &c.* Obijt anno suprà notato 332. minoris supputationis.

ה ר״ס רבי משה הכהן אבר
נקרא הרמ״ך עשה השגות על הרמב״ם והשיב הרמב״ם עליהם : והוא בשנת תתקנ״ח לפ״ק :

1215 R. MOSES HACCOHE'N *Sacerdos*, abbreuiatè dictus הר׳מך *Harramàch*, cuius meminerunt *Iuchasìn* pag. 132. & *Scialscèleth hakkabalà* pagina 51. Scripsit -

השגות *Hassagòth Animaduersiones* in librum ה׳י׳ד *Haijàd* הרמ׳ב׳ם *Harrambàm* R. Mosis Maijmonis, quibus ipse respondit. R. Dauid Ganz refert ad annú 958. quinti millenarij, nempè Christi 1198. R. Azarias de Haadomìm in אמרי בינה *Imrè binà* cap. 23. pag. 93 b. non longè à fine, eum vocat איש לוני׳ל *Virum de Lunel*, ex quo multi Viri docti prodierunt. Lunel autem non longè abest à Monte pessulano Mompellier in Gallia Narbonen. Huiusmodi *Hassagòth* msc nobis exhibet Buxtorf. F. in Appendice ad Patris Bibl. Rabbin. sicut & aliud

eiusdē Auctoris msc. vt מגלת עמוקות *Meghallè amukòth, Reuelans profunda*, Tit. ex Iob 12. 22. sed sine argumenti indicatione, quod alij ipsi R. Bar Maijmon attribuunt.

ה - ר״ו רבי משה כהן אשכנזי
חבר ויכוח על הגלגול הנפשות :

1216 R. MOSES COHE'N ASCHENATZI' *Sacerdos Germanus*, scripsit -

ויכוח *Vicuàch Disputationem* de גילגול הנפשות *Ghilgùl hannephasciòth Transmigratione animarum*, inter Philosophum & Cabalistam; Philosophus illam reijcit, ratione, & Scripturæ auctoritate; Cabalista verò eandem approbat, vti solent. Christiani autem illam damnant, librosque de hac re tractantes igni tradunt.

ו ר״ו ר׳ משה הכהן ספרדי מטורדישלייה
חבר ס׳ ונקרא שמו עזר האמונה כמו שאמר בעל ספר יוחסין דף קל״ג ע״ב ובעל ספר שלשלת הקבלה דף ס״א :

1217 R. MOSES HACCOHE'N *Sacerdos Hispanus de Tordesilla*, siuè de *Turri Syllana*, quod est Oppidum Hispaniæ Tarraconensis, ad Durium fluuium, hodie in Regno Legionis est. Scripsit librum -

עזר האמונה *E'zer haëmunà Auxilium fidei*, Huius meminit *Iuchassin* p. 133 b. cumque refert ad annum 135. m. f. Chr. 1375. Et *Scialscèleth hakkabbalà* pag. 61. eum vocat מטורדיסילה *de Torresella*, quod idem est; idemque intelligendum est *ex Torsilia* apud Buxtorf. & Plantau.

ה - ר״ס רבי משה דילאון היה בשנת
בא כ׳ לאלף הששי ויש אומרים שהוא חבר ספר הזוהר כ״ל שכל

qui Simeoni Ben Iochài tribuebatur dialecto Ierosolymitana scriptus fuisset, quę autem adiecta fuerant à R. Mose de Leone, lingua pura Hebraica scripta cernerentur, licèt sententia, & stylus loquendi imitarentur R. Simeonem Ben Iochài; facilè fuit vnam compositionem ab alia secernere, & legitimam à spuria dignoscere: vnde R. Moses de Leone pro laude vituperationem reportauit. Ita refertur à *Scialscèleth hakkabalà* pag. 32. ex *Iuchasin*. De quare plura dicemus infrà in *R. Simeone Ben Iochài*. Præter prædictas expositiones R. Simeoni præfato attributas scripsit etiam hic R. Moses de Leone -

על הנפש *Al hannèphesc De Anima*, & etiam -

ועל תחיית המתים *Al techijàth hammetìm De resurrectione mortuorum*. Quæ scripserat super Genesim, & super Exodum reperiuntur msc. apud Vaticanum.

ה - ר״ס רבי משה לוי אלקביץ

היה חכם גדול בקבלה וחבר ספר בית השם : נספת כמו סל״ה :

1219 RAB. MOSES LEVI אלקביץ ALKABE'TZ fuit magnus Cabalista, & de eadem materia scripsit librum nuncupatum -

בית השם *Beth hascèm*, hoc est יהוה *Adonài*, *Domus Domini*. Eius meminit Auctor *Scialscèleth hakkabalà* pag. 65. eumque coniungit cum Mose de Trani, qui in Tzaphèth Galileæ anno 335. m. supput. Christi 1575. adhuc viuebat. Buxtorf. in Biblioth. Rabbin. hunc eundem titulum בית יי *Beth Adonài* nobis exhibet, & cuidam R. Mosi Lota attribuit, cuius ampliorem notitiam non habeo.

המפורשים בדברי הזוהר אשר הם בלשון ירושלמי הם דברי רשב״י ז
אבל מה אשר הם בלשון הקדש אינם דבריו כי אם הם המפורשים
של זה החכם אשר היה עני ולמען יקח הכסף ממיר רב מהחכמים
היה כותבם ותולה אותם על שם רשב״י וחברתו : ואריכה שאוכליסין
כמו שאמר בעל ס׳ שלשלת הקבלה מהבעל ס׳ יוחסין : וגם כן
כתב על הנפש : ועל תחיית המתים : על בראשית ועל ס׳ ואלה
שמות בעצמו כ״י בוואטיקאנו :

1218 R. MOSES DE LEONE *Legionensis*, Vir quidem doctus apud suos, sed pauperrimus; vnde à Iudæis, qui Auilæ habitabant, mercede conducitur, vt cœtum illorum dirigat; at cùm stipendium, quod inde percipiebat ad alendam suam familiam, quæ numerosa erat, non sufficeret, vt illam sustentare posset, modum inuenit omninò damnandum: is enim fuit. Non diù ante annum 5050. Chr. 1290. euulgatum fuit quoddam scriptum super Pentateuchum Mosis sub nomine R. Simeonis Ben Iochài, quod hactenus ignotum fuerat, & cùm in diuersis quaternionibus incompactis per manus Rabbinorum tereretur, non apud omnes idem exemplar apparebat, sed aliud ab alio discrepabat. Videns hoc Moses de Leone, applicuit animũ ad interpretandum Pentateuchum stylo eodem seruato, qui in expositione eiusdem à R. Simeone Ben Iochài cernebatur; non totum quidem Pentateuchum explicando, sed nonnulla loca, ea scilicet, quæ à Ben Iochài in explicatione videbantur relicta. Perfecit suum opus, & apud sapientiores Iudęos sub nomine R. Simeonis Ben Iochài euulgauit, transcriptis diuersis exemplaribus, quæ à nostro Mose, caro pretio diuendebantur; qua arte non modicum lucrum ab eo percipiebatur. Fraus tandem detecta est: nam cùm זוהר *Zòhar*

א - רכ ר׳ משה לוי דרשן בפראג

עשה הסכמה על ס׳ נחלת צבי לר׳ צבי בן יוסף כהן ונדפסה בתחילת ספרו בדפוס וויניציאה שנת תכ״א :

1220 R. MOSES LEVI' DAR-SCIA'N, *Concionator* Pragæ an. 420. Chr. 1660. approbauit librum נחלת צבי *Nachalàth Tzeuì* R. Iosephi Cohèn. Reperitur in principio huius libri impressi Venetijs anno 421. Christi 1661. in folio.

א - רכא ר׳ משה לוי נאגארה

עיין ר׳ משה נאגארה :

1221 R. MOSES LEVI' NA'GERA. Vide *R. Moses Nàgera*.

א רכב רבי משה לוי קוצין חבר

ס׳ עלית קיר קטנה והוא חדושי דרשות על התורה :

1222 R. MOSES LEVI' קוצין KOTZI'N, scripsit Homilias, & Nouellas explanationes in Pentateuchum, quas appellauit - עלית קיר קטנה *Aliàth Kìr katanà, Cœnaculum parietis paruum*; Reperitur in Indice librorum Biblioth. publ. Lugdun. Batau. inter libros Warnerianos. Venet. in 4.

Quidam R. Moses Leuì (an autem sit idem cum præsenti, ignoratur) scripsit de Religione Iudæorum, & de profectu in Hispaniam, & in reliquas Europæ regiones, deque sede fixa in eisdem librum vnum. Reperitur excusus Gallico idiomate cum hoc titulo :

Histoire de la Religion des Iuifs, & de lor establissement en Espagne, & autres parties de l'Europe, où ils se sont retirès après la destruction de Ierusalem. Ecrite par Rabbì Moses Leuì. A Amsterdam, Chez Pierre de la Faille 1680. *in* 4.

א - רכג רבי משה בר מיימון הדיין

בר יוסף החכם בר יצחק הדיין בר יוסף הדיין בר עובדיה הדיין בר שלמה בן הרב ר׳ עובדיה הדיין

נולד בקורדובא בשנת ד׳ אלפים תתקנ״ה ערב פסח ויום שבת היה ושליש אחר חצי היום ואמרו כי היה מורה רבינו הקדוש : ובשנת דתתקס״ו ברח מפני הפלשתים למצרים והיה יודע בשלמות לשון ערבי אבל לא היה יודע לשון כשדי ומדי ובהיותו במצרים לקח לו תלמידים מאלכסנדריאה ודמשק ושם עשה ישיבה גדולה ושמעו הלך למרחוק ותהלתו היתה מפורסמת בין היהודים אבל היה נסתר מן האומות : ונכנס ללמוד לשון כשדי ומדי עד כי בז׳ שנים היה שלם בלשונות ההם והלך שמעו בכל הארץ : ויקחהו מלך מצרים לו לרופא כן הוא היה רופא גדול וחבר ספרים הרבה האחד הוא פי׳ משנה אשר חבר בלשון ערבי והשלימו במצרים והוא היה בן שלשים שנה ההוא שנת ליצירה ד׳ תתקכ״ח וחבר :

ב׳ : ספר הי״ד י״ד שנים אחר המשנה כן כתוב בהלכות קדוש החדש וזה החבור כתב בלשון הקדש גם צח מאד : ואחר כך עשה :

ג׳ : ספר המצות בלשון ערבי : ונעתק בלשון עברי :

ד׳ : ספר המורה הנבוכים עשה גם כן בלשון ערבי שנת חמשים לחייו לתלמידו החשוב ר׳ יוסף בן עקנין :

ה׳ : ואגרת תחיית המתים כתב ס׳ שנים אח״כ : ושאלו ממנו היעתיק המורה בלשון הקדש והשיב שלא יכלו אבל שהוא בוכים בלמוד מופסק ר׳ שמואל בן תבון והוא סומך עליו ובן שלמה כי העתקת ר׳ יהודה אלחריזי איננה ראויה : וזה ר׳ שמואל ן׳ תבון העתיק ואת אגרת תחיית המתים וחבר ידעת עם פירוש לספר המורה ולס׳ חמדע ששרפו אותו ובל מכתב הרמב״ן לחכמי פרווינציאה וגם ר׳ דוד קמחי שהיה בזמנו הוא כתב לחכמי לוניל על זה והשבין ארוך עד מאד : והרמב״ם אומר בהעתקה המשנה שהוא עשה בלשון ערבי -

ו׳ : פירוש על שלשה סדרים שבגמרא : וחבר שמונה פרקי׳ על התמה וקראום פרקי משה :

ז׳ : אגרת תימן הנקרא פתח תקוה והעתיקה ר׳ נחום המערבי אל לשון עברי :

ח׳ : פירוש אבוקרט : וכולל בו כ״ה מאמרים על הרפואה :

ט׳ : ומשיב לאגרות שבאו אליו ממזרח וממערב מצפון ומים שחכמי גרמא וספרד ותימן וכבל :

י׳ : וכתב דברי מוסר וצוואה הנוח לבנו רבי אברהם :

יא׳ : ומשיב לשאלות ששאלו ממנו חכמים גדולים מהמה הארצות :

Miscnæ impressionis antiquæ, his verbis

אני משה בר מימון הדיין בר יוסף החכם בר יצחק הדיין בר יוסף הדיין בר עובדיה הדיין בר שלמה בן הרב ר׳ עובדיה הדיין וכו׳ ;

Ego Moses Bar Maijmonis Iudicis, Bar Iosephi sapientis, Bar Isaaci Iudicis, Bar Iosephi Iudicis, Bar Oudiæ Iudicis, Bar Salomonis Ben Râu Rubbi Oudiæ Iudicis, &c. A' patre suo igitur Iudæorum Iura didicisse Mosen dicendum est. Hinc patet, quàm hallucinati sint ij, qui scribunt, Mosen hunc nostrum, dum adhuc puer esset, adeò ingenij tardi fuisse, vt ne dum aliquid addiscere, verùm nec memoriæ quicquam mandare potuerit; vnde non semel â patre verberatus, tandem â proprijs ædibus expulsus fuerit, sæpè dicente patre: Moses filius meus, filius lanionis est בן הקצב *Ben hakatzàu*, propterea quòd cum filia lanionis in matrimonio iunctus, filium hunc susceperat. Hoc quoque inuerisimile est, cùm non soleant inter Iudæos Viri doctrina insigniores cum plebeiorum filiabus in matrimonio iungi.

Amplius scribit idem *Rambàm* in Commentar. super Miscnaijòth referente *Iuchass.* loco cit. nempè pàg. 131, b.

קבצתי (לשון יוחס בפי׳ המשנה) כל הספרים אשר באו לידי מפירושי אבא מרי אדוני וזולתו עד ר׳ יהוסף הלוי נ״ע כי לב האיש ההוא בתלמוד מבעית ובמוהו לא היה לפניו מלך ;

Collegi (inquit) *omnes libros, quos habere potui ex Commentarijs patris mei: nam ante ipsum, vsque ad R. Iehosèph Hallevì, b. m. cuius totum studium in Talmudicis quæstionibus perquirendis, & examinandis totum addictum erat, nullus alius eo melior repertus est consiliarius.* Et in hunc modum intelligendi sunt illi Au-

יב׳ ; וספר הנהגת הבריאות :
יג׳ ; וספר ; מלאכת ההגיון ; ומלות ההגיון ;
יד׳ ; אגרת לחכמי לוניל ולחכמי צרפת ... על
ענין מטוב הגלגל וגזרת הכוכבים ; וספר -
טו׳ ; שלשה עשר עקרי דת משה : ונדפס -
טז׳ ; ידיעת יחוד ונדפס בו׳ בוש... ; ונדפס -
יז׳ ; אגרת על דין שלסבבריאל ר׳ פינחס בן ל׳ משולם ;
יח׳ ; ס׳ הסיבות ונדפס בו׳ בוש... :
יט׳ ; מגלת עמוקות :
כ׳ : אגרת השמד :

1223 R. MOSES BAR MAIIEMON, seù *Maijmonis, Maiemonidis*, vel *Maiemonida*, abbreuiatè dictus רמב״ם *Rambàm*, vel etiam strictiùs רמ״ *Ram*, Cordubensis, & â diuturna mora, quam in Ægypto protraxerat, Ægyptius communiter appellatus, nascitur Cordubæ anno mundi 4891. vespera Paschæ, die Sabbathi, hora prima cum triente post meridiem, id est anno Christi 1131. *Iuchasìn* pagina 131. b. lin. 2. dicunt eum fuisse ex progenie Rabbènu Hakkadòsc, ac proinde ex semine Dauidis ex parte matris eiusdem Rabbènu. Addunt, habuisse præceptorem *R. Iehosèph Hallevì Ben* מיגאש *Megàsc*. Sed hoc non subsistit: nam R. Iehoseph Abèn Megàsc moritur ex eodem *Iuchasìn* pagina 131. anno 4901. Chr. 1141. Neque verisimile est, quòd R. Moses Bar Maiemonis puer decennis solidas literas addiscere potuerit ab insigni Rabbino, vti erat Abèn Megàsc, qui difficiliores Iuris Mosaici conclusiones, & doctrinas suis discipulis proponebat, & explicabat. Prꝑterea alio extraneo non indigebat prꝑceptore R. Moses, cùm haberet parentē æquè doctissimum Maijmonem caussarum forensium Iudicem, vt ipsemet R. Moses testatur in fine Commentar.

roi familiarem scirent. Ob amicitiam igitur maluit discedere; periit verò cum suis Almeriam. Nauim verò ingressus ad Chairum profectus est, vbi in seruitutem à Malich Elhadul Aegypti Soldano receptus fuit. Postea verò operam suam addixit Malich Issalech, & multo ab eo honore affectus est. Ibi in Chairo ad mortem vsque moratus est, ac reliquit filium vnicum, patri suo in doctrina aequalem. Obijt verò anno sexcentesimo quadringentesimo. Hactenus Leo Africanus de Mose Maiemonide. Ex qua narratione nonnullæ difficultates, quæ de R. Bar Maijemon fieri solent, possunt explicari; nam constans Iudæorum opinio est, quòd Moses Maiemonidis natus sit an. 4891. Chr. 1131. licet R. Isaac in libro *Iesòd Olàm* quadriennium natiuitati ipsius adimat, eumque natum velit an. 4895. Chr. 1135. At Auerroes vt ex eodem Vossio ibid. 114. habetur claruit Friderici Barbarossæ temporibus; id suadente ea coniectura; quòd Ægidius Romanus in Nono Quodlibeto referat, se duos eius filios vidisse in Aula Friderici Barbarossæ. Is verò regnare cæpit an. 1152. ac imperauit annos 37. vsque ad annum Chr. 1189. Itaque circa triennium post susceptum Imperium à Friderico Barbarossa se abscondisse Auerroem, & duos filios suos in Aulam prædicti Barbarossæ se recepisse, dicendum est, hoc est circa annum Domini 1155. quo etiam anno Mosen Bar Maijmonis in Ægyptum aufugisse, temporis ratio nobis insinuat. Incæperat enim scribere in patria Commentarios in Miscnaijòth, quos in Ægypto anno ætatis suæ 30. absoluerat, cum eos incæpisset scribere anno 23. ætatis, vt infrà videbimus; annus

Auctores asserentes Mosen Bar Maijmonis fuisse discipulum R. Iehosèph Hallevì Abèn Meghàsc, hoc est Iura Iudaica, etiam ex Commentarijs R. Abèn Meghàsc didicisse, ex quibus omnibus Bar Maijemon Vir admodũ doctus euasit, ac Iurista insignis. Nec Iudaicis istis tantùm doctrinis contentus, animum ad altiora applicuit, ad Philosophicas nempè, ac Theologicas scientias; nam Philosophicarum scientiarum nulla extitit, siuè Physicas, siuè Mathematicas, siuè Medicas respicias, quam apprimè calluisse non comperias. Idem dicendum de Theologicis, quantum Viro infideli, eique Iudæo permittebatur, vt in libris מורה הנבוכים *Morè hannebuchìm*, & מדע *Madàa* videre est, in quibus Sacram Christianorũ Theologiam imitari studuit, & ideò quorundam malignantium Rabbinorum decreto, prænominati libri proscripti, & damnati igni traditi sunt, vt infrà videbimus. *Has scientias*, vt Leo Africanus testatur scripto quidem inedito de doctis apud Arabes; vt refert Io. Ger. Vossius de Philosophia c. 14. pag. 115. *didicit, & audiuit ab Ibnu Thophail, & ab Ibnu Saigh, & etiam ab Auerroe. Cùm autem Ibnu Thophail eius in studijs diligentiam perspexisset, eum Auerroi commendauit, vt in necessarijs subueniret ei, &, si quando opus, manum præberet, atque auxiliaretur: quoniam Ibnu Thophail eum in illis scientijs multa præstiturum præuideret. Hunc Ibnu Thophail vsque ad mortem eius audiuit Moyses; Auerroem verò vsque dum gratia Principis sui excidisset, atque inter Iudæos commorari iussus esset. Tunc enim prædictus Moyses aufugit veritus, ne eum reuelare cogeretur, siquidem omnes eum Auer-*

poſitionem acceptarat Moſes, hac tamen conditione, vt & ipſi de manu ſua venenum acciperent, ſi ipſe incolumis ſeruaretur. Pacta conditione, ait Auctor de manibus Medicorũ accepta potione venenata ebibit Moſes coram Sultano, & Aulicis, domum poſtea ſe recepit, vbi alexipharmacis adiutus, liberatur. Poſt triduum redit coram Sultano, & Principibus, & præ manibus geſtans potionem venenatam à ſe compoſitam, Medicis aſſiſtentibus bibendam proponit, qua hauſta ſtatim וימותו עשרה מהם לפני המלך *decem ex eis coram Rege mortui ſunt*. Exiſtimo huiuſmodi commentum inter alias fabulas Iudaicas connumerandum. Verumtamen eſt in magna exiſtimatione fuiſſe Moſen apud Sultanum Ægypti, totamque eius Curiam, & vniuerſum Ægyptum; vnde vehementer ditatus, animum applicuit ad ſcriptionem librorum, tàm Arabicè, quàm Hebraicè: nam in vtraque lingua peritiſſimus erat, ſolùm linguam Hagarenicam, & Syriacam ignorabat, quibus tamen operam cùm dediſſet, infra ſeptem annos in ijſdem perfectus euaſit. Quamplurima opera ſcripſit; Primùm.

1 פירוש המשנה *Perùſc hammiſcnà*, *Commentarios Miſcna*, hos incæpiſſe ſcribere extra Ægyptum, ex eius verbis intelligitur, ſecundùm quod refert *Iuchaſsin* pagina 131. b.

התחלתי לחבר פירוש המשנה ואני בן כ״ג שנים והשלמתיו במצרים ואני בן שלשים שהיא שנת אלף ותע״ט לשטרות :

Incæpi componere (inquit Rambàm) *Commentarios in Miſcnà, cùm eſſem ætatis 23 annorum, & abſolui in Aegypto trigeſimum annum agens, anno videlicet 1479. Contractuum*. Exordium autem vitæ ipſius 23. reſpondet anno mundi 5914. Chr. 1154. quo anno ſcribere cæpit Commentarios prænotatos, & in ſequenti anno 1155. vel circiter eũ in Ægyptũ aufugiſſe non incongruum eſt iudicare. Incredibile autem eſt, & ab omni prorsùs ratione alienum, id quod aſſerit R. Dauid Ganz ad annum 902 quinti millenarij, videlicet hunc noſtrum R. Moſen Bar Maijmonis in Ægyptum aufugiſſe anno 4902. Chriſti 1142. hoc eſt anno ætatis ſuæ vndecimo, quod quàm incredibile ſit, nemo non videt. Per Ægyptum Bar Maiemonidis doctrina non ſtatim cognita eſt, & diuulgata, ſed tantùm inter ſuos Iudæos cæpit clarere: nam in Alexandria magnam Academiam excitauit, in quam ex diuerſis regionibus non tantùm ex Ægypto, Paleſtina, ſed & ex Damaſco confluxerant diſcipuli, qui non ſolùm in Iudaicis diſciplinis, ſed & in alijs ſcientijs, præſertim in Medicina inſtruebantur. Paſſim eius fama diuulgabatur, ita vt in Aulam Ægyptiorum Sultani ingrederetur, & vſque ad aures Regis perueniret. Accitus à Sultano Moſes Chairum venit, coram Sultano ſiſtitur, à quo benignè ſuſceptus Archiater Sultani declaratur. Hæc indignè ferentes reliqui Aulici Medici, quòd extraneus homo, & quidem Iudæus eis prælatus fuiſſet, contra Moſen & eius doctrinã diuerſas calumnias confinxerunt, ita vt veriti non ſint coram Sultano eum prouocare ad reſpondendum de ſua doctrina. Non autem eſt veriſimile quod refert Auctor *Scialſcèleth hakkabalà* pag. 43. b. coram Sultano Ægyptios Medicos venenatam potionem Moſi propinaſſe, vt periculum de illius vita facerent, & quòd pro-

Chr. 1201. & in hoc conuenire debent ij, qui cum *Iuchasſin* ſentiunt, *Rambàm* natum anno mundi 4891. Chriſti 1131. licèt *Samuel Sciullàm* in annotat. ad *Iuchasſin* dicat, quòd *Rambàm* obierat anno תתקס״ה 4965. Chr. 1205. & *Scialſcèleth hakkabalà* pag. 44. cum *R. Immanuèl Ben Iekutièl* in annotatiuncula ad ſuum librum לוית חן *Leuiàth chèn* cap. 9. pag. 31. b. idem ſentiat, ſicut & *R. Dauid Ganz* ad annum 964. quinti millenarij, ex cuius vita 70. annorum aufert 83. dies. Vnde retrocedendo, & ab annis mundi 4965. auferendo annos 70. relinquentur an. 4895. nempè Chr. 1135. pro anno natiuitatis *Rambàm*. Et hoc ſecundùm ſententiam R. Iſaaci Ben Ioſephi in *Iesòd Olàm*, qui cùm ſit Aſtronomorum inter Iudæos peritiſſimus, eius ſententiæ obſiſtere non audeo, licèt non omnia, quæ de *Rambàm* dicuntur, ex ea ritè adaptari poſſint, præſertim de fuga ipſius in Ægyptum, & de inceptione, & conſummatione Commentariorum Miſcnicorum, vt ſuprà monuimus. Moritur itaque *Rabbì Moſes Bar Maijemòn* in Ægypto anno mundi 4965 Chriſti 1205. ſeù veriùs anno 4961. Chriſti 1201. cùm vixiſſet annos 70. Huiuſce rei ſignum exhibet Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina ſuprà cit. 44 b. בכי אבל משה *Fletus, luctus Moſis*, ex Deuter. 34. 8. Sed huiuſmodi ſymbolum non concordat cum anno natiuitatis ipſius, neque cum anno vitæ ſuæ. Aptiùs indicaretur numerus annorum eius, ſi aſſumpta fuiſſet vocula illa נהיה *Nihijàh*, quæ *Lamentum* ſonat, & reſoluta in numeros, numerat 70. quot planè fuerunt anni vitæ *Rambàm*. Illi verò, qui quinque annos addunt, vt ſta-

autem Æræ Contractuum aliqui referunt ad annum mundi 3448. ante Chriſti natiuitatem an. 312. cum R. Dauid Ganz in ſuo צמח דוד *Tzèmach Dauid*, & alij ſequentes vulgus, ad annum 3450. duobus annis ſeriùs. Anni verò 1479. Contractuum relati ad annos mundi reſpondent annis 4929. Chr. 1169. quo anno dicendum, abſolutos fuiſſe Commentarios Miſcnæ à *Rambàm*. Sed anni prædicti 4929. Chr. 1169. non coincidunt cum annis 30. ætatis Rabbì Bar Maijmonis: quia iſte naſcitur anno 4891. Chr. 1131. vt ſuprà notatum eſt, quibus additis annis 30. vitæ *Rambàm*, fit an. 4921. Chr. 1161. Inter vtrumque differentia eſt annorum octo. Ideoq; admittendum eſt quod ſtatuitur à *Iuchasſin* de anno natiuitatis *Rambàm*, vbi ſcribitur per extenſum, & non per literas elementares Alphabeti, quibus de facili ineſſe poteſt, & labi mendum. Itaque anno trigeſimo ætatis *Rambàm*, hoc eſt anno 4921. Chr. 1161. ab eodem abſoluitur liber Commentariorum in *Miſcnà*. Poſt duodecim annos, euulgauit ſummam Talmudicā nuncupatam ס׳ הי״ד *Sèpher haijàd*, quod incidere debuit in annum mundi 4933. Chr. 1173. & vitæ ſuæ anno 42. Librum autem מורה הנבוכים *Morè hannebuchìm* (inquit idem *Iuchasſin*) ſcripſit anno 50. ætatis ſuæ, hoc eſt mundi 4941. Chr. 1181. Quinquennio poſt ſcripſit Epiſtolam de reſurrectione mortuorum, nempè mundi 4946. Chr. 1186. Inter hæc temporum interualla etiam alia opuſcula euulgauit, quorum Catalogum ſingillatim infrà recenſebimus. Obijt autem anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo, qui neceſſariò incidere debuit in annum mun. 4961.

ex corpore defuncti Iudæi nihil pretiosi surripere poterant, nisi *Thephillìn*, & *Tzitzìth*, quæ ad eos non pertinebant, alio perrexerunt. Super humetos iterum sustollentes arcam Iudæi portitores Tiberiadem asportarunt, ibique sepelierunt. Quamuis aliqui dicant, sepulturam inter Patres in Hebron obtinuisse *Rambàm*. Ita Samuel Sciullàm in annotatione ad *Iuchasìn*, & *Scialscèleth hakkabbalà* locis suprà citatis. In Epistola autem Itineraria Terræ Sanctæ figitur illius sepulchrum extra Vrbem Tiberiadem, & super eum titulus, in quo scriptum מבחר האנושים *Electus hominum*, quem abradentes eius aduersarij, qui in causa fuerunt, vt libri illius *Morè*, & *Madaà* igni traderentur, illius loco hanc substituerunt epigraphem רבי משה מימון מוחרם ומין, *R. Moses Maijemòn excommunicatus, & hæreticus*; at postea facti pœnitentes, sublato infami elogio, priorem inscriptionē reposuerunt. *Scialscèleth hakkab.* pag. 44. b. Magnificos & illustres titulos statim post eius mortem Synagogarum insigniores, & magni nominis Rabbini eidem tribuerunt. רב המאמין *Raù Hammaamìn Doctor fidelis* vocatur à *Iuchasìn*. נר המערב *Ner hammaaràu Lucerna occidentalis*, נשר גדול *Nèscer ghadòl Aquila magna*, הרב הגדול *Harràu haggadòl Doctor maximus* à Kimchì in Isai. cap. 51. Et מורה צדק *Morè Tzèdek Doctor Iustitiæ* ab alijs quamplurimis. Hinc communi omnium voce dicitur à Iudęis ממשה ועד משה לא קם כמשה *A Mose* (Legislatore) *ad Mosen* (Bar Maijmon) *non surrexit sicut Moses*, puta hic Maijmon. Et tanta est erga hunc Rabbinum reuerentia, vt in omnibus terris meridionalibus, Threnos in Synagogis

statuant vitæ ipsius annos 75. huiusce rei symbolū dant ex Deut. 34. 8. ימי בכי אבל משה *Dies fletus Mosis*, vt ex tribus primis dictionibus, demptis primis duabus literis ex voce ימי, reliquæ numerent 75. secundùm numerum annorū ipsius. Quicquid sit de hoc numero annorū vitę *Rambàm*, certum est eum apud Chairum Sultanorum Ægypti Regiam mortalitatem explesse, quo defuncto, omnes Chairi habitatores Iudæi mortem eius triduo planxerunt. Septimo demùm die fama Alexandriam, & octauo Ierosolymam perlata, ieiunium toti cœtui Archisynagogi indixerunt. Ieiunantes, & orantes in Synagoga legerunt in sectione : אם בחקתי תלכו וגו׳ *Si in præceptis meis ambulaueritis &c.* Leuit. 26. 3. vsque ad cap. 27. & המפטיר *Hammaphtìr*, id est ille, qui precibus completis, vltimus omnium legit, & dimittit cœtum, legit à 1. Samuel. cap. 4. 1. ויהי דבר שמואל אל כל ישראל וגו׳ *Et fuit Verbum Samuelis omni Israël, &c.* vsque ad illa verba : כי נלקח ארון האלהים *Quoniam capta est Arca Dei*, quibus absoluitur capitulum. Biduo post cadauer ipsius in arca lignea collocatum deferri cæptum in terram Israëlis, magna Iudæorum, & Ægyptiorum simul comitante caterua; in itineris medio lattones aggrediuntur Iudæos, putantes, eos secum asportare pretiosas merces. At ij fugientes arcā reliquerunt: Latrones verò cùm deprehendissent esse defuncti feretrum, in mare proijcere voluerunt, sed è loco, inquiunt, vbi erat, licèt plusquam triginta hominum vires vnitæ simul fuissent, remouere non potuerunt. Hæc fingunt Iudæi, vt de *Rambàm* miraculum iactent, sicut frequenter solent. Latrones autem relinquentes arcam quia

na 102. col. 1. & alibi passim. Sed ad illius opera, quæ composuerat, redeundum.

פי' המשנה *Perùsc Hammiscnà Commentarios in Miscnaijòth* Arabicè scripsit, qui postea non omnes simul, sed per partes, diuersis in locis, & à diuersis interpretibus in linguam Hebraicam conuersi sunt. Omnium primus videtur fuisse R. Samuel Abèn Tibbòn, qui adhuc viuente *Rambàm* alios libros eiusdem ex Arabica in Hebraicam linguam traduxit. Circa eosdem ex parte idem præstitit R. Iacob Ben Mosis Alcasi, seù Acssà, de quo mentionem feci Par. III. num. 878. pag. 861. Itemque fecit R. Iudas Alcharizì, cuius meminimus eadem Par. III. num. 603. pagina 27. & 28. Idemq; *Sèder Nascìm* ipsius Maijemonidis Commentarios ope R. Chaiìm Ben Salomonis Ben Bakà Medici, Hebraicè vertit. Rabbì autem Salomon Ben R. Iosephi Ben Iacobi Commentarios eiusdem in *Sèder Nezikìn* (excepto Codice *Auòth*, qui pridem à R. Samuele Abèn Tibbòn Hebraicè versus fuerat) in eandem Hebraicam linguam transtulit. Rabbì quoque Nathanaël Medicus Ben Iosi, Ben אלמלי *Almelì* Cæsar-Augustæ dum esset anno mundi 5050. Christi 1290. Commentarios prædictos in *Sèder Kodascìm*, ex Arabico Hebraicos fecit, vt diligenter, & eruditè notat Pocockius in Præfatione ad Portam Mosis. Reliquos Commentarios in *Sèder Tahoròth* quisnam in Hebræam linguam verterit, prorsùs ignoratur. Certum quidem est, quòd ab ipso fermè exordio, cum libri Hebraici Typis committi cæperunt, Commentarij quoque Rabbì Bar Maijemonis in omnes *Miscnicos Sedarim* ex-

pro hoc Mose recitentur; vt testatur *Harrambàn* in Epistola *Hachemdà Desiderij*, & quòd vsque hodie mos seruatur, vt die שמחת תורה *Simchàth thorà*, *Lætitiæ Legis*, soleant Iudæi commemorationem facere obitus R. Mosis Maijemonidis his verbis.

גם כן ירחם ה' על נפש כבוד מורינו ורבינו כבוד המזרח נר המערב הר"מבם :

Etiam Deus misereatur animæ gloriosi Doctoris, & Præceptoris nostri, honoris Orientis, Lucernæ Occidentis. R. Mosis Maiemonidis. Neq; desierunt ex Latinis, qui huic Mosi excelsas laudes, & honores tribuerint. Cuneus in lib. de Repub. Hebr. sæpè huius Mosis meminit. Lib. 1. cap. 2. pag. 11. 12. *Est* (inquit) *in admiratione hominum Scriptor maximus, R. Moses Ben Maimon, is, qui Talmudicam doctrinam sepositis nugamentis feliciter complexus est diuino illo opere, quod ipse* משנה תורה *appellat. Nunquam ita magnificè quicquam de illo auctore dicemus, quin id virtus superet eius. Fato enim quodam, & forte nascendi primus solusque in illa gente rectè intellexit, quid hoc sit, non ineptire. Sæpè nos in his libris eum luculentissimum testem citabimus.* Scaliger lib. 1. epist. 62. de eodem ait: *Solus inter Iudæos nugari desijt.* Phrasim Plinianam vsurpans, qui olim de Diodoro Siculo prædicabat, primum inter Græcos nugari desijsse. Citatur aliquando etiam à scientiarum, & artium professoribus, præsertim à Medicis, vt videre est apud Nicolaum Nicolium in suis sermonibus Medicinalibus, vbi & sub nomine *Iudæi* eum citat, vt serm. 3. sum. 5. cap. 13. de epilepsia pag. 98. col. 4. vel etiam sub proprio nomine *Mosis*, vt ibidem cap. 14. de apoplexia pagi-

וכנה תצא נפשו : אולם יהיו מוכנים לעשות תרופת פלונית לפי שיש עורק א' תיוצאת מחלב שוראי אצלו שהרופאים לא ידעות ולא יפתחות : וכן היה : ותלמידיו נשאוהו לביתו ויעשו לו התרופה ויחי ואז הלך במערה וחבר ספר הי"ד בי"ב שנים :

Cùm infirmaretur Rex, & solus Rambàm Regiæ personæ assisteret, eique Medicinam faceret, Medici (inimici Rambàm) *inuenerunt locum, vbi ponerent venenum, nempè in vas, ex quo solebat Rex certo die bibere. Anticipauerunt postea venire ad Regem, cui reuelauerunt secretum, se eos certò scire, quòd Iudæus* (Rambàm) *venenum posuerit in vas. Cùmque potio allata esset ante Regem in manu Harambàm, præcepit Rex vt aliqua illius pars cani daretur, qua hausta statim mortuus est canis. Cuius rei nouitatem miratus Rex, putauit certò, ex malitia Medicorum id factum esse. Nihilominus dixit Rex Mosi Bar Maiemonis: En video te esse reum mortis, verùm quia iam à longo tempore mihi inseruijsti, tui misereor, & in tua potestate pono, vt eligas quo mortis genere vitam finire malis. Petit à Rege Rambàm, vt tridui spatium ei detur pro responso. Abijt ad discipulos, eisque præcepit, vt referrent, se eligere quòd Medici eius sanguinē ex omnibus venis corporis emitterent, vt cum sanguine etiam ipsius anima è corpore exiret. Verùm ipsi talem medicinam facere sciebant, vt Magistri sui vitam seruarent: nam ipsi sciebant quandam arteriam è corde procedentem, quam Medici nec cognoscebant, nec secare sciebant. Sicque factum est. Discipuli autem eius tulerunt corpus Rambàm, domum suam asportarunt, medicinam adhibuerunt, & sanitati restituerunt. Tunc Rambàm in speluncam se abdidit, & composuit librum* Haijàd *intra duodecim annorum spatium.* Hac-

excusi fuerunt, præsertim in Italia Soncini, Neapoli, Riuæ Tridenti, & Venetijs, vbi Typographica ars maximè floruerat. Ibi sæpiùs excusi fuerunt cum textu Misenico, vt notauimus suprà Par. III. pag. 343.

Eiulgatis Commentarijs Arabicis super Miscnaijòth anno ætatis Mosis 30. & Chr. 1161. terribilis persecutio contra Mosem exorta est ab eius æmulis Medicis excitata, vt paululum absuerit, quin à Sultano interficeretur. Aufugit ab Aula Moses, secessit in solitudinem, & in speluncam se abdidit, vbi duodecim annos in scribendo suum ס' הי"ד *Sèpher Haijàd* insumpsit, agens ætatis suæ annum 42. mundi 4933. Chr. 1173.

Auctor *Scialscèl. hakkab.* pag. 43. b. postquam narrauerat quomodo instigatione Medicorum Regis Ægypti poculum venenatum hauserat sine vllà corporis læsione, quam ob rem magis in pretio fuit apud Sultanum, eoque solum vtebatur Rex cùm infirmaretur; addit, quod Medici eius inimici inuidia perciti aliud perdendi *Rambàm* inierunt consilium. Historiam hanc licèt fabulosam narrat *Scialscèleth hakkab.* loco cit. his verbis -

שכחיות המלך חולה והרמב"ם יחיד ברפואותיו : הרופאים מצאו מקום לשים ארס תוך התחבושת שהיא ראוי למלך לשתות ביום פלוני והקדימו ללכת למלך וגלו לו בסוד שהיו יודעים בודאי שהיהודי השים ארס בהתחבושת : ויהי כבא השתיה לפני המלך ביד הרמב"ם ויאמר המלך שינתן מעט ממנו לכלב : ותכף מת הכלב ויתמה המלך וחשב בלבו בודאי שהיו הרופאים לשנאתם להרמב"ם עם כל זה אמר המלך להרמב"ם הנך רואה שאתה חייב מיתה עם כל זה לפי שהרבית בעבורתי מתרכה אני שתבחר אתה אופן המיתה שתרצה : והרמב"ם לקח זמן ג' ימים להשיב לו : הלך וצוה לתלמידיו שהוא יבחר שהרופאים יקיזו מכל ורידי שלו כל דמו

pulus non ascendit cum eo. Nonnulli hunc R. Mosis Bar Maijmonis librum Commentarijs illustrarunt; alij Annotationibus, aut etiam animaduersionibus quasi quibusdam censuris calamo acerbiori perstricto eundem commacularunt. Multoties fuit editus, præsertim Venetijs in folio magno cum suis Commentarijs, & Annotationibus iussu Domini Aloysij filij Petri Bragadini, an. 5310. Chr. 1550. & secundùm hanc editionem huius Operis œconomiam explicabo, vt potè communiorē, & commodiorē, cùm in duas tantùm partes discriminetur; & dempto vnico כסף משנה *Chèseph Miscnè* recentiori Commentario, de quo vide Par. III. pagina 820. col. 2. nihil est, quod in ea vlteriùs desideretur. Hic enim reperiuntur Commentarij inscripti

מגדל עז *Mighdàl oz Turris robusta*, Tit. ex Prou. 18. 10. R. Scem Tou (vt hìc dicitur) Ben R. Abrahami per compendium nuncupati הריטב״א *Riscbà*, & occupant exteriorem columnam paginæ, vt notaui suprà Par. III. num. 703. pagina 784. Sunt hìc & alij Commentarij eo nomine מגיד משנה *Maghid Miscnè Indicans duplum*, quasi diceret, *Indicans Miscnà*, seù indicans, hoc est explicans *Miscnè repètitam Legem R. Mosis Bar Maijmonis*. Horum Commentariorum Auctor in hoc libri frontispicio non indicatur, sed eius loco ponitur אחד נגר ובר נגר *Quidam artifex filius artificis*, videlicet quidam Anonymus. Attamen nonnulli eum appellant R. Iom Tou, alij Messer Vidal de Tolosa. Vide Par. III. num. 702, pag. 784. Qui quidem Commentarij occupant interiorem marginem libri. Adduntur

הגהות מיימוניות *Habagahòth Maijemoniòth*

Hactenus historia, quæ occasionem præbuit Mosi scribendi suum librum היד *Haijàd*, ex qua licèt fabulosa, nihilominus colligitur tempus duodecim annorum, quo post absolutum *Perùsc Miscnà* compositum fuit magnum hoc Systema Talmudicum.

2 Itaque huiusmodi Opus quod היד *Haijàd* dicitur, & alio nomine appellatur משנה תורה *Miscnè Thorà Repetitio Legis*, est magnum quidem Volumen, & apud Iudæos magnæ existimationis, complectitur enim omnes ceremonias, & Iura Hebræorum, collecta ex vniuerso Talmude, methodo, & ordine aptissimo digestum, ita vt Summa Talmudica meritò nuncupari possit; diuiditur in quatuordecim libros, idcircò eum appellant י״ד *Haijàd Manus*, secundùm numerū resultantem à vocula יד. Scriptus fuit, vt ait *Iuchasisu* בלשון הקדש צח עד מאד *Lingua sancta admodum pura*, nulla extraneorum vocabulorum fœce conspurcata; quod si aliquando aliquo ab antiquis Rabbinis doctrinæ gratia explanandæ iam recepto vti contingat, illud adducta clara, & eleganti declaratione, breuiter explicat. Titulus autem huius Codicis alludit etiam ad illud Deuteron. 34. vltimo vers. quo dicitur.

ולכל היד החזקה ולכל המורא הגדול אשר עשה משה לעיני כל ישראל: *Et in omni manu forti, & omni terrore magno, quæ fecit Moses in oculis omnis Israël*. Ideò hac epigraphe ornatur frontispicium huius Voluminis יד החזקה *Iad hachazakà Manus fortis* R. Bar Maijmonis, cui ornatus gratia additur secundus vers. Exodi ex cap. 24.

ונגש משה לבדו אל יה ה והם לא יגשו והעם לא יעלו עמו: *Et accedat Moses solus ipse ad Dominum, & ipsi non appropinquent, & po-*

4 הלכות עבודה זרה וחקות גויים *Halachòth Awodà Zarà, vechukkòth Goiìm, De Idololatria, & statutis Gentilium*. Duodecim Capit. explicantur duo præcepta Affirmatiua, & quadraginta nouem præcepta Negatiua.

5 הלכות תשובה *Halachòth Tesciuuà, Constitutiones de Pœnitentia*. Decem Capit. vnicum præceptum Affirmatiuum explicatur.

Omnia Capita huius I. libri sunt 46. Quorum præcepta A. sunt 16. N. 59.

LIBER SECVNDVS dicitur ספר אהבה *Sèpher Ahauàh Liber de Amore*: complectitur ea præcepta, quæ cultum diuinum respiciunt, & signo aliquo externo illorum obseruantia demonstratur, vt de oratione quotidiana *Scemaà*, & alijs precibus, de Thephillìn, de benedictione à Sacerdotibus danda, & de Circumcisione, quatenus est signum carni impressum, quo ab alijs gentibus distinguitur Iudæus, licèt alio externo signo non agnoscatur, si videlicet careat ציצית *Tzitzith*, aut *Thephillìn*. Subdiuiditur in sex *Halachòth* secundùm hunc ordinem.

1 הלכות קרית שמע *Halachòth Kiriàth Scemaà Constitutiones de lectione Audi Israel &c.* ex Deuter. 6. v. 4. Quatuor Capitulis explicatur vnum præceptum Affirmatiuum, quot vicibus legi debeat prædicta lectio *Audi &c.*

2 הלכות תפלה וברכת כהנים *Halachòth Thephilà vbirchàth Cohanim Constitutiones de precibus, & de benedictione à Sacerdotibus danda*. Quinque Capit. explicantur duo præcepta Affirmatiua.

3 הלכות תפילין ומזוזה וספר תורה *Halachòth Thephillìn, Vmzuzà, Vesèpher Thorà, Constitutiones de Thephillin oralibus*

niòth Annotationes Maijemonidis cuiusdam אוריין בר אוריין *Legis Doctoris filij Legis Doctoris*, discipuli מהר״ם *R. Meir*, vt hìc habetur. In libro autem *Iuchassìn* pagina 164. disertè dicitur, Auctorem istarum Annotationum esse *R. Meir* כהן *Cohèn*, vt notaui Par. I. pag. 496.

In ipso exordio huius Primæ Partis משנה תורה *Miscnè Thorà* recensentur 613 Præcepta Legis Mosaicæ, quæ sunt materia, & obiectum, circa quod versatur quicquid in hoc systemate continetur, & ad quod omnia, quæ in eo tractantur, reducuntur. Sunt enim ea præcepta, alia עשה *Affirmatiua*, alia לא תעשה *Negatiua*. Affirmatiua sunt numero רמ״ח 248. Negatiua שס״ה 365. In fine Catalogi istorum præceptorum describuntur summatim argumenta, & tituli quatuordecim librorum, quibus huiusmodi *Sèpher Miscnè Thorà*, aut *Sèpher* ה״ד *Haijàd* integratur.

LIBER PRIMVS nuncupatur ספר המדע *Sèpher Hammadàa Liber de scientia*. Complectitur articulos Legis Mosaicæ, quos quilibet Iudæus scire tenetur; & de Idololatria. Subdiuiditur in quinque *Halachòth Lectiones*, seù *Constitutiones*.

1 הלכות יסודי התורה *Halachòth Iesodè Hattorà Constitutiones de fundamentis Legis*; habent Capita 10. quibus explicantur sex præcepta Affirmatiua, & quatuor præcepta Negatiua.

2 הלכות דעות *Halachòth daaòth Constitutiones de cognitionibus*, id est de rebus cognoscendis. Septem Capit. explicantur quinque præcepta Affirmatiua, & sex præcepta Negatiua.

3 הלכות תלמוד תורה *Halachòth Talmud Thorà Constitutiones studij Legis*, septem Capitulis explicantur duo præcepta Affirmatiua.

Constitutiones de Sabbatho. Habet Capit. 30. & in his explicantur quinque præcepta: duo Affirmatiua, & tria Negatiua.

2 הלכות עירובין *Halachòth Iruuin*, *Constitutiones de mixtionibus rerum faciendis in Sabbatho.* Habet Capit. octo, quibus vnicum præceptum Affirmatiuum explicatur, quod quidem vnum est ex Scribarum præceptis, & ideò in numero 613. præceptorum non continetur.

3 הלכות עשור *Halachòth Asòr*, *Constitutiones feriandi* ab operibus, & ieiunandi decimo die Mensis septimi, hoc est ביום הכפורים *Die Hachippurrim Expiationum*. Tribus Capit. explicantur quatuor præcepta; duo Affirmatiua, & duo Negatiua.

4 הלכות שביתת יום טוב *Halachòth sceuitàth Iom Tòu*, *Constitutiones cessationis in die festo.* Octo Capit. explicantur 12. præcepta, sex præcepta Affirmatiua, & sex Negatiua.

5 הלכות חמץ ומצה *Halachòth chamètz vmatzà*, *Constitutiones de fermentato expurgando, & infermentato comedendo* tempore Paschatis. Octo Capit. explicantur octo præcepta, tria Affirmatiua, & quinque Negatiua.

6 הלכות שופר *Halachòth Sciophàr*, *Constitutiones de cornu arietino* inflando in principio anni noui. Vbi de *Succà*; & *Lulàu*; & octo Capit. explicantur tria præcepta Affirmatiua.

7 הלכות שקלים *Halachòth Scekalim*, *Constitutiones de Siclis annuatim à populo soluendis.* Quatuor Capit. explicatur vnicum præceptum Affirmatiuum, vt singuli dimidium Sicli soluant per singulos annos.

bus ligamentis in brachio sinistro, & fronte adhibendis tempore precum. Itemque de scheda ostiaria, & libro Legis. Decem Capit. explicantur quinque præcepta Affirmatiua.

4 הלכות ציצית *Halachòth Tzitzith*, *Constitutiones de peniculamentis*, seù *fimbrijs*. Tribus Capit. vnicum præceptum Affirmatiuum explicatur.

5 הלכות ברכה *Halachòth Berachà*, *Constitutiones de Benedictione*, qua Deo benedicitur post sumptionem cibi. Vndecim Capit. vnicum præceptum Affirmatiuum explicatur.

6 הלכות מילה *Halachòth Milà. Constitutiones de Circumcisione.* Tribus Capit. vnicum præceptum Affirmatiuum explicatur, Et absoluitur secundus liber, cuius præcepta Affirmatiua sunt 11. Capit. 46.

In fine huius libri describitur Ordo disponendi preces per totum anni circulum, pag. 72. Et pagina 73. ponitur exemplar benedictionum, & ordo precum, atque exemplar קדיש *Kadìsc*. & הודוי *Hauuidùi Confessionis*, pagina 74. Exemplar quoque Benedictionis cibi habetur pag. 75. cum benedictione impertienda ei, qui lectionem ex Prophetis desumptam post preces à cœtu recitatas, antequam populus dimittatur, legit; vbi & Catalogus omnium istarum lectionum (quæ *Haphtoròth* appellantur) respondentium Parascis totius Pentateuchi exhibetur.

LIBER TERTIVS dicitur ספר זמנים *Sèpher Zemanim De Temporibus* statutis pro festiuitatibus celebrandis: complectitur decem *Halachòth Constitutiones* secundùm hunc ordinem.

1 הלכות שבת *Halachòth Sciabbàth*.

ratus, & solutione calcei cognati, si renuerit cognatam sibi in vxorem accipere, fratre defuncto absque liberis. Octo Capit. explicantur tria præcepta; duo Affirmatiua, & vnum Negatiuum.

4 הלכות נערה בתולה *Halachòth Naarà Bethulà, Constitutiones de puella virgine*. Tribus Capit. explicantur quinque præcepta, tria præcepta Affirmatiua, & duo Negatiua.

5 הלכות סוטה *Halachòth Sotà, Constitutiones Mulieris de adulterio suspectæ*. Quatuor Capit. explicantur tria præcepta, vnum Affirmatiuum, & duo Negatiua.

Omnia præcepta explicata in hoc quarto libro fœminarum sunt 17. Ex his 9. sunt Affirmatiua, & 8. sunt Negatiua, quorum Capit. sunt 53. Postea sequuntur quædam responsa pertinentia ad hunc librum de mulieribus compilate ex scriptis R. Tham, R. Isaaci Ben R. Samuelis, & aliorum.

LIBER QVINTVS vocatur ס' קדושה *Sèpher Keduscià Liber de sanctitate. Agit de congressu illicito, & cibo prohibito*. Complectitur tres Constitutiones.

1 הלכות איסורי ביאה *Halachòth Issurè biàh, Constitutiones de vetitis coitibus*. Viginti duobus Capit. explicantur 37. præcepta, vnum Affirmatiuum, & triginta sex Negatiua.

2 הלכות מאכלות אסורות *Halachòth maachalòth assuròth, Constitutiones de cibis prohibitis*. Septemdecim Capit. explicantur viginti & octo præcepta, quatuor Affirmatiua, & viginti quatuor Negatiua.

3 הלכות שחיטה *Halachòth Scechità, Constitutiones de mactatione animalium pro cibo*. Quatuordecim Capit. explicantur quinque præcepta, tria A. & duo N.

8 הלכות קידוש החודש *Halachòth kiddùsc hachòdesc, Constitutiones de sanctificatione nouæ* (Lunæ) *seu Mensis*. Nouemdecim Capit. vnicum præceptum Affirmatiuum, de Luna noua inuenienda, & cuiuslibet mensis initio stabiliendo, totaque Calendarij ratio explicatur.

9 הלכות תעניות *Halachòth Taaniòth, Constitutiones de Ieiunijs*. Quinque Capit. vnicum præceptum Affirmatiuum explicatur.

10 הלכות מגילה וחנוכה *Halachòth Meghilà, Vechanuccà, Constitutiones de festo Mardochei, & lectione historiæ Esther; atque de festo dedicationis Templi*. Quatuor Capitulis explicantur duo præcepta Affirmatiua ex constitutione Scribarum, quæ non includuntur in numero 613. præceptorum Legis.

Omnia præcepta Legis explicata in hoc tertio libro sunt 35. Ex his 19. sunt præcepta Affirmatiua, & 16. Negatiua. Capit. verò sunt 85. Præter ista, sunt tria præcepta Affirmatiua à Scribis constituta, quorum Cap. sunt 12.

LIBER QVARTVS vocatur ס' נשים *Sèpher Nascìm, Liber de mulieribus*. Agitur in eo de rebus ad matrimonium præcipuè spectantibus. Complectitur quinque Constitutiones, quarum ordo est.

1 הלכות אישות *Halachòth Isciùth, Constitutiones de maritatione*. Viginti quinque Capit. explicantur quatuor præcepta, duo Affirmatiua, & duo Negat.

2 הלכות גירושין *Halachòth Ghiruscìn, Constitutiones de repudijs*. Tredecim Capit. explicantur duo præcepta, vnum Affirmatiuum, alterum Negatiuum.

3 הלכות יבום וחליצה *Halachòth Iibbùm vechalitzà, Constitutiones de Iure Leui-*

Om-

cem Capit. explicantur quinque præcepta, omnia Negatiua.

2 הלכות מתנות ענײם *Halachòth Matanòth aniìm, Constitutiones de muneribus pauperibus dandis.* Decem Capit. explicantur tredecim præcepta, septem præcepta Affirmatiua, & sex Negatiua.

3 הלכות תרומות *Halachòth Therumòth Constitutiones de Oblationibus indefinitis.* Quindecim Capit. explicantur octo pręcepta, duo præcepta Affirmatiua, & sex Negatiua.

4 הלכות מעשרות *Halachòth Maasseròth Constitutiones de Decimis.* Quatuordecim Capit. explicatur vnicum præceptum Affirmatiuum.

5 הלכות מעשר שני ונטע רבעי *Halachòth Maassèr scenì, Venètaa reuibì, Constitutiones de Decima seruanda, & de fructibus arboris quarti anni.* Vndecim Capit. explicantur nouem præcepta; tria Affirmatiua, & sex Negatiua.

6 הלכות בכורים *Halachòth biccurìm, Constitutiones de primitijs, & reliquis muneribus dandis Sacerdotibus.* Duodecim Capit. explicantur nouem præcepta; octo præcepta sunt Affirmatiua, & vnum Negatiuum.

7 הלכות שמטה ויובל *Halachòth Scemittà, VeIouèl, Constitutiones de intermissione cultura terræ in anno septimo, & de Iubileo.* Tredecim Capit. explicantur viginti duo præcepta; nouem præcepta Affirmatiua, & tredecim Negatiua.

Omnia præcepta huius libri septimi sunt 67. quorum 30. sunt Affirmatiua, & 37. Negatiua. Capitula verò sunt 85. Postea sequuntur quædam Annotationes particulares pertinentes ad septimum librum.

LIBER OCTAVVS vocatur ספר עבודה

Omnia præcepta explicata in hoc quinto libro sunt 70. Octo ex his Affirmatiua, & 68. Negatiua, quorum Capit. sunt 53.

LIBER SEXTVS dicitur ספר הפלאה *Sèpher haphlahà De re miranda,* per quam secernitur homo à reliquis. Complectitur quatuor Constitutiones.

1 הלכות שבועות *Halachòth Sceuuòth, Constitutiones de Iuramentis.* Duodecim Capit. explicantur quinque præcepta, vnum præceptum Affirmatiuum, & 4. præcepta Negatiua.

2 הלכות נדרים *Halachòth Nedarìm, Constitutiones de Votis.* Tredecim Capit. explicantur tria præcepta, duo Affirmatiua, & vnum Negatiuum.

3 הלכות נזירות *Halachòth Neziruth; Constitutiones de Naziræatu.* Decem Capit. explicantur decem præcepta, duo præcepta Affirmatiua, & octo Negatiua.

4 הלכות ערכין וחרמין *Halachòth Erachìn Vecharamìn, Constitutiones de æstimationibus, & excommunicationibus.* De quibus vide Par. III. pag. 193. Octo Capit. explicantur septem præcepta, quinque Affirmatiua, & duo Negatiua.

Omnia præcepta explicata in hoc sexto libro sunt 25. & ex his 10. sunt Affirmatiua, & 15. Negatiua, quorum Capit. sunt 43. Post præsentem librum sequuntur Responsa legalia pertinentia ad eundem.

LIBER SEPTIMVS nuncupatur ספר זרעים *Sèpher Zeraìm Liber de seminibus.* Complectitur septem Constitutiones.

1 הלכות כלאים *Halachòth Chilàim, Constitutiones de heterogeneis seminibus simul non coniungendis, aut serendis.* De-

Affirmatiua, & ſex Negatiua.

8 הלכות עבודת יום הכפורים *Halachòth Auodàth iom hacchippurim*, *Constitutiones de miniſterio præſtando in die feſto expiationum.* Quinque Capit. explicatur vnicum præceptum Affirmatiuum.

9 הלכות מעילה *Halachòth Meilà*, *Conſtitutiones de Sacrorum abuſu.* Octo Capit. tria pręcepta expenduntur; vnum Affirmatiuum, & duo Negatiua.

Omnia præcepta huius octaui libri ſunt 103. Ex his 47. ſunt præcepta Affirmatiua, & reliqua 56. ſunt præcepta Negatiua. Capitula verò eiuſdem libri ſunt 95.

LIBER NONVS vocatur ס׳ הקרבנות *Sèpher hakkorbanòth, Liber de Sacrificijs.* Complectitur ſex Conſtitutiones ſecundùm hunc ordinem -

1 הלכות קרבן פסח *Halachòth Korbàn Pèſach*, *Conſtitutiones Sacrificij Paſchatis.* Decem Capit. explicantur ſexdecim præcepta; quatuor præcepta Affirmatiua, & duodecim Negatiua.

2 הלכות חגיגה *Halachòth Chaghighà*, *Conſtitutiones de feſto, quo tenebantur tribus vicibus in anno comparere coram Domino in Ieruſalem.* Et tribus Capit. explicantur ſex præcepta; quatuor Affirmatiua, & duo Negatiua.

3 הלכות בכורות *Halachòth Bechoròth*, *Conſtitutiones de primogenitis.* Octo Capitibus explicantur quinque præcepta; duo Affirmatiua, & tria Negatiua.

4 הלכות שגגות *Halachòth Sceghagòth*, *Conſtitutiones de Sacrificijs pro peccato, per errorem aut per ignorantiam commiſſo.* Quindecim Capit expenduntur quinque præcepta omnia Affirmatiua.

5 הלכות מחסורי כפרה *Halachòth Mechaſurè capparà*, *Conſtitutiones de ijs, qui li-*

ס׳ עבודה *Sèpher auodà Liber de ſeruitute* peragenda in Domo Sanctuarij, in Templo. Complectitur nouem Conſtitutiones, quarum ordo eſt -

1 הלכות בית הבחירה *Halachòth Beth habbechirà*, *Conſtitutiones Domus ſelectæ.* Octo Capit. expenduntur ſex pręcepta; tria Affirmatiua, & tria Negatiua.

2 הלכות כלי המקדש והעובדים בו *Halachòth chelè hammikdàſc Vehaouedim bò*, *Conſtitutiones de Inſtrumentis Sanctuarij,* hoc eſt *Templi*, *& de Miniſtris eius.* Decem Capit. expenduntur quatuordecim præcepta; ſex præcepta Affirmatiua, & octo Negatiua.

3 הלכות ביאת המקדש *Halachòth bijàth hammikdàſc*, *Conſtitutiones de ratione adeundi Templi.* Nouem Capit. explicantur quindecim præcepta; duo præcepta Affirmatiua, & tredecim Negat.

4 הלכות איסורי מזבח *Halachòth Iſſurè mizbèach*, *Conſtitutiones de rebus Altari prohibitis.* Septem Capit. quatuordecim præcepta expenduntur; quatuor præcepta Affirmatiua, & decem Negatiua.

5 הלכות מעשה הקרבנות *Halachòth Maaſsè hakkorbanòth*, *Conſtitutiones de ratione Sacrificiorum faciendorum.* Decem & nouem Capit. expenduntur viginti tria præcepta; decem Affirmatiua, & tredecim Negatiua.

6 הלכות תמידין ומוספין *Halachòth Tamidìn Vmuſaphìn*, *Conſtitutiones de Sacrificijs iugibus, & addititijs.* Decem Capit, explicantur 19. præcepta; octodecim præcepta Affirmatiua, & vnicum Negatiuum.

7 הלכות פסולי המוקדשין *Halachòth peſulè hammukdaſcìn*, *Conſtitutiones de ineptis ad Sacrificium.* Nouemdecim Capit. expenduntur octo præcepta; duo

Capit. explicantur tria præcepta Affirmatiua, quibus includitur immunditia contracta ob idololatriam, & hoc ex præcepto Scribarum.

6 הלכות טומאת אוכלים *Halachòth Tumàth ochelim, Constitutiones de immunditia comèdentium*. Sexdecim Capit. expenditur vnicum præceptum Affirmatiuum.

7 הלכות כלים *Halachòth Chelìm, Constitutiones de Vasis, quæ recipiunt, vel non recipiunt immunditiam, & illorum purificatione*. Viginti Capit. prædicta omnia explicantur.

8 הלכות מקואות *Halachòth Mikuaòth, Constitutiones de balneis*. Vndecim Capit. explicatur vnicum præceptum Affirmatiuum, de immergendo immundo in lauacrum, vt inde purificetur.

Omnia præcepta huius decimi libri sunt 20. quorum 18. sunt Affirmatiua, reliqua duo Negatiua. Omnia verò eiusdem libri Capit. sunt 144.

LIBER VNDECIMVS nuncupatur ספר נזיקין *Sèpher Nezikìn, Liber de damnis illatis ab alio*. Complectitur quinque Constitut. secundùm hunc ordinem -

1 הלכות נזקי ממון *Halachòth Nezikè mamòn, Constitutiones de damnis illatis in facultatibus*. Quatuordecim Capit. explicantur quatuor præcepta Affirmatiua.

2 הלכות גניבה *Halachòth Gheneuà, Constitutiones de furto*. Nouem Capit. explicantur septem præcepta, duo Affirmatiua, & quinque Negatiua.

3 הלכות גזילה ואבידה *Halachòth Ghezelà, vaauedà, Constitutiones de rapina, & re amissa*. Decem & octo Capit. expenduntur septem præcepta: duo Affirmatiua, & quinque Negatiua.

4 הלכות חובל ומזיק *Halachòth Chouèl, vma-*

licèt ab immunditie sint mundati, adhuc de sanctificatis comedere non possunt, quia nondum Sacrificium obtulerunt. Quinque Capit. explicantur quatuor præcepta Affirmatiua.

6 הלכות תמורה *Halachòth Themurà, Constitutiones de permutatione non facienda vnius rei sanctificatæ cum altera non sanctificata*. Quatuor Capit. explicantur tria præcepta; vnum Affirmatiuum, & duo Negatiua.

Omnia præcepta huius noni libri sunt 39. Viginti ex eis sunt Affirmatiua, & 19. sunt Negatiua. Capitula verò eius sunt 45.

LIBER DECIMVS dicitur ספר טהרה *Sèpher Tahorà, Liber munditiei*. Complectitur octo Constitutiones secundùm hunc ordinem -

1 הלכות טומאת מת *Halachòth Tumàth meth, Constitutiones de immunditia ob mortuum*. Viginti quinque Capit. explicatur vnicum præceptum Affirmatiuum.

2 הלכות פרה אדומה *Halachòth parà adummà, Constitutiones de Vacca rufa*. Quindecim Capit. explicantur duo præcepta Affirmatiua.

3 הלכות טומאת צרעת *Halachòth Tumàth Tzaràath, Constitutiones de immunditia ob lepram*. Sexdecim Capit. octo præcepta explicantur; sex præcepta Affirmatiua, & duo præcepta Negatiua.

4 הלכות מטמאי משכב ומושב *Halachòth Metameè mischàu vmosciàu, Constitutiones de ijs, qui cubilia, & sedilia polluunt*. Tredecim Capit. tria præcepta explicantur Affirmatiua.

5 הלכות שאר אבות הטומאה *Halachòth Sceàr auòth hattumàh, Constitutiones de reliquis patribus*, hoc est, *de reliquis generalibus capitibus immunditiei*. Viginti

vmazik, *Constitutiones de pignore*, *& damno circa pignora*. Octo Capit. declaratur vnicum præceptum Affirmatiuum.

5 חלכות רוצח ושמירת נפש *Halachòth Rotzèach*, *vscmiràth nàphese*, *Constitutiones de homicidio*, *& conseruatione Animæ innocentis*. Tredecim Capit. explicantur 17. præcepta; septem præcepta Affirmatiua, & decem Negatiua.

Omnia præcepta huius vndecimi libri sunt 36. Ex his 16. sunt Affirmatiua, & 20. sunt Negatiua. Capit. verò eiusdem libri sunt 62.

Post librum vndecimum sequuntur nonnulla Responsa pertinentia ad eundem librum de damnis, & iniurijs illatis. Sequitur deinde -

LIBER DVODECIMVS, qui dicitur ספר קניין *Sèpher Kinijàn*, *Liber Acquisitionis*, seù *negotiationis*. Complectitur quinque Constitutiones secundùm hunc ordinem -

1 הלכות מכירה *Halachòth Mechirà*, *Constitutiones de venditione*. Triginta Capit. explicantur quinque præcepta; vnum Affirmatiuum, & quatuor Negatiua.

2 הלכות זכייה ומתנה *Halachòth Zechijà*, *vmtanà*, *Constitutiones de Iure acquirendo ex rebus publicis*, *vt ex venatione*, *piscatione*, *vel etiam ex rebus donatis*. Duodecim Capit. huiusmodi ius explicatur.

3 הלכות שכנים *Halachòth Scechenim*, *Constitutiones de Iure vicinitatis*. Quatuordecim Capit. explicatur huiuscemodi Ius.

4 הלכות שלוחין ושותפין *Halachòth Scelùchin*, *vesciotephìn*, *Constitutiones de Nuncijs*, *& Legatis*; *deque Iure societatis*, *& commercij*. Decem Capit. explicantur, quæ ad huiusmodi pertinere dignoscuntur:

5 הלכות עבדים *Halachòth Auadim*, *Constitutiones de seruis*. Nouem Capit. expenduntur tredecim præcepta: quinque Affirmatiua, & octo Negatiua.

Omnia præcepta huius duodecimi libri sunt 18. & ex his sex sunt præcepta Affirmatiua, & reliqua 12. sunt Negatiua. Capit. verò eiusdem libri sunt 75.

In fine huius libri reperiuntur quædam Responsa pertinentia specialiter ad hunc duodecimum librum de acquisitione rerum.

LIBER DECIMVS TERTIVS vocatur ספר משפטים *Sèpher Miscpattim*, *Liber Iudiciorum*. Complectitur quinque Constitutiones secundùm hunc ordinem.

1 הלכות שכירות *Halachòth Sechirùth*, *Constitutiones conductionis pro mercede*. Tredecim Cap. explicantur septem præcepta; tria Affirmatiua, & quatuor Negatiua.

2 הלכות שאלה ופקדון *Halachòth Sciaalà vpikadòn*, *Constitutiones de commodato*, *& deposito*. Octo Capit. explicantur duo præcepta Affirmatiua.

3 הלכות מלוה ולוה *Halachòth Maluè*, *velauè*, *Constitutiones de mutuante*, *& mutuum accipiente*. Viginti septem Capit. explicantur duodecim præcepta; quatuor præcepta Affirmatiua, & octo Negatiua.

4 הלכות טוען ונטען *Halachòth Toèn*, *venitaàn*, *Constitutiones de accusante*, *& accusato*; *actore*, *& reo*. Sexdecim Capit. expenditur vnicum præceptum Affirmatiuum.

5 הלכות נחלות *Halachòth Nachalòth*, *Constitutiones de hereditatibus*. Vndecim Capit. vnicum præceptum Affirmatiuum expenditur.

Omnia præcepta huius libri decimi ter-

cepta; tria Affirmatiua,& sex Negatiua.

4 הלכות אבל *Halachòth E'uel*, *Constitutiones de luctu circa defunctos*. Quatuordecim Capit. explicantur quatuor præcepta; vnum præceptum Affirmatiuum, & tria Negatiua.

5 הלכות מלכים ומלחמות *Halachòth Melachìm vmilchamòth*, *Constitutiones de Regibus*, *& bellis ab eis gerendis*. Duodecim Capit. explicantur viginti tria præcepta; decem præcepta Affirmatiua, & tredecim præcepta Negatiua.

Omnia præcepta huius decimi quarti, & vltimi libri R. Mosis Ægyptij sunt 74. Viginti septem sunt præcepta Affirmatiua, & 47. sunt præcepta Negatiua. Capit. verò eiusdem libri omnia sunt 81.

In fine libri huius quædam Responsa legalia reperiuntur, quæ ad librum prædictum *Sciophetìm* pertinent.

tertij sunt 23. Ex his 11. Affirmatiua, & duodecim sunt Negatiua. Capitula verò eiusdem libri sunt 75.

LIBER DECIMVS QVARTVS & Vltimus libri הי״ד *Haijàd* R. Mosis Ægyptij appellatur ספר שופטים *Sèpher Sciophetìm*, *Liber Iudicum*. Complectitur quinque הלכות *Halachòth Constitutiones* secundùm hunc ordinem.

1 הלכות סנהדרין *Halachòth Sanhedrìn*, *Constitutiones Sanhedrin*, seù *de Senatu*, *& Senatoribus*. Viginti sex Capit. explicantur triginta præcepta; decem præcepta Affirmatiua, & viginti Negatiua.

2 הלכות עדות *Halachòth Edùth*, *Constitutiones de Testibus*. Viginti duobus Capit. explicantur octo præcepta; tria præcepta Affirmatiua, & 5. Negatiua.

3 הלכות ממרים *Halachòth Mamrìm*, *Constitutiones de rebellibus*, *& apostatis*. Septem Capit. explicantur nouem præ-

Summa omnium Librorum, Constitutionum, Capitulorum, & Præceptorum Operis

הי״ד *Haijàd Rambàm*.

		Liber	Halachòth Const.	Capit.	Pręcep.	Affir.	Negat.
1	א׳	מדע *Madàa*	5	46	75	16	59
2	ב׳	אהבה *Ahauà*	6	47	11	11	—
3	ג׳	זמנים *Zemanìm*	10	97	38	22	16
4	ד׳	נשים *Nascìm*	5	53	17	9	8
5	ה׳	קדושה *Kidduscià*	3	53	40	8	32
6	ו׳	הפלאה *Haphlaà*	4	43	25	10	15
7	ז׳	זרעים *Zeraìm*	7	85	67	29	38
8	ח׳	עבודה *Auodà*	9	86	103	47	56
9	ט׳	קרבנות *Korbanòth*	6	45	39	20	19
10	י׳	טהרה *Taharà*	8	104	20	18	2
11	י״א	נזיקין *Nezikìn*	5	62	36	16	20
12	י״ב	קנין *Kiniàn*	5	75	18	6	12
13	י״ג	משפטים *Miscpatìm*	5	75	23	11	12
14	י״ד	שופטים *Sciophetìm*	5	81	74	27	47
			83	952	586	250	336

Om-

lodami apud Guiliel. & Io. Bleau 1638. in 4.

Sub nomine *Canones Ethici* ex eodem libro *Madàa* הלכות דעות *Halachòth Daaòth* latinè vertit Georgius Gentius, eosque vberioribus notis illustrauit. Excuss. Amstelodami apud Io. & Cornelium Blaeu 1640. in 4. Et ex eodem libro I. *Madàa*, *Halachòth Auodà Zarà* latinè reddit Dionysius Vossius in fine Tractat. 4. *de Idololatria* cum notis. Amstelodami 1642. in 4. apud eundem. Et in fol. Tom. 2. *de Idololatria* in fine.

Ex libro III. זמנים *Zemanim* Tractatus 8. inscriptus הלכות קידוש החדש *Constitutiones de consecratione Calendarum*, *& de ratione intercalandi* ex Hebræo latinè redditus fuit à Ludouico de Compiegne. Excuss. Parisijs apud Petrum Promè, propè magnos Augustinianos sub signo Charitatis 1669. in 8. Ex eodem libro III. Tractatus 9. הלכות תעניות *Constitutiones de Ieiunijs* latinas fecit Io. Benedictus Carpzouius. Eas Lipsiæ excudebat Io. Ericus Hahn 1662. in 4.

Ab eodem Ludouico de Compiegne de Veille in eandem linguam latinam versus est Tractatus 1. libri IV. *Nascìm*, qui הלכות אישות inscribitur, & est de re vxoria. Impress. Paris. apud F. Muguet, Regis, & Archiepiscopi Typographum via Cytharę, ad insigne adorationis triū Regum 1673. in 8.

Ex libro VII. *Zeraìm* Humphridus Prideaux Anglus latinè scripsit *De Iure pauperis*, *& peregrini*, ex integro vertens הלכות עניים *Halachòth Anìim Constitutiones de pauperibus*; quibus ex libro V. קדושה *Kedusciá*, & ex הלכות איסורי ביאה *Halachòth Issurè biàh*, Cap. 13. & 14. *de Proselytis Iustitia Constitutiones* addidit,

Omnia præcepta explicata in hoc libro, הי״ד sunt 586. desuntque ad num. 613. præceptorū assignatorum præcepta viginti septem. Ergo dicendum, quod vel numerus pręceptorum 613. assignatus à *Rambàm* non sit conueniens; vel deficiat idem *Rambàm* in explicatione præceptorum in hisce suis Talmudicis Commentarijs; cùm in Negatiuis desint præcepta 29. & in Affirmatiuis 2. superent numerū assignatum in symbolo רמ״ח. Præterea quod non sit ritè assignatus numerus præceptorum 613. probant nonnulli Rabbini, & præsertim הרא״בד *Harrauàd* in suis השגות *Hassagòth Animaduersionibus* ad prædictum Catalogum 613. præceptorum, vt habetur in hoc I. Tomo post œconomiam omnium librorum huius libri הי״ד.

Et quamuis ex hisce quatuordecim libris omnia nationis Iudaicæ Iura comprehendantur, & ab hoc nostro Iuris Consultorum omnium Iudæorum facilè Principe sublatis nugis, fabulis, alijsque Talmudicis delirijs repurgata eadem Iura appareant, nihilominus multa in ijs adhuc superesse inania, & futilia, & quæ nullum præsidium à sacris literis petere, aut fulciri valeant, Viri docti arbitrantur. Alia tamen, & quidem non pauca, vtilia fore Reipub. literariæ animaduerterunt, vt non immeritò putauerint nonnulla ex his digna quę in linguam Latinam verterentur. Ea quæ ad manus meas peruenerunt, sunt -

Ex libro primo מדע *Madàa* הלכות יסודי התורה *Halachòth Iesodè hattoràh*, *Constitutiones de fundamentis Legis*, has latinas fecit Guilielmus Vorstius C. F. additis quibusdam notulis, quibus multa loca Maiemonidis illustrantur. Amste-

brardo, habenturque in fine Chron. Hebræorum editionis Parisiensis an. 1600. in fol. Et sub titulo *De rebus Christi Regis*, iam pridem pariter Parisijs prodierant per Martinum Iuuenem an. 1572. in 8. Quod autem spectat ad editionem huius libri חיד *Haijàd*, præter hanc modò recensitam Venetam Bragadinianam anni 5310. Chr. 1550. est & alia pariter Veneta eiusdem Aloysij Bragadini cum præclaro Commentario inscripto כסף משנה *Chèseph Misnè*, de quo videnda est Par. III. pag. 820. col. 2. Hæc posterior editio magis commendatur, & diuiditur in 4. Tomos. Prodijt an. חשל״ד 5334. Chr. 1574. in fol. cùm 84. annis priùs sine aliquo Commentario prodijsset Soncini in Lombardia, anno videlicet נ״ר 250. min. supput. Chr. 1490. in folio.

Seorsim nonnulli ex his libris excusi fuerunt, vti מדע *Madàa*, אהבה *Ahauàh*, & זמנים *Zemanim* Venetijs per Petrum Bragadinum apud Ioannem קאיון Kaiòn anno למ״שח 375. Chr. 1615. cum quibusdam annotatiunculis marginalibus in 4. Et nouissimè in eadem quarta forma ijdem libri iterum cusi fuerunt ibidem cum quibusdam Additionibus excerptis ex *Halachòth Constitutionibus de cibis prohibitis ad inspectionem viscerum animalium spectantibus*, iussu Andreæ Mauroceni an. אחו״תי 425. Chr. 1665. in 4.

Post *Sèpher Haijàd*, seù *Miscnè Thorà* scripsit -

3. ספר המצות *Sèphèr Hammitzuòth Librum Præceptorum* lingua Arabica, in quo succinctè agit de 613. præceptis; de 248. Affirmatiuis, & de 365. Negatiuis. In eum scripsit R. Moses Bar Nach-

dit, & cum notis euulgauit, quibus alia tria Capitula adiunxit *de Proselytis domicilij*, eaque ex libro decimo quarto *Sciophetim* הלכות מלכים ומלחמות *Halachòth Melachim Vmilchamòth*, & ex Capitulis 8. 9. & 10. excerpsit, quæ pariter notis illustrantur. Excusa fuerunt Oxonij è Theatro Sheldoniano anno Domini 1679. Prostant Londini in Cœmeterio Diui Pauli ad insigne Angeli. In 4.

Librum VIII. *Auodà* prænotatus Ludouicus de Compiegne de Veil cum omnibus suis Constitutionibus, siuè Tractatibus, nempè 1. *De Domo selecta*; 2. *de Instrumentis Templi*; 3. *de ratione adeundi Templi*; 4. *de rebus Altari interdictis*; 5. *de ratione offerendi Sacrificia*; 6. *de Sacrificijs iugibus*; 7. *de Sacris temeratis*; 8. *de die expiationum*; & 9. *de Sacrorum abusu*, ex Hebræo Latinum fecit, & notis illustrauit, cui accesserunt Tabulæ ære incisæ, in quibus exprimitur Hierosolymitani Templi forma accuratissimè, & eleganter descripta. Excus. Parisijs apud Guldonem Gaillou Bibliopolam, via Iacobæa, sub Constantia, in 4. Ioannes Benedictus Carpzouius in משפט המלך *Miscpàt hammèlech* Schickardi cap. 1. Theor. 11. pag. 22. dicit, quòd Ludouicus Capellus primam Halachà, quæ est בית הבחירה *De ipso Sanctuario* latinè verterit, & inserta reperiatur in Apparatu Bibliorum Polyglotton Londinensium. Seorsim prodijt, inquit, hoc ipso an. (id est 1674.) tùm in Belgio, tum Tiguri in Heluetia.

Tandem ex libro XIV. & vltimo, & ex *Halachòth Constitutionibus de Regibus, & ipsorum prælijs* caput 11. & 12. in quibus agitur de Christo Rege, versa fuerunt in linguam latinam à G. Gene-

bi Mose Bar Maijmonis, ex Arabica versus in Hebræam linguam per Rabbi Mosem Ben Samuelis, Ben Saulis Abèn Tibbòn de Granata. Scriptus est Barcinonæ in Catalonia anno 5140. Christi 1380. per Iacoburn Christinum: Et in eadem Bibliotheca sub num. 4274. pag. 243. b. Latinè reddita fuere prænotata 613. præcepta ab Anonymo, & secundùm ordinem librorum Pentateuchi dispofita. In fol. Pergam. Scripsit -

4 מורה הנבוכים *Morè hanneuuchim*, *Director perplexorum*, seù *Confusorum*; Titulus alludit ad locum Exodi 14. 3. vbi Pharao de filijs Israëlis dicebat: נבכים הם *Neuuchim hem*, *Confusi ipsi* in terra. Cùm enim vidisset Israëlitas fugientes ex Ægypto, & iam iam mare rubrum pertingentes inter, duos montes Migdol scilicet, & Phiaphiròth, tamquam in muscipula conclusos, ex qua eos exire non posse credebat Pharao, quia in fronte habebant mare, hinc inde montes, à tergo exercitum Ægyptiorum, adeoque nihil reliquum erat Israëlitis nisi confusio: suis dicebat, *Neuuchim hem*, *Confusi sunt*. At Moses Dei famulus per maris rubri vortices viam Israëlitis ostendit, & à confusione liberauit. Sic & hic alter Moses per huius libri tramitem Iudæos ducens à confusione, & perplexitate, in qua hodie sunt circa intelligentiam Scripturarum, eos liberare arbitratur in hoc libro, quem in tres Partes distribuit.

Prima Pars tractat de nominibus æquiuocis, & analogis, quæ passim in Sacris literis, & præsertim apud Prophetas reperiuntur. Diuiditur in 76. Capita. Vbi de Prophetia, de Cælo, Mundo, & Angelis.

Se-

Nachmàn, illustrauit, & correxit, cum hisce Commentarijs, & obseruationibus R. Isaaci ר' ליאון de Leone excerptis ex suo libro nuncupato מגלת אסתר *Meghilàth Esthèr*, quibus adduntur quædam alia Opuscula eiusdem R. Mosis Bar Maijmonis, nempè -

אגרת תימן *Ighèreth Themàn Epistola Meridionalis*, quæ & appellatur פתח תקוה *Pètach tikuà Porta spei*, Tit. ex Osea 2. ver. 15. In ea enim hortatur, & monet omnes Synagogas Meridionales Africæ, vt constantes sint in Mosaicæ Legis cultu: nam non diù antea per vniuersam Africam, & totum Orientem promulgata fuerunt grauia edicta contra Iudæos, idque adeò, vt cogerentur Iudæi Mosaica Sacra deserere, & Muhammedica sequi. Hic in fide firmantur, spe, & fiducia præsentaneæ Iudaicæ liberationis, quam iamiam fore futuram credulæ plebi hic Auctor promittit inaniter. Et מאמר תחית המתים *Maamàr Techijàth hammethìm*, *Tractatus de viuificatione*, seù *resurrectione mortuorum*. Excusa fuerunt simul Amstelodami apud Iosephum עטיאש *Atiàsc*, correcta per R. Iacobum ישורין *Iesciurùn* an. ל'א'ם כ'ס'א' 420. minor. supput. Christi 1660. in 4. Huiuscemodi autem Tractatus *de resurrectione mortuorum*, qui communiter nuncupatur אגרת תחית המתים *Epistola de resurrectione mortuorum*, fuit composita annis quinque post librum מורה הנבוכים *Morè hanneuuchìm*, de quo statim. In Bibliotheca Vaticana num. 170. reperitur Codex msc. Papyr. in 4. cum hoc Titulo -

ס' מצות הנוהגות בקיצור *Sèpher Mitzuòth hannohagòth bekitzùr*, *Liber Præceptorum vsualium per compendium*, Auctore Rab-

lum profitebatur, licèt Moſi ignotus, vt ex Epiſtola ad eum miſſa apparet, quam habes inter alias eiuſdem Moſis Epiſtolas pag. 20. b. eamque reperies V. in ordine Epiſtolarum pag. 375. Buxtorf. F. in Appendice. Vix abſoluta fuerat tranſlatio ipſa ex Arabica in linguam Hebraicam euulgata, quòd ſtatim multa huius Operis exemplaria tranſcripta, & per diuerſas mundi partes diſtracta fuerunt. Peruenerat iam pridem liber חי״ד *Haijàd* ſuprà recenſitus ad Synagogas Montiſpeſſulani, vbi Rectoratum gerebat quidam Ràu Salomon Ben R. Abrahami, qui cùm animaduertiſſet in libro מדע *Madàa* quædam contineri (vt ſibi videbatur) contra doctrinam Talmudis, in fauorem Philoſophiæ, & quod magis erat, in fauorem Religionis Chriſtianæ; eò quòd ſic philoſophabatur Moſes in ſuo libro de Cauſa prima, eiuſque operatione ad extra, non ſecùs ac docet Religio Chriſtiana, de hac doctrina conſilium habuit idem Ràu Salomon cum duobus ſuis diſcipulis R. Ionà, & R. Dauid: ſed non auſi ſunt contra Moſem Auctorem debaccari. Poſtquam autem ad illorum manus peruenit *Morè neuuchìm*, & in illo animaduerterunt prædicta enucleatiùs contineri, ibique plura doceri, & doctrinæ atque auctoritati Talmudis derogari, inſurrexerunt contra prædictos libros *Madàa*, & *Morè hanneuuchìm*, & varias calumnias excogitarunt; & euomuerunt: diris etiam deuouere non dubitarunt eos, qui ad ſtudia Philoſophica incumberent, vel prænotatos libros retinerent, aut legerent, eoſque igni tradiderunt. Contra violentos iſtorũ Rabbinorum Montiſpeſſulanæ Synagogæ attentatus inſurre-

Secunda Pars tractat de Deo ſimpliciſſimo Ente, Creatore, & Motore primo: de Intelligentijs Cælos mouentibus, de Sphæris, de influxu ſuperiorum in inferiora; de miraculis, & præſtantia Legis Moſaicæ. Habet Cap. 48.

Tertia Pars tractat de operibus ſex dierum; de viſione animalium, & rotarum Ezechielis: de materia prima, & priuatione: de origine diſſentionum inter homines; de prouidentia Dei; de præceptis, & ceremonijs Legis Moſaicę, & intentione Legis circa ea. Habet Capita 54.

Omnia Capita huius libri ſunt 178. eumque lingua Arabica in gratiam R. Ioſephi בן עכנין *Ben Acbanin* Bar Iudæ eius inſignis diſcipuli ſcripſit, eiq; dicauit, & tranſmiſit ſcripta Epiſtola ad eundem, quam inter Epiſtolas huius R. Moſis Bar Maijmonis inuenies pag. 17. & in Appendice Epiſtolarum Io. Buxtorf. num. 1. pag. 361. Abſoluit eum anno ætatis ſuæ quinquageſimo, hoc eſt anno mundi 4941. Chr. 1181. Quo abſoluto plerique eius amici poſtularunt, vt eum in linguam Hebraicam verteret; at ipſe reſpondit שלא יכול אבל שחית ביניחם תלמיד מובחק כה״ר שמואל בן תבון והוא סומך עליו וכן חאמת כי העתקת ר׳ יחודה אלחריזי אינה ראוית : *ſe quidem non poſſe; verùm inter ipſos reperiri excellentem diſcipulum Dominum R. Samuelem Ben Tibbòn; ipſe in hac ſtudia ſedulò incumbet. Sicut poſtmodùm fecit: nam tranſlatio edita à R. Iuda Alcharizi congrua non iudicatur.* Ita *Iuchaſsìn* pagina 131. b. Itaque ex lingua Arabica in linguam Hebræam vertitur à R. Samuele Ben R. Iudæ Abèn תבון *Tibbòn* excellente diſcipulo eiuſdem R. Moſis, ſed extra Ægyptum, vbi ſe eſſe diſcipu-

Cataloniæ, & Aragoniæ, causam in fauorem librorum R. Mosis Ægyptij decidunt, Montispessulanos Rabbinos excommunicant, & alios rebelles diris vouere comminantur, nisi resipiscant. Hac sententia commotæ Galliæ Synagogæ, acta ab eis contra libros Mosis rescindunt, & veniam petunt. Quæ à Dauide Kimchio in hac causa peracta fuere, retulimus suprà Par. II. p. 28. & seqq. Liberantur à censuris libri Bar Maijmonis, & magno applausu vbique locorum recipiuntur ab omnibus. Duplex versio eodem fermè tempore prodierat, altera R. Iudæ Ben R. Salomonis אלחריזי *Alcharizi*, & altera R. Samuelis Ben R. Iudæ Abèn תבון *Tibbòn*. Illa reiecta, hæc commendata fuit etiam ab ipso R. Mose Bar Maijmonis dum viueret. Non tamen frustraneum fuit studium R. Iudæ Alcharizì, quippè qui cùm laborasset circa *Morè banneuuchim* omnium capitum argumenta in compendium redegit, & vsque ad hodiernum diem ab omnibus approbantur, & in principio libri editionis Sabionetensis exhibentur, & laudantur. R. autem Samuel præter versionem *Morè banneuuchim* à se adornatam, aliam circa eandem laudabilem præstitit operam. Cùm enim difficile admodum esset voces Arabicas, quibus in doctrina explicanda vsus fuerat R. Bar Maijmon, eas Hebræas facere priori genuino significatu retento sine aliqua analogia ad linguam Hebræam; ideò sedulus hic Interpres R. Samuel Ben R. Iudæ Abèn Tibbòn, Dictionarium exoticarum vocum, quæ in versione *Morè banneuuchim* reperiuntur, composuit, easque lingua pura puta Hebræa declarauit. Reperitur in principio prædicti *Mo-*

rexerunt Rabbini Badresc, & Narbonæ, aliarumque Synagogarum Prouinciæ, eosque excommunicarunt. Hæc audientes Rabbini Montispessulani prædicti Salomon, Ionas, & Dauid, ad reliquas Galliæ Synagogas scribunt, literas per manus vnius illorum mittunt, qui ita eos ad suas partes pellicit, vt Galliæ vniuersæ Synagogæ, omnes Prouinciæ Narbonensis Synagogas vicissim anathematizarent. Hinc ignis accenditur validus, & turbæ multæ inter Iudæos Gallos, & Narbonenses excitantur, alijs pro Mose Ægyptio, eiusque libris certantibus, alijs contra Mosen obloquentibus, & memoriam eius cum præfatis suis libris ab hominum mente deleri procurantibus. Narbonenses autem Synagogis Galliæ cedere detrectantes, elegerunt virum doctum, discretum, senem omnibus acceptum, quem ad omnes Synagogas Cataloniæ, & Aragoniæ miserunt, vt præsentem causam agnoscerent, & deciderent. Is fuit illustris ille Rabbinus nomine Dauid Kimchius, qui viuente adhuc R. Mose Bar Maimonis. causam ipsius apud prænotatas Synagogas patrocinandam ingentibus, assiduisque laboribus susceperat. Sed vix huiuscemodi patrocinij fama ad Mosem peruenerat, cum è viuis sublatus in Palestina sepultus est, quamuis & ipse non prætermiserat pro suo מורה *Morè* scribere, missa אגרת *Epistola* Apologetica ad R. Pinchàs Ben R. Mesciullàm Iudicem in Vrbe Alexandriæ. Interim dum Montispessulani Rabbini Epitaphium è sepulchro R. Mosis מבחר האנשים *Electus hominum* abradunt, & eius loco aliud infame מוחרם ומין *Excommunicatus, & hæreticus* substituunt: Sapientes Rabbini omnium Synagogarum

Primus occupat marginem exteriorem libri, secundus interiorem, & tertius extremam minutiori charactere expressus, & commento breuiori, vt Lector breuiori via incedens animi viribus non labefactetur; breuitas enim valdè commendatur à priscis Rabbinis: vnde Doctores Hebręi dicunt לעולם ילמד אדם לתלמידו דרך קצרה: *Semper doceat Magister discipulum suum breuiorem viam*, vt legitur in fine huius libri. Et liber quidem Carminibus laudatur à R. Raphaël Ioseph מטריוויש Taruisano prima pagina, postquam notantur argumenta singulorum capitum compilata à R. Iuda Alcharizì; deinde sequitur Dictionarium extranearum vocum huius libri, explicatarum ab Interprete R. Samuele Abèn Tibbòn, & Index locorum Sacræ Scripturæ, quæ in eodem libro adducuntur, & explanantur. Duplex Præfatio vna Interpretis R. Samuelis, & alia R. Seem Tòu, iungitur Carminibus quibusdam in honorem libri compositis à *R. Ascèr* קרקאש *Karkàsc Carcasio*.

Fuit & in linguam Latinam non semel translatus liber iste *Morè hanneuuchìm*. In Bibliotheca Vaticana inter Codices mmssec. latinos sub nu. 4274. fol. pergam. reperitur latinè conuersus ab Anonymo sub nomine *Dux neutrorum, vel dubiorum, &c.* ignoto anno. Plantauitius in sua Biblioth. Rabbinica numero 338. dicit, primò fuisse latinè translatum ab Italo quodam Rabbino, *Manteau* nuncupato: deinde ab Augustino Iustiniano Genuensi ex Ord. Prædicat. Nebiensi Episcopo, cuius translatio prodijt Parisijs apud Iodocum Ascensium an. 1520.: postea à Germano Hebræo facto Christiano, Ibid. an. 1613. O iuf-

Morè prænotatæ editionis Sabionetensis sub nomine פירוש מהמלות זרות אשר במאמר חרב ולי: *Perùsc Expositio dictionum extranearum, quæ in libro Morè hanneuuchìm prædicti R. Mosis reperiuntur.*

Antequam beneficio Artis Chalcographicæ Respub. literaria ditata fuisset, non satis librorum affluentia abundabat: paucique tunc erant libri *Morè*, & magno pretio redimebantur: nihilominùs nulla insignis Bibliot. reperiebatur, quæ aliquod huius libri exemplar msc. non haberet. Ego, qui omnium Bibliothecarum Vrbis Codices Hebraicos mmssec. penè omnes perlustraui, quamplurima exemplaria *Morè hanneuuchìm* reperi, sed vnum, quod in Bibliotheca Collegij Romani S. I. vidi, reliquis præstantiorem iudicaui, scriptus quippè est in fol. charta nitida, charactere eleganti, lectuque facili.

Cæterùm *Morè neuuchìm* excusus primò fuit in 4. loco & anno non notatis. Deinde Venet. sine Commentario. Postea ibidem in fol. cum Commentariolis R. Seem Tòu, & Ephodæi, ita referente Plantauitio in Bibliotheca Rabbinica num. 338. Denique Sabionetæ sub Dominio Vespasiani Gonzagæ anno ש״ג 313. min. supp. Chr. 1553. in fol. apud Tobiam פואה Phòam per manus Cornelij אדיל קינד *Adil. Kind* de domo Leui. Itaque reliquis editionibus præualet ista Sabionetensis: nam præter textum Hebræum ex versione Rabbì Samuelis Ben R. Iudæ Abèn Tibbòn literis quadratis in medio positum, extant etiam tres pleniores Commentarij, 1. *R. Seem Tòu*, 2. אפודי *Ephodì*, 3. *R. Ascèr Bar R. Abrahami* cognomento בונאן קרשקש *Bonàn Karsciakàsc*, seù קרקאש *Karkàsc*.

plurimos Auctores Latinos fit mentio. Vide P. Burgensem in Addit. ad cap. 11. Genes. In quædam loca obscuriora Philosophica eiusdem libri *Morè* scripsit Arabicè Abdallà Muhamed Ebubecher. Extat msc. Hebraicè in Biblioth. Cæsar.

Ferdinandus Nuñez Pincianus, in Notis ad Ioannis de Corduba Labyrinthum Poëticum Cantu 124. de R. Mose Ægyptio hæc ait: *R. Moses de Egypto Medico del Soldan compusò vn libro en Medicina, que se llama, FLORES DEL GALIENO, Y EL MORETO en Theologia* (citra dubium *Morè neuuchim* innuitur) *y compilò sobre el Talmud grande escriptura*, per quam intelligimus ingens illud Volumen nuncupatum משנה תורה *Miscnè Thorà*, & יד החזקה *Iad hachazakà*. de quo suprà dictum est. Licèt possint intelligi Commentarij à se compositi super Ghemarà: nam vt ipse R. Moses testatur in Præfatione Miscnæ, secundùm quod refert *Iuchassin* pagina 131. b. Scripsit Arabicè פירוש על שלשה סדרים מהגמרא 5 *Commentarios super tres Ordines Ghemaræ*, quod non est intelligendum de Commentarijs Miscnicis, qui contra distinguuntur à Ghemaraticis, sed prorsùs intelligendum est de ipsis Ghemaraticis, vt disertè ibidem explicatur.

Insuper idem Bar Maiemonis scripsit שמונה פרקים *Octo Capitula* de Anima & operationibus eius, & de homine, illiusque natura. Reperiuntur in Talmude Babylonico ante *Pirkè Auòth*, & in *Miscnaijòth* editionis Venetæ in fol. anno מסויך 366. Chr. 1606. in fine eiusdem Cod. *Pirkè Auòth*. Scripta fuerunt lingua הגרי *Haghri Hagarenica*, hoc est Arabica, & R. Samuel Ben Iudæ Abèn Tib-

iussu Cl. V. D. de Florence Præceptoris Ludouici XIII. Sed hæc translatio minimè in lucem prodijt. Denique à Io. Buxtorf. F. maiori diligentia quàm antea factum est: neq; huiusce susceptę operæ eum pœnitere debuisset, nisi quòd publicis temporum illorum calamitatibus fortassis deterritus, de Textu simul Hebræo addendo minùs sollicitus fuerit; quod plerique desiderarunt. Additi tamen sunt in eo Indices locorum Scripturæ, rerum, & vocum Hebraicarum, excus. Basileæ, sumptibus, & impensis Ludouici Konig, excudente Io. Iacob Genath 1629. in 4.

In Bibliotheca publica Leidensi inter libros Scaligerianos reperitur quoddam exemplar *Morè hanneuuchìm* lingua Arabica, sed charactere Hebræo manuscripto in folio referente Spizelio in sua Bibliotheca msc. pag. 138. De mmssc. extantibus in Biblioth. Vaticana huius libri *Morè hanneuuchìm* nihil dicam, solùm antiquitatem vnius, aut alterius indicabo. Sub num. 256. extat Tertia Pars *Morè* &c. scripta Barcinonæ in Catalonia anno 5108. Christi 1348. vbi notatur censura quorundam Rabbinorum concedentium licentiam legendi prædictum librum. pagina 88. Papyr. in 4.

Aliud exemplar eiusdem scriptum est anno 5217. Chr. 1457. in fol. Pergam. sub num. 262.

Eiusdem libri *Morè hanneuuchìm* antiquissimum exemplar coæuum fermè ipsi Auctori Mosi Ægyptio scriptum in Iericho Ciuitate anno 4965. Christi 1205. fol. Pergam. sub num. 263. in eadem Biblioth. Vatic. cernitur.

De *Morè hanneuuchìm* apud quam-

iusmet Auctoris. Circa quam nihil aliud est addendum, nisi quòd fuerit Hebraicè ex Arabico conuersa à ר׳ נחום *R. Nachùm*, & nuncupata פתח תקוה *Pètach tikuà*, *Porta spei*, vt dicitur in fine huius Epistolæ impressæ Basileæ cum alijs Opusculis compilatis à R. Ioseph de Candia in suo תעלמות חכמה *Taalamòth chochmà*, anno 389. Chr. 1629. pag. 104. in 4. Scripsit -

8 פירוש על פרקי אבוקרט *Perùsc al pirkè Aukràt*, *Commentarios in Aphorismos Hippocratis*, secundùm doctrinam Galeni Medicorum Principis, diuisos in 25. particulas seù Tractatus. Excus. Bononię apud Platonem impensa Benedicti Hectoris anno Domini 1489. in 8. cuius exemplar asseruatur in Biblioth. Vaticana inter Codd. impressos sub nu. 8752. Iterum excus. Basileæ apud Henricum Petri 1579. in 8. Accedit locorum quorundam apud Galenum sibi ipsis contradicentium castigatio, & notatio, quæ Hebraicè habentur inter Codd. Hebr. mmssc. Biblioth. Vrbinat. apud Vatic. n. 51. cum hoc tit. ס׳ על הרפואה *Sèpher al harrephuà* וכמה פרקים בקצות ספקות המתחדשות לדברי גאלינו׃ Incipiunt pag. 146. Papyr. in 4. Particula autem 19. De Balneis, quam ipse à Galeno excerpsit, extat pagina 438. Operis Veneti de Balneis, in folio.

9 ומשיב לאגרות שבאו אליו מכמה מקומות׳ *Vmsciu leigharòth scebàu elàu miccamà mekomòth*, *Respondit ad plurimas Epistolas, quæ ex diuersis mundi partibus ad eum missa fuerant*. Hæ in libellum redactæ sunt sub titulo -

אגרות לחמאור הגדול הנר המערבי מרנא ורבנא רבינו משה המימוני זצ״ל שבאו אליו ממזרח וממערב מצפון ומים וכו׳׃

Tibbòn vertit in Hebraicam, vt in Proœmio ipsemet dicit; & ab Auctore *Iuchassìn* pag. 131. b. vocantur פרקי משה *Pirkè Moscè*, *Capitula Mosis*. Extant mmssc. in Biblioth. Vaticana Pergam. in fol. Et ibid. Papyr. in 4. Postremò ex Arabica in linguam Latinam fuerunt translata ab Eduardo Pocockio in *Porta Mosis*.

6 Quinque annis post scriptum מורה *Morè* scripsit -

אגרת תחיית המתים *Ighèreth Techijàth hammethìm*, *Epistolam viuificationis mortuorum*, hoc est *De resurrectione mortuorum*, lingua Arabica, quam in Hebraicam vertit prædictus *R. Samuel Abèn Tibbòn*, vt dicitur in Codice antiquissimo Collegij Romani Neophytorum, & non R. Iudas Abèn Tibbòn, vt habet Hottingerus Buxtorfij Simia in sua Biblioth. Or. Hebr. Class. III. Tit. *De Resurrectione*. Habes etiam msc. in Bibliotheca Vatic. sub num. 175. Pergam. & Papyr. simul in fol. & 251. ac 401. Papyr. in 4. Et inter Codices mmssc. Latinos eandem reperies ad nu. 4273. *Fl. Mitridate* Interprete (qui eam ad Picum Mirandulæ Principem transmisit) in fol. Papyr. Excusa pluriès fuit diuersis in locis, præsertim Venetijs apud Io. de Gara anno 361. min. supput. Christi 1601. in 4. item Hanouiæ, & Basileæ cum alijs Opusculis collectis à R. Ioseph deCandia anno שפ״ט 389. Christi 1629. & nuper Amstelodami cum *Sèpher Hammitzuòth* huiusce Auctoris *Rambàm* apud Iosephum Atiàsc anno 420. Chr. 1660. in 4. Scripsit -

7 אגרת תימן *Ighèreth Themàn*, *Epistolam Meridionalem &c.* de qua vide quid dixerim n. 3. in *Sèpher hammitzuòth* hu-

dum Grim. anno 1518. in 4. In Biblioth. Vatic. reperitur inter Codd. Latinos impressos sub num. 8974. pagina 102. Scripsit -

13 ס׳ ההגיון *Sèpher Hahigaiòn*, *Liber Logices:* diuisit in 14. שערים *Sciaarim Portas*, veluti Capitula. Reperitur msc. in Biblioth. Vatic. sub num. 349. Papyr. in 4. Sub num. verò 216. & 283. habetur Compendium Logices eiusdem ex Arabico in Hebraicum translatum à *R. Mose Ben Salomonis Abèn Tibbòn*, Papyr. in folio sub nomine מלאכת ההגיון *Melèchetb hahigaiòn*, *Opus Logicale*. Simile Compendium inuenitur msc. inter Codd. Hebraicos Bibliothecæ Abbatiæ S. Pudentianæ nostri Ord. Cistercien. & Congregat. S. Bernardi. Cod. Papyr. sub num. 8. in 4. pag. 126. vbi dicitur compositum fuisse à *R. Mose Ben Maiemòn* lingua Arabica, sed in Hebraicam linguam quisnam verterit, non indicatur; diuiditur pariter in 14. Portas vt suprà. Aliud *Compendium Logices* eiusdem Auctoris excusum fuit cum titulo -

מלות ההגיון שחבר הרמב״ם עם שני פירושים נדפס בויניציאה שנת ש״י לפ״ק:

Millòth hahigaiòn, *Dictiones Logica*, siuè Logica R. Mosis Bar Maiemonis cum duobus Commentarijs Anonymi. Impressa Venetijs per Danielem Ben Cornelij Adil-kind apud Marcum Antonium Iustinianum anno 310. Christi 1550. in 4. & secundò Cremonæ apud Vincentium Conti anno 5260. Christi 1500. in 4.

Insuper in præfato Cod. nostri parui Musæi Hebraici, in quo nonnulla alia Opuscula diuersi argumenti continentur, in ipsa prima pagina Codicis reperitur קיצור דיאהליקטיקא *Kitzùr Dialektikà*, *Bre-*

Igheròth lehammaòr haggadòl &c. Epistola ad Luminare illud magnum, ad Lucernam Occidentalem, ad Doctorem, & Rabbinum nostrum Mosen Maijmonidem fausta mem. missa ex quatuor mundi partibus, &c. Impressæ primò fuerunt Constantinopoli sub Selimo Sultano anno mundi ע״רח 282. min. supp. Chr. 1522. cum alijs Opusculis, in fol. deinde Venetijs anno ר״שד 304. min. supput. Chr. 1544. apud Cornelium אדיל קינד Adelkind per Ioannem de פארי *Phari*, & fratrem eius librorum Impressores, in 8. Harum nonnullæ exscriptæ sunt in Appendice Epistolarum, in fine Institutionis Epistolaris Hebraicæ Ioannis Buxtorfij. Scripsit quoque -

דברי מוסר *Diurè musàr*, *Verba eruditionis*, וצוואה *Vetzauàh*, *& Testamentum*, quod condiderat pro herede vnico filio suo Abrahamo. In eo quamplurima documenta moralia continentur. Habetur impressum in principio suprà recensitarum Epistolarum, & msc. in Biblioth. Vatic. num. 417. fol. partim charta, partim membrana.

11 Respondit ad diuersas שאלות *Sceelòth Petitiones*, & *Quæstiones* à diuersis Rabbinis sibi propositas. Fuerunt impressæ Constantinopoli vt suprà in fol. & reperiuntur etiam in fine dictarum Epistolarum Venet. editarum apud Marcum Antonium Iustinianum an. 5305. Christi 1545. in 8. editionis secundæ. Scripsit -

12 הנהגת הבריאות *Hanahagàth habberiùth*, *De regimine sanitatis* ad Soldanum Babyloniæ Regem, hoc est Ægypti in quinque Tractatus diuisum librum vnum. Latinè redditum, & excusum Augustæ Vindelicorum apud Sigismun-


Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton,
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum,
Cesare, Camestres, Festino, Barocco, Darapti,
Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

Hinc percipies, huiusmodi Logicales Summulas non esse admodum antiquas, cùm ex stylo, eas ex Latinis Codicibus ab aliquo esse compilatas, dignoscatur: scripturam etiam eam non esse antiquiorem vltra 228. annos: nam licèt annus, quo Summulæ istæ scriptæ sunt, non designetur, attamen in aliquibus Opusculis, quibus totus huiusmodi Codex eadem manu scriptus est, annus appositus reperiatur, vti pag. 81. b. in fine Tractatus Meteorologicorum, vbi sic legitur -

נשלם מאמר הרביעי ונשלם ספר אותות השמים לאריסטו הפילוסוף שהעתיקו שמואל בן תבון מלשון הגרי אל לשון עברי על ידי מרדכי בכ״מר דניאל הרופא ישר״א י״ט בטבת שנת יראו״ה אל אלהים בציון ׃

Finis Tractatus quarti ac totius libri אותות השמים *Othòth hasciamàim, Signorum Cælestium* (sic Meteora vocant) *Aristotelis Philosophi, quem transtulit Samuel Ben Tibbòn è lingua Hagarenica in linguam Hebræam per manus Mordochài Ben R. Danielis Medici, viuat annis multis, & bonis. Amen, 19. Teuèth anno* יראו״ה *videbitur Deus Deorum in Sion*. Psal. 84. 8. id est 216. min. supp. Chr. 1456. Neque Breuiarium illud Dialecticum referendum est ad R. Samuelem Abèn Tibbòn, quasi ex eadem lingua Hagarenica ab ipso translatum antiquitatem illius supra quingentos annos astruere vellet: nam Opuscula in prænotato nostro Codice relata non sunt eiusdem Auctoris, aut

Breuiarium Dialecticum, quod vulgò Summulas vocant, & est totius Logicæ compendium, in quo ea, quæ ad tres Intellectus operationes spectant, nempè termini, propositiones, & discursus breuiter explicantur, secundùm normam, & methodum traditam à recentioribus Summulistis. Sic pag. 3. habes figuram oppositarum propositionum sub trito illo exemplo -



Quin & pagina 16. nouemdecim efformandorum syllogismorum modi recensentur, & ijsdem prorsùs nominibus nuncupantur Hebraicè, quibus & Latinè, videlicet -

בארבארא שילארינט דריאיי פיריאו
Ferio Darij Celarent Barbara

באראליפטו שילאנטיש ראביטיש
Dabitis Celantes Baralipto

פאפישמו פרישישומורום ׃
Frisesomorum Fapesmo

שישארי קאמפישטריש פישטינו בארוקו ׃
Barocco Festino Campestres Cesare

דארפטי
Darapti

פילאפטון דישאמיש דאטישי בוקארדו
Bocardo Datisi Disamis Felapton

פירישאון
Ferison.

Dei &c. quæ in Bullario eiuſdem Pontificis reperitur num. 144.

Cæterùm hæc Epiſtola ad Iudæos Maſſilienſes extat mſc. in paruo Muſæo noſtro Hebraico Cod. notato num. 8. pag. 143. in 4. Papyr. Fuit poſtea in linguam Latinam conuerſa à Ioanne Iſaaco Leuita, & edita cum Notis, Coloniæ anno 1555. per Iacobum Soterem. Eandem reperies Hebraicè apud Buxtorf. de conſcribendis Epiſtolis Hebraicis, in Appendice numero 20. Inſuper ſcripſit -

15 שלשה עשר עקרי הדת משה *Sceloſcià aſàr ikarè baddàth Moſcè*, *Tredecim articulos Legis Moſis*. Hi reperiuntur mſc. cum expoſitione Anonymi in Biblioth. Vaticana ſub num. 416. Pergam. in 4. Impreſſi verò fuerunt Hebraicè Iſnę in Germania 1540. Scripſit -

16 ידיעת יהוה *Iediàth Adonài*, ſeù חשם *Haſcèm*, *Cognitio Dei*. Tractat de cognoſcendo Deo, & quomodo per creaturas ad Dei cognitionem peruenire poſſimus. Extat mſc. in Biblioth. Vaticana ſub num. 251. Papyr. in 4. Miſit -

17 אגרת אל דיין אלסכנדריא רבי פינחס ב״ר משולם: *Ighèreth el Daijàn Aleſcandria R. Pinchàs BeRabbì Meſciullàm*, *Epiſtolam ad Iudicem Alexandriæ R. Phinees Ben R. Meſciullàm*. In qua ſe purgat à diuerſis calumnijs ſibi impoſitis, quod contra ritus Iudaicos docuerit voce, & ſcripto; ita vt neceſſe fuerit oſtendere loca vtriuſque Talmudis, ex quibus eius doctrina in libro ſuo הי״ד *Haijàd* tradita deſumpta fuerit. Epiſtola valdè prolixa eſt, & inter alias אגרות להמאור הגדול וכו׳ *Epiſtolas ad luminare maius &c.* miſſas Venetijs, editas anno ד״ש 304. Chr. 1544. pag. 28. reperitur; eandem habes in

Ap-

aut Interpretis, ſed hinc inde à Mardochæo Ben Danielis collecta, & in vnicum Volumen redacta non faciunt argumentum eiuſdem temporis, aut antiquitatis. Sed ad noſtrum *Rambàm*. Scripſit etiam *Rambàm* -

14 אגרת לחכמי לוניר ולהכמי צרפת שבמונפיליר מעניין סבוב הגלגל וגזרת הככבים:

Ighèreth Epiſtolam directam ad Sapientes Lunir, *ad Sapientes Gallos habitantes Montempeſſulanum de Orbium motu*, *& Stellarum decretis*. Reperitur mſc. in Biblioth. Vaticana Papyr. in fol. Aliam conſimilem miſit -

אגרת לחכמי מדינת מרשיליאה נג״ד האשטגנות:
Ighèreth lechachamè Medinàt Marſilià nèghed haaſtaghanùth, *Epiſtolam ad Sapientes Vrbis Maſſiliæ contra Aſtrologiam Iudiciariam*. Initio quidem mirificè laudat illam partem Aſtrologiæ, quę propriè Aſtronomia dicitur, & doctè diſſerit de illius vtilitate, motuum Planetarum, & Eclypſium veritate, & certitudine. Damnat autem eam partem, quam Iudiciariam appellat, & de qua Iſai. 44. 25. ait: *Irrita faciens ſigna diuinorum, & ariolos in furorem vertens*: & Moſes Deuter. 4. 19. *Ne fortè eleuatis oculis ad Cælum videas Solem, & Lunam, & omnia Aſtra Cæli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub Cælo ſunt*. Hæc autem epiſtola valdè conuenit cum ſuperiore; & quæ in vtraque contra Aſtrologiam Iudiciariam dicuntur, approbata fuerunt à Summis Pontificibus noſtris, ſpecialiter à Sixto V. Conſtitutione incip. *Cæli, & terræ Creator &c.* quæ habetur in Bullar. Tom. 2. Conſt. 17. & ab Vrbano VIII. Conſtit. incip. *Inſcrutabilis Iudiciorum*

(Talmude) *& præter ea exponam eas, & opinabor opinabilibus argumentis, quæ erunt pulchriora* (practicabiliora) *verificatione, adducamq; probationem ex verbis ipsorum. Etiam manifestabo, quæ erunt intelligenda literaliter, & quæ parabolicè; & quæ visa sunt per somniū, narrantur verò prolixè narratione commixta, acsi fuissent visa ab aliquo expergefacto. Et in eodem libro declarabo tibi quamplurimas veritates, ibique explanabo omnia quæ dedi tibi. Ex istis paucis fundamentis comparare reliqua* (poteris) *&c.*

Lingua Arabica, & charactere Arabico mihi non contigit vidisse aliqua ipsius opera scriptis exarata. Certè Pocockius dissertationes aliquot à nostro R. Mose Maimonide suis in varias Miscnaijòth partes Commentarijs præmissas, Arabicè prout ab ipso Auctore conscriptæ sunt primùm Latinas edidit, characteribus Arabicis deficientibus Hebraicis vsus est, hoc ordine. Nempè pro

ا ب غ ج د ذ ه و ز ح ط ظ ى

א ב ג ד דׂ ה ו ז ח ט טׂ י

ك ل م ن س ع ف ص ض ق ر

כ ל מ נ ס ע פ צ צׂ ק ר

ش ت ث

ש ת תׂ

Dissertationes autem à Pocockio latinè redditæ sunt.

Præfatio in *Sèder Zeraim*, in qua totius Operis Miscnici redditur ratio.

Eiusdem R. Mosis Maiemonidis in *Pèrek Chèlek*, seù Cap. 10. Cod. *Sanhedrìn* Præfatio, in qua de Religionis Iudaicæ fundamentis distinctè agitur.

Eiusdem octo Capitula Commentario Appendice Epistolarum Buxtorf. nu. 6. Videnda in Institutione Epistolari Hebraica eiusdem pag. 381. Scripsit

18 ספר הסיבות *Sèpher hassibbòth, Librum de causis*. Extat msc. in Biblioth. Vatic. sub num. 351. Papyr. in 4.

19 Epistolam autem nuncupatam מגלה עמוקות *Meghallè amukòth, Reuelans profunda*, Tit. ex Iob. 12. 22. & aliam

20 אגרת השמד *Ighèreth hasciamèd, Epistolam persecutionis*. Eas non vidi, sed Titulos habui ex Appendice Buxtorf. F. ad Biblioth. Rabbinicam patris.

Alia quamplurima videtur scripsisse *Bar Maiemòn* in vtraque lingua Arabica, & Hebraica, quæ ignota sunt nobis. De eo siquidem sic ait *Iuchassìn* pagina 131. b. וספרי הרמב״ם אין חקר *Librorum autem Harrambàm non est peruestigatio*. hoc est propter illorum multitudinem numerus sciri non potest. Equidem ipse *Rambàm* in Commentarijs ad cap. 10. חלק *Chèlek* Cod. *Sanhedrìn* in *Miscnà* pag. 37. col. 4. longè ante finem editionis Venetæ apud Ioannem Zanetum in fol. promittit se compositurū librum (vtique magnæ molis) in quo explicarentur omnia dicta hyperbolica, quæ in Ghemarà reperiuntur. Verba illius sunt

ועוד אחבר חבור אקבץ בו כל הדרשות הנמצאים בגמרא וזולתו ואבארם ואסבור בהם סבורות שיהיו נאותים לאמתת העניינים ואביא ראיה מדבריהם גם כן ואגלה מה שהוא מן הדרשות דרך פשטם ואשר מהם משל ואשר מהם היות בחלום וזכרו אותו במאמר פשוט מוחלט כאלו היה בהקיץ ובאותו החבור אבאר לך אמונות רבות ושם אבאר כל הדברים. אשר נתתי לך מהם מדברי אלה העקרים מעט תקיש מהם וכו׳ :

Ampliùs componam compositionem (libri) *in quo colligam omnes expositiones allegoricas, quæ inueniuntur in Ghemarà*

rio ſuo in *Pirkè Avòth* præmiſſa.

Eiuſdem Præfatio in *Sèder Kodaſcim*.

Eiuſdem in *Sèder Tahoròth* Præfatio.

Eiuſdem in Cod. *Menachòth* Præfatio, poſt Notarum Appendicem. Excuſæ fuerunt Oxoniæ anno Dom. 1655. in 4.

Denique nonnulli errores huic Hebræorum magno Rabbino attributi fuerunt, quos recenſet Eymer. in direct. Inquiſit. Par. 2. quæſt. 4.

Poſtremò, notanda eſt differentia inter משה רבינו *Moſcè Rabbènu*, & רבינו משה *Rabbènu Moſcè*: nam primum notat Moſen Legiſlatorem; & ſecundum ſignificat Moſen Bar Maijemon. De quo hæc ſatis ſint.

א' רכ"ד **ר' משה מכות** כמו שאמר פלאנטאוויניו חבר חדושי על מסכת מכות ונדפס בקוסטאנטינה שנת ש"ב: בשמינית:

1224 R. MOSES MACCO'TH, ſecundùm quod ait Plantauitius in ſua Bibliotheca Rabbinica num. 187. ſcripſit quaſdam nouellas Explanationes ſuper Tractatum Talmudicum מכות *Maccòth* de plagis inferendis ijs, qui non admodum grauiter peccant. Excuſ. Conſtantinopoli an. 302. Chr. 1542. in 8.

א' רכ"ה **ר' משה ן' מכיר** חבר סדר היום והוא פי' על התפילות כלול על' סודי החכמה והולך פרדס ר"ל פשט רמז דרש סוד וזה המחבר היה ראש ישיבה על עין זיתון סמכות צפת נדפס בויניציאה שנת השמ"ט, על ידי רבינו זכינו:

1225 R. MOSES ABE'N מכיר MECHI'R Princeps Academiæ Oppidi *En Zaithùn* ex *Saphèth* compoſuit librum cum titulo -

סדר היום *Sèder haijòm, Ordo diei*. Eſt

Quòd per peccatum indignus reddatur homo vocari populus, aut filius Dei, nisi per pœnitentiam ad eum reuertatur, libenter admittimus; exemplum enim habemus in Euangelio apud Lucam 15. v. 19. *Iam non sum dignus vocari filius tuus.* Sed quòd literæ in tabulis insculptæ se ipsas, & Mosem quoque portassent, & ad aspectum Vituli auolassent, & tabulis lapideis pondus restituissent, sunt Rabbinorum fabulosa commenta. Scriptura disertè ostendit Exod. 32. ver. 19. Mosen excanduisse ad aspectum Vituli, & populi choraizantis, proiecisse tabulas, easque sub ipso monte confregisse: ויחר אף משה וישלך מידו את הלוחות וישבר אתם תחת ההר : *Et excanduit furor Mosis, & iecit è manibus suis tabulas, & confregit eas sub monte.* In *Scemòth Rabbà* pag. 160. col. 2. circa princip. alia causa assignatur, cùr Moses fregerit tabulas: nimirum vt fieret reus, & posset maiori fiducia orare pro Israëlitis, cùm & ipse reus esset fractionis tabularum -

ראה שאין לישראל עמיד׳ וחבר נפשו עמהם ושבר את הלוחות ואמר להקב״ה הם חטאו ואני חטאתי ששברתי הלוחות אם מוחל אתה להם אף לי מחול שנ׳ (שמו׳ לב״ : לב) ועתה אם תשא חטאתם כן לחטאת, מחול ואם אין אתה מוחל להם אל תמחול לי אלא מחני נא מספרך אשר כתבת :

Vidit (Moses) *quòd nulla esset subsisten-*

An Legis Tabulas lapideas fregerit Moses?

§. XXV.

Exodi 32. 7. & seq. Deuter. 9. ver. 11. & seqq. R. Elièzer cap. 45. pag. 41. col. 2. hoc opus Vituli refert, & inter alia hæc habet -

אמר הקב״ה למשה משה שכחו ישראל את כח גבורתי שעשיתי עמהם במצרים ובים סוף ועשו להם ע״ז שנאמ׳ (שמות לב״ : ז׳) לך רד כי שחת עמך : אמר לו למשה לך רד מגדולתך : אמר משה לפניו רבנו של עולם עד שלא חטאו לפניך היית קורא אותם עמי שנאמ׳ (שמות ז׳ : ד׳) והוצאתי את צבאותי את עמי ועכשו שחטאו לפניך אתה אומר לי לך רד כי שחת עמך עמך ונחלתך הם שנ׳ (א׳ מלכים ח׳ : נ״א) והם עמך ונחלתך : לקח משה את הלוחות והיה יורד והיו הכתובים סובלין את עצמן ואת משה עמן וכשראו את התופים ואת המחולות ואת העגל ברחו הכתובים ופרחו מן הלוחות ונמצאו כבדין ע״י משה ולא יכול משה לסבול את עצמו ולא את הלוחות והשליכן מידיו ונשתברו שנאמ׳ (שמות לב׳ : יט״) וישבר אותם תחת ההר :

Dixit Deus sanctus bened. Mosi: Obliti sunt, ò Moses, Israëlitæ roboris fortitudinis meæ, quam exercui cum eis in Aegypto, & in mari rubro, & fecerunt sibi Idolum, S. D. (Exod. 32. 7.) Vade, descende, quia corrupit populus tuus. *Dixit ad ipsum Mosen: Vade, descende ex magnificentia tua. Dixit Moses coram eo: Domine mundi, cùm nondum peccauerant coram te, vocaueras illos*, Populum meum, *S. D.* (Exod. 7. v. 4.) Et educam exercitus meos, populum meum. *Nunc verò quia peccauerunt coram te; dicis mihi:* Vade, descende, quia corrupit populus tuus. *Sunt populus tuus, & hereditas tua, S. D.* (1. Reg. 8. 51.) Quia populus tuus, & hereditas tua sunt ipsi. *Accepit*

ad Ægyptiorum Idola retinebant, & colebant. Vnde volunt, Vitulum non à Iudæis, ſed ab hac vulgi colluuie Gentilium expetitum, & factum fuiſſe. Hæc ſunt verba *Scemòth Rabbà* -

וחם חם שעשו את העגל שהיו עמו והם עשו אותו וגרמו לעמי לחטא : ראה מה כתיב אלה אלהינו אין כתיב כאן אלא אלה אלהיך שהגרים שעלו עם משה הם שעשוהו ואמרו לישראל אלה אלהיך לכך הקב״ה אמר למשה לך רד כי שחת עמך :

Et iſti, iſti (inquam) *fecerunt Vitulum, quia colebant Idololatriam, & iſti fecerunt* (Vitulum) *& in cauſa fuerunt, vt populus peccaret. Vide quid ſcriptum ſit* (Exodi 32. 4.) Iſti ſunt Dij noſtri, *non eſt ſcriptum hic; ſed* Iſti ſunt Dij tui. (vt oſtendat) *quòd proſelyti, qui cum Moſe aſcenderant, ipſi fecerunt illum* (Vitulum) *& dixerunt Iſraëli:* Iſti ſunt Dij tui: *idcircò Deus ſanctus benedictus dixit Moſi* (Ibid. ver. 7.) Vade, deſcende, quia corrupit populus tuus, &c.

Vt excuſent populum Iſraëliticum ab Idololatria Vituli, hoc effugium inuenerunt Rabbini. Sed ſatis clarè ex textu conuincitur, vniuerſum populum concurriſſe ad efformationem Vituli, cùm omnes abrupiſſent inaures aureas, & Aharoni attuliſſent Exod. 32. 3. Neque à flagitio Idololatriæ excuſantur, quòd non populus, ſed Aharon Vitulum fecerit: nam Aharon ideò hoc fecit, quia à populo ſolicitatus fuit. Neque Aharón à culpa liberatur propter excuſationem, quam ipſe affert Exod. cit. c. v. 24. abruptum aurum à populo acceptum proieciſſe in ignem, & inde egreſſum fuiſſe Vitulum: quia rei illicitæ operam dare omninò non debebat. Rabbini autem impijſſimi in Deum culpam refundere non verentur; aiunt enim virſtentia Iſraëlitis, coniunxit ſe cum eis, *& fregit tabulas, dixitque ad Deum ſanctum benedictum: Ipſi peccauerunt, & ego peccaui, & fregi tabulas: Si peperceris eis, etiam mihi propitius eſto. S. D.* (Exodi 32. 32.) Et nunc ſi auferes peccatum eorum, etiam & mihi parce, qui tabulas fregi; & ſi non peperceris eis, ne parcas & mihi, ſed dele me nunc de libro tuo, quem ſcripſiſti,] Malitioſum faciunt Moſen, & præſumptuoſum, quòd ſub ſpe veniæ tam grande peccatum commiſerit frangendo tabulas digito Dei ſcriptas. Id de Viro Sancto Moſe non eſt aſſerendum. Illud autem quod protulit: *Dele me de libro vitæ*; dixit ex confidentia, & familiaritate Diuina, & more loquendi humano, non autem quòd poſſet deleri de libro vitæ. Et hoc eſt, quod Deus illi dicit: *Qui peccauerit, delebo eum de libro meo*, hoc eſt ſecundùm præſentem iuſtitiam; qui enim peccant dicuntur deleri de libro vitæ, quia delentur de gratia, & ad culpam tranſeunt ſine præiudicio Diuinæ iuſtitiæ, quæ omnia ſcit, nec vnquam mutatur.

Vitulus in deſerto non eſt factus ab Hebræis, ſed à Gentilibus.

§. XXVI.

IN *Scemòth Rabbà Paraſcià* 42. ſect. כי תשא pag. 157. col. 1. circa med. alloquitur Moſen Deus, eumque reprehendit, quòd inter Iſraëlitas dum eſſet in Ægypto, voluerit vulgi multitudinem ſecum recipere innumerabilem, quæ cum eiſdem aſcenderet (Exodi 12. 30.) illi enim licèt proſelyti, attamen affectū

cerit Israëlitas, S. D. (Isai. 1. v. 3.) Cognouit bos possessorem suum. *Intuiti sunt eum* (Vitulum) *omnes Israëlitæ, osculati sunt eum, incuruauerunt se coram eo, & eidem sacrificauerunt*. Cùm opus Dęmonis fuerit, credibile est, eiusdem opera boasse, & etiam comedisse, iuxta illud Ps. 106. 20. *Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem* שור *Bouis, comedentis herbam*.

Cuiusnam magnitudinis, & auri ponderis esset huiusmodi Vitulus?

§. XXVII.

Qvi dicunt, eum fuisse magnitudinis Bouis comedentis fœnum, eundem proceræ fuisse staturæ necessariò dicere debent, & ponderis maximi. Qui autem volunt pondus huius Vituli esse 125. centenariorū, secundùm quod habet *R. Tanchùm* in *Scemòth Rabbà Parascià* 42. p. 157. col. 2. circa fin. eum paruā habuisse staturam, & minimi ponderis fuisse asserendum est. Quid in loco citato dicat *R. Tanchùm*, audi.

ר׳ תנחום בר חנילאי אמר קכ״ה קנטרין של זהב היה בעגל מנין מסכה מ׳ ארבעים ס׳ ששים כ׳ עשרים ה׳ חמשה :

R. Tanchùm Bar Chaghilài dixit: 125. Kenterin Centenariorum aureorum erat Vituli pondus secundùm numerum מסכ״ה מ׳ 40. ס׳ 60. כ׳ 20. & ה׳ 5. numerant omnes 125. Centenaria, quæ à R. Salomone vocantur קנטרקון *Kontarkòn*, & minimi ponderis, ac valoris constituuntur in suo libro הפרדס *Happardès* referente R. Ghedaliàh Abèn Iachijà his verbis.

tute nominis Dei *Scem hammephoràsc* esformatum fuisse Vitulum. Nam cùm noluissent mulieres tradere maritis inaures suas, Viri, qui & more Ægyptiorum inaures portabant, auulserunt sibi inaures, quæ erant in auribus suis, & tradiderunt Aharoni: vti in *Pirkè Elièzer* legitur *Pèrek* 45. p. 41. col. 2. circa med.

שנאמר (שמות לב׳׳ : ב׳) ויתפרקו כל העם את נזמי הזהב אשר באזניהם אשר באזני נשיהם אין כתיב כאן אלא אשר באזניהם ומצא אהרן בין הנזמי׳ בין של זהב שכתוב עליו שם המפש וחרות עליו צורת עגל ואותו לבדו השליך בכור של אש שנאמר (שמות לב׳׳ : כ״ד) ויתנו לי ואשליכם באש אין כתיב כאן אלא ואשליכהו באש ויצא העגל הורה געה וראו אותו ישראל :

S. D. (Exodi 32. 2.) Et abruperunt omnis populus inaures auri, quæ erant in auribus suis: *quæ erant* in auribus mulierum eorum *non est scriptum hic, sed in* auribus suis, *& inuenit Aharon inter inaures aureas Vnā, cui inscriptum erat nomen Sanctum* (Dei) *eique insculpta erat figura Vituli, atque istam tantùm proiecit in ollam ignitam*, S. D. (Exod. 32. 24.) Et dederunt mihi, & proieci eas (inaures) in ignem *non est scriptum hic; sed* proieci illud (nomen) in ignem; & egressus est Vitulus *hic mugiens, & intuiti sunt Israëlitæ*. Aniles fabulæ sunt istæ, blasphemæ in nomen sanctum Dei, & impietate plenæ. Sed quomodo eiuscemodi Vitulus boarit, explicatur statim ab eodem R. Elièzer, citante R. Iehudà:

ר׳ יהודה אומר סמאל נכנס לתוכו והיה גועה להתעות את ישראל שנאמ׳ (ישעיה א׳ : ג׳) ידע שור קונהו וראו אותו כל ישראל ונשקוהו והשתחוו לו וזבחו לו :

R. Iehudà dicit: Samaèl ingressus est in illum (Vitulum) *& boabat, vt sedu-*

כסף הפדיון שות ל׳ זוז שהוא ה׳ סלעים : סלע ד׳ דינרין : דינר ו׳ מעות : מעת ב׳ פנדיונים ׃ פנדיון ב׳ אסרים : איסר ב׳ מוסימוכין : מוסימוס ב׳ קונטרקין קונטרקין ב׳ פרוטות ׃ פרוטה חצי שעורת כסף : זוז היא הפרוטה שאמרו ח״ול שהיה א׳ משמנת לאיסר האיטלקי :

Argentum Padiòn valet 30. *Zuz, siuè* 5. *Selaìm: Selàa valet* 4. *denarios; Denarius valet* 6. *Maahòth; Maàhà valet duo Pondionìm; Pondiòn duo Issarìm; Issàr Assarium valet* 2. *Mosimosìn* 2. *Semisses; Mosimos Semissis valet* 2. *Kontarkòn Centenaria; Kontarkòn valet* 2. *Perutòth duos Nummos; Perutà Nummus, seù Obolus est dimidij grani argenti. Et hæc est Perutà, de qua dicunt RR. b. m. valere octauam partem Assarij Italici.* Hinc colligere possumus valorem *Kentinàr Centenarij*: nam cùm Perutà sit minima moneta continens valorem dimidij grani hordei, & Kentenàr contineat valorem duarum פרוטות *Perutòth*, liquet profectò quòd valor Centenarij sit vnius grani hordei; & cùm valor Vituli ascendat ad valorem 125. Centenariorum, eius valor ad totidem numerum ascendet, nimirum ad valorem 125. granorum hordei, quæ grana, siuè argentea, siuè aurea statuantur minimæ quantitatis, & valoris esse dignoscuntur; ita vt Vitulus præfatus ad pondus, & valorem auri Hungarici secundùm sententiam R. Tanchùm Bar Chaghilài vix attingat. Quod quidem incredibile est, tam paruum Vitulum fuisse efformatum, vt in capite hastæ, aut in sublimi perticæ erectus visum fugeret. Adde, quòd probatio ponderis Vituli fusilis à R. Tanchùm exhibita est Cabalistica, ideòque inanis, & nullius

valoris, quæ dignoscitur ex instabilitate artis Cabalisticæ: nam R. Leui nomine R. Chamà Bar Chaninà eodem loco citato, dicit pondus Vituli conflatilis fuisse:

קֹ״ךְ קנטרין מנין מסֹ״ך שהוא מעבר ה׳ :

120. *Centenariorum secundùm numerum* מ׳ס׳ך, *sed iste prætermittit literam* ה׳. Ratio, aut mysterium, cur in hoc loco prętermittatur litera *He*, & à R. Tanchùm numeretur, assignetur ab ijs, qui hanc artem Cabalisticam extollunt: nos aliam rationem assignare non possumus, nisi leuitatem, & inconstantiam artis Cabalisticæ, & illorum, qui eam exercent.

Cur Moses Vitulum comminuerit, & bibendum propinauerit Israëli?

§. XXVIII.

RAbbì Elièzer in suis *Perakim* cap. 45. pag. 41. col. 3. circa medium de Mose sic ait -

ראה משה ששבט לוי נשתתף עמהם מיד נתחזק ונתגב׳ ולקח את העגל ושרפו באש וכתתו כעפר הארץ והשליך את עפרו על פני המים שנאמ׳ (שמות ל״ב : כ׳) ויקח את העגל אשר עשו ותיה משקה לישראל וכל מי שחית נושק את העגל בכל לבו היו שפתיו נעשות של זהב ושבט לוי היו הורגין אותו עד שנפלו מישראל כשלשת אלפי איש :

Vidit Moses (quòd Tribus Leui non se sociauerat cum ijs, qui opus Vituli patrauerant) illicò se illi adiunxit, generosè, & fortitèr se gerens: arripuit Vitulum, igne combussit, ac veluti puluerem terræ comminuit, & proiecit puluerem eius super faciem aquarum, S. D. (Exodi 32. 20.) Et cępit Vitulum quem fecerant, & potum dedit Israëli. *Quicumque autem ex toto corde suo osculatus fuerat Vitulum, fiebant labia eius aurea, & Tribus Leui in-*

latitudo, totidemque altitudo illius. Sex autem spithamæ constituunt vnum cubitum. Vnde Tabulæ (Decalogi) *erant sex spithamarum quaquauersum, earumq; densitas trium spithamarum erat, &c.* Quamuis mensura ista Tabularum tàm quoad longitudinem, quàm quoad latitudinem admitteretur; attamen quod dicitur de illarum densitate, videtur sententia Rabbinorum exorbitans: nam trium palmorum crassities Tabularum, ne dum manibus apprehendi, sed nec vlnis contineri potuisset à Mose, & tamen Scriptura Exodi 32. 15. testatur, hasce duas tabulas testimonij fuisse בידו *in manu eius* (Mosis) Sed quid mirum, si in rebus serijs fabulentur Rabbini, cùm sine fabulis nunquam loquantur? Ideoque mirum videri non debet, quando dicunt, hasce Tabulas fuisse scriptas à Deo medio digito suæ dexteræ manus. Vide cap. 48. *Pirkè R. Eliézer* pag. 44. col. 3. circa finem.

De qua autem lapidis materia fuerint Tabulæ Legis? R. Salom. cum communi omnium fere Rabbinorum sententia existimat fuisse ex lapide pretioso nempè ex Sapphiro. Cui tamen sententiæ R. Abèn Ezræ calculum suum non adijcit, dicit enim ad caput 32. ver. 15. Exodi

ואחר שהכתוב מפורש שהיו כתובים משני עבריהם אינם אלה שני האבנים מהאבנים הנזכרים בחשן כי מה שיכתוב מעבר אחד יראה בעבר האחר ואין פי׳ כתובים נראים רק כתובים כי באשר כתב מזה מעבר כן היה כתוב בעבר השני והנה הלוח עב ואין צריך מ״ם וסמ״ך שבלוחות שיעמדו בנס וכו׳ :

Et postquam Scriptura apertè explicat, quòd fuerunt scripta è duobus lateribus, conueniens est existimare, non fuisse hos lapides ex lapidibus pretiosis, qui cōmemorantur in Rationali. Quoniam cùm lapides illi essent

interficiebat illum, adeò vt caderent in Israële quasi tria millia virorum. Prodigiosa miracula imaginantur Rabbini, & fontibus, vt tales dignoscantur, inaurant labia. Sic conficta ab illis miracula vel portentosa, vel ridicula redduntur.

Quod ad Tabularum Mosaicæ Legis formam, seù figuram spectat, R. Salom. ad locum Exodi 31. 18. *Et dedit Mosi &c. duas* לחת *Luchòth Tabulas testimonij.* לחת *Luchòth Tabulas lapideas scriptas digito Dei:* obseruat duas istas voces לוחות *Luchòth Tabularum* esse ambas deficientes vtroque ו *Vau*, & inde colligit שהיו שתיהן שוות *ambas* (Tabulas) *fuisse æquales* forma, & magnitudine. Sed hoc licèt verum sit, coniectura tamen vnde deducitur, friuola est: Quid defectus ו cum æqualitate Tabularum commune habet? R. Abraham Abèn Ezræ ad Exod. cap. 32. ver. 16. dicit

וארכת אמה ורחבת אמה וחצי ואמה קומתה :

Longitudo (Tabularum erat vnius) *cubiti, & latitudo* (earundem vnius) *cubiti, & illarum densitas dimidij cubiti erat.* Ex Talmude acceperunt Rabbini Tabularum Decalogi mensuram, quam Cod. *Bauà Batrà* cap. 1. *Sciophetin* pag. 14. quadratam constituunt. Et eandem descriptam eiusdem mensuræ cum Arca Testamenti, in qua Tabulæ seruabantur, in *En Israèl* Parte II. pag. 75. columna 4. sub num. 21. ijsdem verbis, vti in Talmude reperies, ea enim sunt

תנאי ארון שעשה משה אמתים וחצי ארכו ואמה וחצי רכבו ואמה וחצי קומתו באמה של ו׳ טפחים ותלוחות ארכן ו׳ ורחבן ו׳ ועבין ג׳ וכו׳ :

Est traditio. Arca, quam fecerat Moses, duorum cubitorum cum dimidio erat illius longitudo, & vnius cubiti & semis erat

bendæ: hoc quidem inauditum est commentum, ex *Scemòth Rabbà* pag. 160. col. 2. ante medium.

Insuper dicunt: Legem fuisse datam tantùm Mosi, & semini eius, & non Israëlitis. Vide Par. III. huius Bibliothecæ pag. 531. col. 2. Ibid. pag. 645. col. 2. Describitur etiam statura Mosis, quæ ex dictis Talmudistarum erat Gigantea.

An præter Arcam fœderis, fuerit alia Arca à Mose constructa?

§. XXV.

Rabbì Salom. in Deut. c. 10. 1. illa verba Mosis Dei verba referentis, & iubentis: בעת ההיא *In tempore illo dixit Dominus ad me: Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores: & ascende ad me in montem* ועשית לך ארון עץ *& facies tibi arcam ligni, &c.* hoc modo commentatur.

בעת ההיא לסוף ארבעים יום נתרצה לי ואמר לי פסל לך ואחר כך ועשית ארון ואני עשיתי ארון תחלה שכשאבוא והלוחות בידי היכן אתנם ולא זה הוא ארון שעשה בצלאל שהרי משכן לא נתעסקו בו עד לאחר יום הכפורים כי ברדתו מן ההר צוה להם על מלאכת המשכן ובצלאל עשה משכן תחלה ואחר כך ארון וכלים נמצא זה ארון אחר היה וזהו שהיה יוצא עמהם למלחמה ואותו שעשה בצלאל לא יצא למלחמה אלא בימי עלי:

In tempore illo: post dies 40. placatus est mihi Dominus, & dixit mihi: Dola tibi; deinde: Et facies Arcam. At ego primùm feci Arcam: nam si veniens habuissem in manu mea tabulas, vbinam illas locaturus fuissem? Neque hæc est illa arca, quam fecit Betzalel, quia certè non laboratum est in Tabernaculo, nisi post

essent pellucidi, & diaphani, quod scriptum esset ab vna parte potuisset legi ex parte altera. Neque sensus est, quòd scriptæ essent apparentes, sed tantùm quòd scriptæ essent; nam sicut scriptæ hinc, ita scriptæ erant ex altera parte, quandoquidem tabulæ admodum spissæ erant, ac densæ. Neq; necesse est addere miraculum, quòd literæ ם *Mem, &* ס *Sàmech in aëre pendula existerent, &c.* Itaq; improbare videtur, quòd tabulæ fuerint ex lapide pretioso, licèt R. Sal. ex Sapphiro eas fuisse autumet, vt notauimus suprà §. 21. ex quarum ramentis Moses factus sit diues, ex *Scemòth Rabbà* pag. 160. col. 2. & ex Cod. *Nedarim* pag. 38. propè principium, dicitur.

אמר ר' חמא בר חנינא לא העשיר משה אלא מפסולתן של לוחות שנאמר (דברים י׳: א׳:) פסול לך שני לוחות אבנים כראשונים פסולתן שלך יהא:

Dixit R. Chamà Bar Chaninà: Non ditatus est Moses nisi ex scalptura tabularum, S. D. (Deuter. 10. 1.) Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores: *illarum ramenta tua erunt.* Probandum erat, duas priores tabulas fuisse ex lapide pretioso, & quòd Deus ramenta, & illarũ quisquilias Mosi dedisset: at cùm vtrumque non probetur, testimonium R. Chamà nihil probat. Quod autem dicunt, ex solio Dei excisas fuisse huiusmodi tabulas, mysticum sensum exposcit, & alienum à litera. Tamen quod addunt, doluisse Mosen se fregisse tabulas, dixisseque ei Deum, ne solicitus esset de tabulis fractis, quoniam in eis non fuerant scripta nisi tantùm decem verba: in tabulis verò secundis non tantùm decem verba, sed & הלכות מדרשות ואגדות *Halachòth, Lectiones Talmudicæ; Midrasciòth Expositiones narratiuæ; & Agadòth Expositiones mysticæ* forent scri-

neri debere.

Sed quid dicunt Talmudistæ de Manna, quod propter meritum Mosis datum fuit Israëli? In *Vaijkrà Rabbà* pagina 197. col. 2.

De Manna dicunt, omnium generum ciborum habuisse saporem.

§. XXVI.

HÆc de Manna in *Scemòth Rabbà Parasciâ* 5. pag. 123. colum. 2. post medium legimus -

המן שלא היה יורד לישראל אלא לפי כח של כל אחד ואחד מישראל הבחורים היו אוכלין אותו כלחם שנאמר (שמות יו״ : ד׳ :) הנני ממטיר לכם לחם מן השמים וגו׳ : והזקנים כצפיחית בדבש שנא׳ (שם פסוק לא׳ :) וטעמו כצפיחת בדבש : ויונקים כחלב משדי אמו שנא׳ (במדבר יא׳ : ח׳ :) והיה טעמו כטעם לשד השמן : והחולים כסולת מעורב בדבש שנאמר (יחזקאל יו׳ : יט׳ :) ולחמי אשר נתתי לך סולת ושמן ודבש האכלתיך והגוים טועמין אותו מר וגד שנאמ׳ (במדבר יא׳ : ד׳ :) והמן כזרע גד הוא :

Man descendebat Israëlitis secundùm Vniuscuiusque illorum Vires. Iuuenes comedebant illud veluti panem, S. D. (Exod. 16. 4.) Ecce ego pluo vobis panem de cælo: &c. *Et senes velut crustulam mellitam, S. D.* (Ibid. v. 31.) Et gustus eius lagani cum melle. *Et lactentes velut lac ex Vberibus matris suæ, S. D.* (Numer. 11. 8.) Et erat sapor eius sicut sapor pinguedinis olei. *At infirmi* (illud comedebant) *veluti similam effusam melle, S. D.* (Ezech. 16. 19.) Et panem meum quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel feci comedere te. *Gentilibus autem illius sapor erat amarus* (velut) *absynthium, S. D.* (Numer. 11. 7.) Erat au-

post dies כפורים *Chippurrim. Quoniam cùm descenderet de monte, dedit illi præceptum de extruendo Tabernaculo. Et Betzalel primò construxit Tabernaculum, deinde Arcam, & Vasa. Et hæc est illa Arca, cum qua exibant in prælium; at cum illa quâ fecit Betzalel, non exibant in prælium, nisi quando exijt in diebus Eli* (Sacerdotis). Hæc R. Salomon, quæ à nostris minimè probantur, neque à R. Aben Ezræ: nam non legitur nisi tantùm vna Arca, quam fecit Betzalel, in qua reconditæ fuerunt duæ tabulæ lapideæ Legis. Hìc autem Moses referr id, quod iam antea actum fuerat. At quia communis Hebræorum המעתיקים ז״ל כי ארון אחר עשה משה *Expositorum opinio* (inquit Aben Ezræ in hoc loco) *habet, quòd aliam arcam fecerat Moses*, ideò contraue non vult, sed in hac re tam parui momenti (ait) והקבלה תנצח *Vincat traditio*. quæ fert: vt in ea arca Tabularum fractiones reposuerit Moses secundùm sententiam R. Iudæ Ben Lakisc relatam in *En Israel* Par. 1. p. 182. col. 2. n. 38. Quòd si hoc verum esset, contra voluntatem Dei fecisset Moses, qui Deut. 10. 2. iusserat: Tabulas posteriores reponendas esse in arca, vtique in arca à Betzalele iam fabrefacta; alioquin vel ista, vel illa sine tabulis esse debuerat. Adde, quòd fractiones Tabularum repositæ fuerunt in arca cum Tabulis lapideis Legis iterum à Mose sculptis, vt habetur Cod. *Bauà Batrà* cap. 1. pagina 14 b. Nec obstare credunt illud 1. Reg. 8. 9. *Non juisse in arca nisi tantùm duas tabulas lapideas*, quia putant, fractiones tabularum priorum non multiplicare res ad tabulas non pertinentes, sed sub integris tabulis confractas quoque conti-

רב ואיתימא ר׳ חמא בן ר׳ חנינא מלמד שיורד להם לישראל עם המן תכשיטי נשים דבר שנידוך במדוכה ובשלו בפרור וכו׳ ׃

Viris iustis (Manna) *cadebat ad eorum fores; mediocribus labor erat exeundi colligendique; impij vagabantur, discurrebant, & colligebant. Scribitur, Panis; & scribitur, Placenta; scribitur, Et molebant. Hoc quomodo? Iustis erat panis; mediocribus placenta* (quæ scilicet essent coquendæ); *impijs instabat necessitas molendi Manna, vel pinsendi in mortarijs. Dixit Ràu Iehudà: dixit Ràu &c. docet quòd Israëlitis cum Manna descendebat etiam mundus muliebris, hoc est aromata, & res odorifera, quas pinsebant in mortario, & coquebant in cacabo, &c.* Addunt ibidem ad vers. 21. cap. 16 Exodi *Et collegerunt illud* בבֹּקֶר בבֹּקֶר *Babòker Babòker, in matutino, in matutino.* שירדו להם לישראל אבנים טובות ומרגליות עם המן ׃

Quòd *cadebant Israëlitis lapides pretiosi, & margaritæ vnà cum Manna*, secundùm quod dicit R. Ionathan. Eadem inuenies in *En Israël* Par. I. pag. 110. col. 2. Hæc autem sunt explodenda tamquam fabulosa; sicut & alia, quæ leguntur in *Scemòth Rabbà* pag. 142.

ויהי גבהו של מן יותר מפי המבול של (תהלים עח׳. כג׳:) ויצו שחקים ממעל ודלתי שמים פתח ; ובמבול כתיב (בראשית ז׳: יא׳) וארובות השמים נפתחו ׃ *Quòd maior fuerit altitudo, seu abundantia Mannæ, quàm fuerit altitudo aquarum diluuij, S. D.* (Psal. 78. 23.) Et mandauit ætheribus desuper, & ianuas cælorum aperuit. (sic loquitur Scriptura de Manna.) *In diluuio autem scriptum est* (Gen. 7. 11.) Et cataractæ cæli apertæ sunt.] Comparatio est inter דלתי *Dalthè, Ianuas*, & ארובות *Arubbòth*

autem Man quasi semen coriandri.] Sic גד *coriandrum* Chaldaicè vertitur גירא quod *absynthium* est. Hæc, quæ dicuntur de Manna, videntur suffulta auctoritate Scripturæ, quæ Sapient. 16. 20. ait: *Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat: & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque conuertebatur.* Manna Israëlitis datum erat figura Corporis Christi sub specie panis à fidelibus comedendi: Manna autem non incongruè videtur dici cibus cuicumque ætati proportionatus, & quod materialiter à Rabbinis dicitur, idipsum aptiùs spiritualiter ab Ecclesia intelligitur: nam omnes cuiuscumque status fideles ex hoc cælesti pane saginati, æternæ vitæ in hac miseriarum valle gaudijs frui incipiunt æternis. Aptè quoq; dicitur, quòd dum à Gentilibus Manna comedebatur, eius sapor in absynthij amarorem conuertebatur; quia indigni, & peccatores, per quos Gentiles intelliguntur, si ad hanc Angelorum escam accedant, iudicium sibi manducant, & bibunt, quia quod bonis est vita, ita & malis est absynthium animæ. Itaque non acriùs hic locus Rabbinorum est censura exagitandus.

Ampliùs de Manna in Ghemarà Codice *Iomà* cap 8. *Iom hachippurrìm* pagina 75. longè ante fin. hæc inuenies.

צדיקים יורד על פתח בתיהם בינונים יצאו ולקטו רשעים שטו ולקטו כתב לחם וכתב עגות וכתב וטחנו הא כיצד צדיקים לחם בינונים עוגות רשעים טחנו בריחים או דכו במדוכה ׃ אמר רב יהודה אמר

Numeror. 11. ver. 5. Rabbi Salomon -

אמר רבי שמעון מפני מה המן משתנה לכל דבר חוץ מאלו מפני שהן קשים למינוקות אומרים לאשה אל תאכלי שום ובצל מפני התינוק :

Dixit R. Simeon: Cur Manna vertebatur in saporem cuiuscumque esca praterquam istorum? Quia ista sunt dura concoctionis, vel grauia nutricibus. Dicunt vxori, vel nutrici: Ne comedas allium, vel cepas propter infantes. Responsiones futiles. Potiùs respondendum: quòd qui prædicta desiderabant, Manna illorum saporem non habebat. Manna siquidem duplici sapore præditum erat, naturali, & supernaturali. Naturalis Mannæ sapor erat quasi sapor crustulæ mellitæ, Exod. 16. 31. Supernaturalis verò duplex erat: quia bonis sapiebat vt volebant; sapiebat enim pisces, cùm volebant pisces, & cùm carnes, carnes; & ad hoc alludit Sapientia suprà cit. *Dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat: & deseruiens vniuscuiusque voluntati, &c.* Et eadem ratione malis hominibus erat cibus insipidus, & vt dicitur in *Medràsc* suprà relato, amarus veluti absynthium, quamuis de natura sua fuisset dulcis.

Cur Manna vocetur cibus leuissimus?

§. XXVII.

NVmeror. cap. 21. 5. *Anima nostra iam nauscat super cibo isto leuissimo.* R. Salomon -

לפי שהמן נבלע באיבריהם קראוהו קלוקל אמר עתיד המן הזה שיתפח במעינו כלום יש ילוד אשה שמכנים ואינו מוציא :

Quia

bòth, & *fenestras*, quia cataractæ fenestræ sunt Ecclesiastæ 12. v. 3. Fenestræ autem sunt minores ianuis. Vnde si per ianuas cælorum egressum est Manna, & per fenestras aquæ diluuij, colligitur inde, quòd maior fuit quantitas Mannæ, quàm fuerit quantitas aquarum diluuij. Hinc est quod R. Salomon ad illud Exod. 16. 21. *Et incaluit Sol, & liquefactum est*, ait. הנשאר בשדה נעשה נחלים בשותין ממנו אילים וצבאים ואומות העולם צדין מהן בטועמים בהם טעם מן ויודעים מה שבחן של ישראל: *Quod relictum erat in agro de Manna cùm flueret, facti sunt torrentes, ex quibus cùm bibissent caprea, & cerui, & nationes mundi venatu cepissent feras illas, earumque carnes degustassent affectas sapore Mannæ, mirificè prædicabant felicitatem populi Israël*, quibus eiusmodi frui cibo contigisset. Huius Rabbini commentum patet ex se fabulosum esse; adde tamen, quòd Manna quidem liquefiebat, sed non fluebat: vnde appositè Hieronymus in Isai. 15. *Et Manna* (inquit) *quod videtur quasi glacies super faciem terræ, non præterfluit, sed consistit.* Ad maiorem abundantiam Mannæ superantem abundantiam aquarum diluuij, quia illud per ianuas cæli, hoc per fenestras, seù cataractas cæli delapsum est, dico: Quòd Rabbinus, qui ista hyperbolica commentus est, non considerauit, quòd in descensu aquarum diluuij præterquam quòd cataractæ cæli apertæ sunt: נבקעו כל מעינות תהום רבה *Rupti* etiam fuerunt *omnes fontes abyssi magnæ*, quod de Manna non dicitur. Verùm istæ comparationes Rabbinicæ, & materiales insulsæ sunt, & ineptæ.

Recordamur &c. cucumerum, peponum, porrorum, caparum, & alliorum.

Ezech. 16. 19. *Et panem meum, quem dedi tibi, similam, & oleum, & mel, quæ comedere feci te, posuisti coram eis in odorem quietis, &c.* R. Salomon.

יום שעשו את העגל ירד לחם המן ונתנו ממנו לפני העגל ואף על פי כן ויהי ביום מחר ולא פסק ואף כן מפורש בספר עזרא (ב׳ : ט׳ : יח׳ :) אף כי עשו להם עגל מסכ׳ וגו׳ : ואתה ברחמיך הרבים לא עזבת׳ וגו׳ : ומנך לא מנעת מפיהם ולא מנעתו אף כאן ויהי נאם יהוה אלהים היה הלחם ולא פסק מלירד ליו׳ מחר כך דרש רבי תנחומ׳ :

Die, quo fecerunt Vitulum, descendit illis Manna, & obtulerunt de eo coram Vitulo, & nihilominus in crastino Manna non defecit, sic narratur in libro 2. Ezra cap. 9. 18. *Insuper quando fecerunt sibi Vitulum conflatilem, & dixerunt: Iste est Deus tuus, qui ascendere fecit te ex Aegypto: feceruntque blasphemias magnas.* (versic. 19.) *Et tu in miserationibus tuis multis non dereliquisti eos in deserto, &c.* (ver. 20.) *Et Manna tuum non prohibuisti ab ore eorum. Et non prohibuisti illud etiam in hoc loco: & fuit, ait Dominus Deus, fuit panis. & non desijt descendere in die crastino. Sic explicat R. Tanchumà.* Licèt Vitulus arte diabolica boarit, fœnum comederit, & ambulauerit, secundùm quod dicunt Rabbini, tamen non est credendum, quòd Manna comederit. Credibile quidem est, quòd eidem Vitulo Manna tamquam Sacrificium obtulerint Israëlitæ, & inter victimas immolatas numerauerint: nam conflato Vitulo, *Aharon ædificauit altare coram eo,* (Exod. 32. 5.) *Surgentesque manè obtulerunt holocausta, & hostias pacificas,* (Ibid. v. 6.) quorum ritus erat, vt cum victima offerretur *simul & sacrificium, id est libamenta*

Quia Manna absorbebatur in membris (nec scilicet gignebat excrementa, quæ terrestria, & grauia sunt) *idcircò Vocabant leuissimum. Dicebant enim* (cùm illud manducarent, & non excernerent) *Fiet tandem, vt istud Manna infletur, & turgeat in intestinis nostris* (& disrumpentur.) *Numquid reperitur Vir mortalis, qui cibum* (in ventrem) *ingerat; & non egerat?* Argumentum ad probandā hanc fatuitatem, leuissimum est. *Leuissimus* hic accipitur pro *despicatissimus*, & *vilissimus*. Idem dicitur in Psalmo 78. 25. *Panem Angelorum* (vel membrorum, vt nonnulli ex illis interpretantur) *manducauit homo.* R. Salom.

אבירים. אברים שהיה נבלע בכל האברים ולא היו צריכים לנקביהם :

אבירים *Auirim, id est* אברים *Membrorum, quia deuorabatur, seù absorbebatur ab omnibus membris, nec per secessum illud emittebatur.*

Ierem. 2. 31. *O generatio, Vos videte verbum Domini.* R. Dauid Kimchi de Manna intelligit ex *Medràsc.*

כי צנצנת המן הראה להם לפיכך אמר להם ראו ולא אמר שמעו :

Quoniam ampullam Manna ostendit eis, idcircò dixit eis: Videte, *& non dixit: Audite.* Quasi videre non pertineat etiam ad aures, cùm ad animum referatur, sed tantùm ad oculos, & necesse fuerit ad verificandum *Videte*, quòd ostendisset eis vas Mannæ.

Manna comedendum exhibuerunt Vitulo conflatili.

§. XXVIII.

Exod. 16. v. 35. *Filij autem Israël comederunt Man 40. annis.* R. Sal.

והלא חסר שלשים יום הם שהרי החמשה עשר באייר ירד להם המן תחלה ובחמשה עשר בניסן פסק שנאמר וישבות המן ממחרת אלא מכיר שהעוגות שהוציאו ישראל ממצרים טעמו בהם טעם מן :

Sed nonne triginta dies (in deserto) *caruerunt Manna ? Quoniam 15. die mensis Ijàr Aprilis descendit Manna ; & 14. die Nisàn Martij defecerat ? S. D.* (Ios. 5. 12.) Et cessauit Man à crastino. *Sed innuit, quòd placentæ, quas deportarunt ex Ægypto, sapore Mannæ prædita erant.* Quadraginta anni per synecdochen accipiendi sunt, nec fingenda sunt mendacia, aut commenta pro arbitrio. Hoc idem replicat R. Salomon Iosuè 5. 11.

Quæres, An Mannæ aliqua portio fuerit reseruata, & vbinam?

Resp. Certum est aliquam portionem Mannæ fuisse reseruatam ab Aharone, sic iubente Mose Exod. 16. 33. *Et dixit Moses ad Aharon: Tolle* צנצנת *phialam Vnam, & pone tibi plenum homer Man, & repone illud* לפני יהוה *coram Domino ad custodiam in generationibus Vestris :* non autem repositum fuisse in arca fœderis, quicquid dicant rerum Talmudicarum imperiti, malè intelligentes textum Ghemaræ Ierosolymitanæ Codice שקלים relat. in *En Israël* Par. I. pagina 182. columna 3. numero 39. -

משננזו ארון ננזה עמו צנצנת המן וצלוחית שמן המשחה ומקלו של אהרן ופרחיו ושקדיו :

A tempore, quo abscondita fuit arca, abscondita fuit cum ea Vrna Mannæ, ampulla olei Vnctionis, baculus Aharonis, & flores eius, atque amygdalæ. Textus enim Talmudicus tantummodò testatur, quòd

ta sint, (Leuit. 7. 29.) In libamentis verò præter alia similam requiri, habemus (Ibid. cap. 2. 2.) Cùm autem in deserto simila caruerint Israelitæ, & illius loco Manna successerit, congruum est putare, pro simila in hostijs pacificis immolatis, Manna quoque coram Vitulo fuisse oblatum.

Quo tempore incæperint Israëlitæ Manna comedere.

§. XXIX.

Exod. 16. 1. *Quintadecima die mensis secundi.* R. Salomon. -

נתפרש היום של חניה זו לפי שבו ביום כלתה החררה שהוציאו ממצרים וחוצרכו למן ללמדני שאכלו משירי הבצק ששים ואחת סעודות וירד להם מן בששה עשר באייר ויום אחד בשבת הוה כדאיתא במסכת שבת :

Explicatur (in hoc loco) *dies castrametationis, quia eo die defecit placenta azyma subcinericia, quam attulerant de Ægypto, & opus habuerunt Manna. Vt hinc habeatur, quòd comederint* (filij Israël) *de reliquijs massæ farinaceæ* (id est pastæ) *sexaginta, & Vnam comestiones. Et descendit eis Manna 16.* (Mensis) *Ijàr Aprilis, & prima dies hebdomadæ fuit, vt habetur in Codice Sciabbàt.* Nihil hìc traditur absurdum: at fortasse pasta illa azyma non durauit per mensem, & vltra, sed potuerunt viuere ex dactylis, vt in fine 15. capitis de septuaginta palmis.

Quo tempore Manna defecerit?

§. XXX.

Resp. In hoc loco præpositionem *In* sumi latè, prout complectitur tam ea quæ propriè in arca erant, vt erant tabulæ Legis, quàm ea, quæ iuxta arcam fuerant, vrna, & virga. Primo modo sumitur 1. Regum 8. 9. Non erant *In arca, nisi tantùm duæ tabulæ lapideæ*. vbi ב præpositio *In* in voce בארון propriè significat. Sumitur etiam præpositio ב pro *Ad*, vt Leuit. 16. 22. במדבר *In desertum*, hoc est *ad desertum*; vti & Latini quandoque dixerant Virgil. 1. Æneid. *Impulit in latus*, videlicet *ad latus*: sic locus Pauli *In arca*, id est *ad latus arcæ*, vel *iuxta arcam*, in loco quidem decenti, & forsan intra arculam, quam volunt Rabbini fuisse factam à Mose, secundùm quod dictum est suprà §. 25. quod tamen non est credendum, quia in ea arca reponi debuissent duæ tabulę posteriores loco priorum fractarum, vt dicitur Deuter. 10. 1. Sed quod de duplici arca dicitur, commentum esse Rabbinicum existimamus, quia nunquam de hac secunda arca mentio fit in Scriptura, & quod dicitur in Deuter. 10. 1. *Et facies tibi arcam*, est histeron proteron, cùm iam facta fuisset arca à Betzalèl, in qua repositæ fuerunt tabulæ Testamenti.

Cùm autem Tabernaculum, Arca, & Altare incensi à Ieremia abscondita fuerint, non est quòd curiosa inuestigatione ea hodie, aut in Sacrario Lateranensi, aut alibi quærere velimus. Arca enim, quæ ibidem à fidelibus veneratur, est quoddam venerandum monumentum, quod antiquitas sacrauit, & forsan est pars Altaris lignei ad Arcæ similitudinem concaui, super quo cùm prisci Summi Pontifices propter persecutiones certo loco consistere non possent, siuè in quòd eo tempore, quo in Templo abscondita fuit arca fœderis, tempore videlicet Iosiæ Regis, vt ibidem dicitur, abscondita cum arca fuerint etiam vrna Mannæ, & reliqua ibidem recensita: sed per locum Talmudis non probatur, prædicta omnia in eadem arca fœderis extitisse; imò in ipsa arca nihil aliud erat, nisi tantùm duæ tabulæ lapideæ; vt apertè dicitur 1. Regum cap. 8. v. 9. אין בארון רק שני לחות האבנים וגו׳ : *Non erant in arca, nisi tantùm duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moses in Horeb, &c.* Itaque eadem arca e Templo, in quo recondita erat, Ieremias Propheta paulò ante captiuitatem transtulit in montem Nebo; *Ibi* (vt dicitur 2. Machab. cap. 2. v. 5) *inuenit locum spelunca, & tabernaculum, & arcam, & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit. Et accesserunt quidam simul, qui sequebantur, vt notarent sibi locum, & non potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos, dixit: quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat. Et tunc Dominus ostendet hac, & apparebit maiestas Domini, &c.* Hinc videtur posse dici, quòd quando veniet Dominus ad iudicandum vniuersum, Arca, & Crux parebunt in cælo, vt vtriusq; fœderis signo quanta sit Filij hominis potestas, maiestas, & gloria, ostendatur: in arca enim figuratur Christi potestas in Synagogam; & per Crucem, Christi gloria, & triumphus in Ecclesia. Sed quid dicemus ad illud Pauli ad Hebræos cap. 9. 4. quo de arca Testamenti loquens: *In qua* (inquit, erat) *Vrna aurea habens Manna, & virga Aaron, quæ frondueràt, & tabulæ Testamenti?*

pugnaturum, vt patrui sui vindictam sumeret.

והיה עמוד הענן סובב את מחנה ישראל כעיר מוקפת חומה ולא היה יכול צר ואויב ליגע בהם אלא כל מי שהיה צריך טבילה היה הענן מפליטה חוץ במחנה ישראל שהיה קדוש שנאמ׳ (דברים כג׳ : יד׳) והיה מחניך קדוש וכו׳ :

Et columna nubis cingebat castra Israëlis veluti Vrbem, quæ muro cingitur, neque poterat obsessor, & hostis ad illos pertingere; sed quicumque opus habebat baptismo (legali ablutione) *cum nubes protegebat extra castra Israëlis, quia sancta erant, S. D.* (Deuteron. 23. 14.) Et sint castra tua sancta, &c.] Vnde ex hoc loco explicari posse videtur locus Apostoli 1. Corinth. 10. 2. Israëlitas baptizatos esse in nube, & in mari, quia transitus maris, & protectio nubis figura fuerunt Sacramenti Baptismatis.

De Cornibus Mosis.

§. XXXI.

Exod. 34. 29. Vulgat. *Cùmque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini.* Hebræi communiter exponunt כי קרן עור פניו *quòd resplenduisset cutis facierum suarum.* At קֶרֶן *Kèren* propriè *Cornu* significat, & in Hiph. *Cornua producere*, vti Ps. 69. 32. פר מקרן *Vitulus cornificans.* Hinc quia splendores in corporibus luminosis ad instar cornuum micare hinc inde videmus, sicut Mosis facies radiabat, & ad similitudinem cornuum ex cute prominebant splendoris radij, ideò in קל substituerunt aliud significatum metaphori-

in cryptas, siuè in cœmeteria, siuè in ædes piorum, antequam pax Ecclesiæ per Constantinum Imperatorem reddita fuisset, sacra faciebant. vt pia traditio habet. Arca igitur Lateranensis, quæcumque illa sit, tamquam sacrum monumentum à fidelibus in honorem haberi debet, ex Concil. Trident. sess. 25. *De inuocatione, veneratione, & reliquijs Sanctorum*, licèt Arca Veteris Testamenti ea non sit. Corrigendus est itaque Marlianus lib. 3. cap. 26. *De Arcu Titi Imperatoris*, qui Arcam fœderis insculptam in eo Arcu Triumphali putat: mensam auream ibi sculptam non agnoscit, de qua loquitur Iosephus de Bello lib. 7. cap. 36. dum Triumphum Titi describit: *Præcedebat* (ait) *in Triumpho Mensa aurea ponderis magni, & Candelabrum quidem similiter auro factum. Post hæc autem portabatur Lex Iudæorum nouissima spoliorum, &c.* Hæc in Arcu suo triumphali insculpi iussit Titus, qui hodie inter alias antiquitates Vrbis adhuc superest, & apud eius Amphitheatrum visitur.


Ampliùs de Arca fœderis, & de Altare incensi vide quæ diximus suprà Parte III. huius Bibliothecæ pag. 432. & seq.

De Manna, quod per meritum Mosis, vt dicunt Rabbini, datum fuit, satis dictum est, sicut & de Puteo Mariæ, & de Nubibus gloriæ Aharonis. De Puteo videnda sunt, quæ habentur Parte I. p. 149. & Par. II. p. 710. Solùm de Nubibus gloriæ reticendum non est, quod dicit R. Zacharias apud R. Eliezer in suis *Perakim* cap. 44. pagina 40. col. 2. lin. 3. nempè: Amalek fuisse nepotem Esau, eòque venisse aduersus Israëlitas

gnam illius vetustatem non indicant. Nec maioris antiquitatis esse censentur nonnulli alij huius generis Hebræorum Nummi, qui circumferuntur, & vt ego eos aliquando vidi, horum in hoc loco figuram subijciam, & interpretationem.

Nummorum Hebraicorum, & Hebræo-Christianorum figuræ, & interpretationes.


§. XXXII.



HIc Nummus, seù Siclus in vna parte habet Calicem; siuè vas aliquod incensum, cum inscriptione שקל ישראל *Scèkel Israèl Siclus Israëlis*; ex altera parte Virgam Aharonis, quæ fronduerat, germinauerat, floruerat, & amygdalas dederat. Numer. 17. 8.

R. Azarias de Adumìm in אמרי בינה *Imrè binà* cap. 56. pagina 171. exhibet nobis Nummum argenteum descriptum à רמ״בן *Rambàn* in fine Commentariorum suorum in Pentateuchum non multum discrepantem quoad substantiam ab hoc nostro. Hunc vidit *Rambàn* cùm esset in terra Israëlis in Vrbe Accone. In vna parte designata erat Virga Aharonis amygdalina, & per circuitum characteribus Samaritanis inscriptio שקל השקלים *Siclus Siclorum*; in altera parte cer-

ricum, quòd קרן *Karàn* significaret radios emittere instar cornuum, neque secundùm hunc sensum in vniuersa Sacra Scriptura inuenire poteris exempla præterquam in hoc loco Exodi cap. 34. ver. 29. 30. & 35. vbi de cornuta facie Mosis sermo est. Appositè igitur à Vulgata vertitur, quòd cornuta esset facies Mosis. Vt autem Moses inter alios Veteris Testamenti dignosceretur Prophetas, consueuerunt pictores eiusdem frontem duobus splendoribus instar cornuum hinc inde prominentibus pennicillo ornare, non autem frontem Sancti Legislatoris duobus cornibus vitulinis, aut arietinis, ac si Vitulus, vel Aries aliquando fuisset, deturpare, vt in quodam Nummo æreo secundùm hanc Iouis Hammonis figuram vidi.




Hunc repræsentare effigiem Mosis certum est, cuius si nullum aliud signum extaret, sufficeret pro multis vnicum, frons arietina cum consimili cornu; & ne animus hæsitaret in ancipiti, Mosis nomen rem claram esse ostendit, dum in ora vestimenti circa collum inscriptũ legitur משה *Mosçè*; & in altera Nummi parte hæc verba leguntur לא יהיה לך אלהים אחרים על פני *Non erit tibi Dij alij coram me*. ex Exodi 20. 3. Figura est prominens, & à perito artifice ære cusa, sicut & characteres Hebraici vtcumque elegantes sunt. Sed hæc argumenta ma-


temporalis; Sacerdotalis, & Regia exprimitur. In vna enim parte Sacerdotale Regnum indicatur in Calice cum florente Virga Aharonis, seù vase ignitionis, sacrificiorum. Cidaris cum litera כ, qua כהנה *Sacerdotium*, & Cornu cum litera ש, qua שמן המשחה *Oleum vnctionis* significatur: cum circumscriptis vocibus יהוה שמר ישראל מלך גבור בירשלם *Dominus custodiat Israëlem Regem potentem in Ierusalem*. Reperiuntur huis generis Nummi argentei etiam grandioris formæ. In parte verò altera symbola Regni Dauidici cernuntur; in Pileo coronato, & retorto ornamentum capitis Regij cum fortitudine in cornu significata, ostenditur. Litera ד, דוד Dauidis nomen indicat. In medio; Oleæ ramus assurgit, pacis symbolum, quod in Regno maximè expetendum. Per Vasculum litera ש signatum, quæ notat שמן *Oleum* vnctionis Regũ. Lenticula autem videtur innui vnctio Saulis in Regem, quam Samuel studiosè operatus est, præuidens non stabile futurum ipsius Regnum, vt Rabbini volunt, ideòq; oleo ex lenticula depromptoeum inunxit: in vnctione autem Dauidis ex cornu effuditur oleum, sicut in vnctione Summi Sacerdotis, vt per huiusmodi ceremoniam firmum significaretur Regnum, & perpetuum Sacerdotium. Additur epigraphe in peripheria Nummi שקל דוד נשאר כל׳ם באוצר ציון בבית המקדש *Siclus Dauidis superstes omnium* (quæ inuenta sunt) *in Sionis thesauro*, *in domo sanctitatis*.

Alius circumfertur Nummus ære cusus, ad similitudinem istius, qui sequitur, cuius vna pars ornatur Turri cum inscriptione ירושלם עיר הקדש *Ierusalem Ciuitas sanctitatis*; & ex altera parte

cernebatur figura צלוחית *Scutellæ*, quam interpretabatur צנצנת המן *Scutella Mannæ*, super quam duæ hæ literæ Samaritanæ שקל דוד *Siclus Dauid*, cum inscriptione pariter Samaritana ירושלים הקדושה *Ierusalem sancta*: appenderunt huiuscemodi Siclum in statera, & pondus eius inuenerunt semiunciæ argenteæ, tantundem ponderis requisiti in Lege occasione Sacrificiorum. Alphabetum autem Samaritanum, quo scriptus est Pentateuchus, cuius exemplar reperitur in Bibliotheca Vaticana, hic apponi curaui, cui addidi Alphabetum Hebraicum illi correspondens.



Porrò non videtur conuenienter iunctum vas Mannæ, quod secundùm Rabbinos alludit *merito Mosis*; vnde congruentiùs esset si diceretur, illud vas ostendere lenticulam olei vnctionis Aharonis, sicut expressiùs ostenditur in hoc sequenti Siclo, siuè Nummo.



In hoc Siclo potestas spiritualis, &

ficut poftea factum in honorem Iofue, cum Boue ex vna, & Monocerote ex alia parte; & deinde in Dauide cum pera paftorali ex vna, & turri ex altera; & in Mardochæo cum facco,& einere. At ego vix credere poffum,tunc temporis monetas cudi ceptas, cùm potiùs videamus rerũ permutationes in vfu fuiffe; aut fi pecunia numerata emptiones fierent, non alio figno, quàm pecudis moneta fignabatur. Legimus enim Gen. 33. v. 19. Abrahamum emiffe portionem cuiufdam agri centum קשיטה *Kefcitàh Agnis*, hoc eft centum Nummis pecude fignatis: nam in Ghemarà Cod. *Rofc hafciavà* cap. 3. pag. 26. non longè à fine אמר ר' עקיבה בשהלכתי לאפריקי היו קורין למעה קשיטה *Dixit R. Akibà; Cùm peregrinarer per Africam, Nummum Vocabant Kefcità Pecuniam*,


Vnde horum Nummorum antiquitatem non probo, quorum indicia alia recentiora non pauca, nec leuia funt, vti characterum apices vtcumque elegantes, dictiones truncæ in Nummo Mofaico, delineamenta frontis Mofis, & illius cornu Arietini; coronæ, & pilei retorti forma, ficut & infulæ Aharonis: non antiqui, fed moderni artificis periti oftendunt artem. Exclufi itaque maneant ab antiquitate ifti Nummi Iudaici.

Sed fi quæras: Poteritne Nummorum Hebraicorum, & Hebræo-Chriftianorum ætatis affignari origo, & originis caufa?


Refp. Nequaquam certè. Illi, qui putant huiufcemodi Nummorum originem habuiffe à Iudæis habitantibus in Paleftina circa feculum vndecimum, vel duodecimum Chrifti, non longè à vero ab-



דוד המלך ובנו שלמה המלך *David Rex, & filius eius Salomon Rex*: quafi Dauid, & Salomon fimul regnaffent, dum huiufmodi Siclus cuderetur. Quod probabile non eft: nam licitum Iudæis non erat, atteftante Ghemarà Cod. *Sciabbàth* capite 2. pag. 30 lin. penultima editionis Amftelodamenfis אין מלכות נוגעת בחברתה אפילו כמלא נימא *Vnum Regnum tangere alind Regnum, nec etiam tranfuerfum filum* (poffe). Et Cod. *Horaijòth* cap. 3. pag. 11. b. paulò poft medium additur ואין מושחים מלך בן מלך *Et non Vngunt Regem filium Regis* (viuente patre) ואם תאמר מפני מה משחו את שלמה מפני מחלוקתו של אדוניהו את יואש מפני עתליהו ואת יהואחו מפני יהויקים שהיה גדול ממנו: *Quòd fi dicas: Cur vnxerint Salomonem?* (Refpond.) *Propter controuerfiam Adoniæ: ficut Ioas propter Athaliam* (4. Reg. 11. 12.) *& Iehoachaz propter Iehoiakim, qui maior ipfo erat*. Hinc fufpecta redditur horũ Nummorum antiquitas, & in fufpicionem maiorem nos inducunt illi Nummi, qui circumferri creduntur cum infcriptionibus antiquioribus his, veluti eft illa moneta,quam Ialkut Libumen. fect. לך לך p. 41. b. §. ואגדלה refert cufam fuiffe in honorem Abrahæ & Ifaaci, Saræ, & Rebeccæ, cum his vocibus,



stiana, quæ passim circumferuntur, sunt-




In parte prorsa huius Nummi extat imago Saluatorem repræsentans cum literis Hebraicis à tergo א *A'leph*, & ante faciem ישו *Iesciù*. א *A'leph* est initium vocis ארני *Adonài Domini*, & ישו *Iesus*, est nomen Saluatoris scriptũ secundùm vsum Hebræorum. In parte versa leguntur huiuscemodi voces משיח מלך בא בשלום ואור מארם עשוי חי: *Christus Rex Venit in pace, & lux de lumine facta est vita*. In quibusdam Nummis pro quatuor vocibus ואיר מארם עשוי חי substituuntur illę tres אלהים ארם עשוי *Deus homo factus est*; & in altera parte scribitur *Iesus* יש ante faciem Saluatoris, & ו à tergo, sine א. Huiuscemodi Nummi, cuiuscumq; sint inscriptionis, redduntur mihi suspecti de Auctore, quòd infidelis sit, licèt forsan Neophytus. Nam cùm in inscriptione: *Christus Rex venit in pace &c.* ostendat se esse Christianum; in imagine tamen Saluatoris, Saluatorem ipsum negare & blasphemare deprehenditur. Cur enim caput Saluatoris diademate non ornat? Forsan vt Nummi antiquitatem ostendat? Sed diadematis vsus antiquissimus est, vt apparet in imagine Saluatoris in tribuna nostrę Ecclesię S. Pudentianæ Romę ex musiuo picta tempore Papæ Honorij, à quo & prædicta Ecclesia restaurata est, vt dicit Pancirolus in Ecclesia S. Pudentianæ numero 46. quod

abertare putamus; & causam cur hoc fecerint fuisse lucrum percipiendum à fidelibus, qui sacra loca Palestinæ visitarant, vt redeuntes ad propria aliquid ex his longinquis regionibus, vbi tot Sancti Patriarchæ, & Prophetæ vixerant, asportantes fidem facerent peregrinationis sacræ: non secùs ac hodie peregrinos Ædem sacram Lauretanam; Romam, Compostellam, vel alia loca sacra petentes, inde onustos Crucibus, Nummis sacris, & Imaginibus B. Mariæ, & SS. Apostolorum Petri, & Pauli, quin & profanis indicibus peregrinationis susceptæ veluti Conchis marinis pileis ornatis ad propria remeare videmus. Eandem originem habuisse credunt Numismata Hebræo-Christiana in eadem Palestina cusa non quidem ab Hebræis, cùm ipsi abhorreant à symbolis sacris Christianorũ, quæ hisce Nummis insculpta sunt, & characteribus explicata, effingere, sed à Neophytis, qui reliquerunt suam superstitionẽ Iudaicam, & ad Christi castra conuolarunt, vt nempè ex his rebus sacris pijs Christianis peregrinis diuenditis lucrũ non modicũ perciperent. Et quamuis maiorẽ probationem, quàm eam, quæ in opinione fundatur, non habeamus; attamen huic opinioni apprimè fauere videtur Numisma Samaritanum oblatum R. Mosi Bar Nachmàn in Vrbe Accone ab indigena terræ circa annum mundi 970. Christi 1210. fortassis diuenditum tamquam res ab antiquitate sacrata, licèt recentem habuerit auctorẽ, quia per idem tempus frequens erat peregrinatio Ierosolymitana tam à Iudæis, quàm à Christianis deuotionis gratia suscepta.

Numismata autem Hebræo-Chri-


faciem Saluatoris Cruci æquilateræ affixam, sed sine diademate, quod ex industria factum, & malitiosè non auderem asserere. Ex altera parte scriptum cernitur ישוע נצרי משיח יהוה ואדם אחד *Iesus Nazarenus Christus Dominus* (Deus) *& Homo Vnus*. In hoc Numismate, nihil continetur, quod Religioni Christianæ officiat, nisi quòd Christi imago præter morem ab Ecclesia receptum Cruci affigitur, pariter illud damnandum censerem. Eius exemplar est -



Tertium Hebræo-Christianum Numisma, quod satis notum est, & ære, metallo, vel etiam argento non rarò cusum, hoc modo delineatum apparet -

contingere debuit circa an. Domini 630. vbi Saluatoris imago opere musiuo in apside tribunæ cum diademate aureo ornata cernitur. Non igitur huius Nummi artifex, vt sine diademate exculperet imaginem Saluatoris, antiquitatem respexit, sed impietatem: ideòque hæc iniuria Saluatori illata toleranda non est. Rursus; א׳ *Aleph*, quod *Dominum* significare potest, etiam iniurium elementum euaderet, si à maligno, & Iesu inimico in voce ארור *Arùr*, quæ *maledictus* significat, assumeretur. In hanc sinistram suspicionem adducor, quia nomen Iesu scriptum video, vt à malignis Iudęis scribi solet hisce literis ישו *Iesu*, quod per initia dictionū explicant ימח שמו וזכרו *Deleatur nomen eius, & memoria eius*. ע *Aain* enim per summam iniuriam relinquunt, ne Saluatorem, nomen Christi Iesu, significet. Itaque non sunt laudandi huiusmodi Nummi, siuè Numismata, nec à pio Christiano retinendi.

Aliud Numisma Hebræo-Christianum in vna parte repræsentat quidem



In

vel etiam superaddita, vt in nomine יהושע quo nomine multi in Veteri Testamento reperiuntur vocati, inter quos duo maximi præluxerunt, Iosue Dux Israëlitici populi post Mosen, priùs vocatus הושע *Hoscèa* eadem nominis significatione, postea יהושע *Iehosciùa*; & alter יהושע *Iehosciùa* Ben Iehotzadàk Sacerdos magnus, qui contractiùs à nostris *Iesus* nuncupatur.

Infra quinque latera pentagoni quinque hæ voces leguntur זה שמו לעלם וזה זכרו *Hoc est nomen eius in æternum, & hac est memoria eius.*

Post pentagonum sequuntur tres circuli secti ab angulis eiusdem pentagoni, in quorum primo scriptæ sunt quinque voces, quibus Hebraicè *filius* exprimitur. Hæ sunt: 1. בן *Ben Filius.* 2. בר *Bar*; 3. ילד *Ièled*; 4. ינון *Iunòn*; & 5. שיל *Scil.*

In secundo circulo totidem vòces, quibus mysticè exprimitur idem *filius*, & intelligitur Christus, vt 1. כבש *Chèues Ouis*; 2. כשב *Chèsceu Agnus*; 3. שה *Se, Agnus, Hædus*; 4. צאן *Tzòn, Pecus*; & 5. רחל *Rachèl, Ouis.*

In tertio, & vltimo circulo, eoque omnium istorum circulorum centro inspicitur vultus Saluatoris cum diademate, & inscriptione לחם פנים *Lèchem panim, Panis facierum*, ex Exod. 25. 30. vbi nos dicimus *Panes propositionis*. Et hæc est prima pars huius Numismatis.

In altera parte, & in medio magni circuli quadrata cernitur figura, cuius quatuor anguli circulum tangunt, & in quatuor lateribus scripta sunt nomina quatuor Angelorum אוריאל *Vriël*; גבריאל *Gabriël*; רפאל *Raphaël*; & מיכאל *Michaël*. Ex his tria postrema nomina admit-

In prima facie, & in primo circulo maiori, & externo, à signo ✠ incipiente, hæ ex Scriptura excerptæ leguntur sententiæ: וזה שמו אשר יקראו יהוה צדקנו: *Et hoc est nomen eius, quod vocabunt eum, Dominus iustitia nostra.* Ierem. 23. v. 6. Deinde sequitur יהי שמו לעולם לפני שמש ינון שמו: *Eris nomen eius in seculum; ante Solem filiabitur nomen eius.* Psal. 72. ver. 17. Postea:

ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור אבי עד שר שלום:

Et Vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis; Pater æternitatis, Princeps pacis. Isai. cap. 9. ver. 6. Infra circulum hunc maiorem delineatum est pentagonum, in huius quinque lateribus externis inscriptum est nomen *Iesus* quinque vicibus replicatum, secundùm quinque modos, quibus Hebraicè scribi potest. Hæ enim sunt – ישו: ישוע: ישועה: יהושע: יהושועה: *Iesù, Iesciùa, Iesciuàh. Iehosciuà, Iehosciuàh.* ישו In *Iesu* nomine decurtato, deficiente vltimo elemento ע, tollitur etymon *Saluatoris* sicut interpretatur ab Angelo. Iudæi, præsertim moderni, huiuscemodi Apocopam in vsum conuertunt iniquum, vt suprà notauimus, & ob id, & ob alias causas statim assignandas redditur præsens Nummus profanus, & non tolerandus.

Secundum nomen est ישוע *Iesciùa Saluator*, nomen proprium est Saluatoris nostri inditum ab Angelo, priusquam in vtero conciperetur, Matth. 1. v. 21. Luc. 2, 21. à radice ישע, quæ in Hiph. *saluare* significat, & à qua reliqua tria nomina in pentagono notata referuntur cum eadem significatione Saluatoris, licèt huic radici interposita sit litera ה,

ca esse dicunt Christiani isti Iudaizantes, & magnas virtutes illis attribuunt, sed veriùs dicendum est, ea esse prorsùs magica, & nullius virtutis, quibus sub specie diuinorum nominum, Dæmones ipsi inuocantur. Nam nobis persuasum hoc esse debet, quòd quotiescumque in Numismatibus, & Amuletis, præsertim Iudaicis, Mathematicæ figuræ, cuiuscumque generis sint, delineatæ existunt, additis insuper sententijs ex sacris literis petitis, & intermixtis in his, nominibus quibusdam incognitis, & nihil significantibus, licèt dicantur ea esse nomina Diuina, aut Angelorum, composita ex tribus, vel pluribus literis excerptis ex quibusdam vocibus Sacræ Scripturæ, ea Numismata semper superstitiosa, & magica erunt, ac proinde damnata. Neque officit, si in his Numismatibus, seù Medalijs, aut etiam Amuletis repræsententur imagines Iesu Christi, aut B.V. Mariæ, vel aliorum Sanctorum; quia hostis humani generis Diabolus, vt incautos, & simplices Christi fideles decipiat, transfert se in Angelum lucis, & sub specie sanctitatis miscendo sacra profanis, cultum Deo debitum in se transferre satagit proposito Christi, vel Sanctorum suorum imaginis venerandæ abusu, quod sine maxima Dei offensa nullatenus fieri potest. Ne igitur simplices, & incauti Christi fideles vlteriùs decipiantur à Satana, exhibuimus huiusmodi vulgata Numismata mutilata, eaq; exposuimus, & damnauimus, sicut dudum damnauerat S. Congr. Indicis vnà cum libro edito à quodam Angelo Gabriele Anguisciola cum hoc titulo: *Della Hebraica Medaglia, detta Maghèn Dauid, & Abraham*, promulgato decreto sub die 16. Martij 1621.

mittuntur vt legitima, Vrielis tantùm nomine excluso, tamquam profano, & quòd in suspicionem venit, ne sit potiùs mali Dæmonis, quàm boni Angeli nomen. De quo vide hanc nostram Par. I. pag. 231. & seqq. & pag. 352.

Infra quatuor latera quadrati, leguntur infrascripta verba. Sub אוריאל *Vriele* legitur זה שמי לעלם *Ze scemì leolàm*, *Hoc est nomen meum in æternum*. Exod. 3. 15.

In secundo latere sub גבריאל *Gabriele* legitur יהוה צבאות הוא שמו *Adonài Tzeuaòth hù scemò*. *Dominus exercituum, ipsum* (est) *nomen eius*. Ierem. 10. 16.

In tertio latere sub רפאל *Raphaële* legitur יהוה שמך לעלם יהוה *Adonài scemècha leolàm Adonài*, *Dominus nomen tuum in æternum Dominus*. Psal. 135. 13.

In quarto latere sub מיכאל *Michaële* scriptum legitur אני יהוה הוא שמי *Anì Adonài hù scemì*; *Ego Dominus ipsum* (est) *nomen meum*. Ex Isai. 42. 8.

Cæterùm in hac quadrangulari figura reperiuntur duodecim cellulæ, in quibus per vndecim reuolutiones nominis quadriliteri יהוה *Adonài* vndecim incognita, & nihil significantia nomina emergunt, collocanturque in ijsdem 12. cellulis.

Nos in huius Numismatis schemate tantùm ea nomina, quæ in primis, & vltimis cellulis posita sunt retulimus, dimissis ijs, quæ in medijs cellulis erant collocata, quod ex industria fecimus, ne per hoc essemus in causa, vt leuissimi, ac profani homines superstitiones ab impijs adinuentas addiscant, & aliquando exerceant, vel exercere procurent.

Huiusmodi autem nomina, Cabalisti-

Scripturæ, & SS. Patrum, approbat eos Spiritus, quos Ecclesia Catholica numquam laudauit, vel nominauit, eosque præficit Principibus Imperij Germanici, vti videre est diuersis in locis prædicti libri, cuius censuram non prolixiùs protraho, sed eam tantùm insinuo, & diligentiori calamo, atque doctiori relinquo, vt tandem aliquando cognoscatur, huiusmodi librum prædicti Caroli de Fabri fuisse editum, & oppositum decreto prædictæ Sac. Congreg. Indicis.

Cæterùm eandem Medaliam nonnulli etiam ex Heterodoxis damnarunt; de qua vide Bancium in עט הקרם. Tandem aduertendum est circa medalias, & amuleta (siue hebraicè, siue latinè, siue charactere alterius linguæ exarata sint) quòd si in eis nonnullæ, vel etiam vnica tantum litera ex sequentis tabulæ alphabetis desumpta inueniantur, quæ alphabeta à Cabalistis, & alijs superstitiosis hominibus Cælestia, vel etiam Angelica vocantur, & quibusdam Angelis attribuuntur, adhibenturque ad suas superstitiones, vel etiam sortilegia exercenda; inde cognosces, eiusmodi medalias, & amuleta esse superstitiosa, & damnanda, nec ea tuta conscentia retineri posse à vero, & pio Christiano.

1621. quo mandatur, vt quicumque huiusmodi Medaliā habuerit, statim ad Sanctum Officiū deferat. Itemq; prohibetur quoddam impressum folium super eadem Medalia, cui titulus: *Maghèn Dauid, & Abraham. Breue discorso, e compendiosa esaminatione della natura, e proprietà di questa antichissima Medaglia, estratto dal libro sopra ciò, di Don Angelo Gabriele Anguisciola.*


Paulò post emanatum suprà recensitum decretum Sac. Congregat. Indicis, nempè post 23. dierum spatium, ausu planè temerario, & audaci omninò damnando, quidam Carolus de Fabri, eandem Medaliam sub eodem fermè titulo Italicè tantùm explicato, *Scudo di Christo, ouero di Dauid*, quod Hebraicè idem sonat *Maghèn Dauid*, iterum explicandam suscepit, composito libro lingua Italica in 4. & excuso Brachiani in agro Romano anno 1621. In eo approbantur ea, quorum causa Medalia prædicta à Sacris Censoribus proscripta, & damnata fuerat; pag. enim 22. exhibet vndecim reuolutiones nominis יהוה easque approbat, sicut & idem facit in reliquis partibus huius Medaliæ, ad cuius exemplar aliam consimilem composuit, eamque Beatissimæ Virgini Mariæ adaptat, & ludendo auctoritatibus Sac.

Al-

Alphabeta sunt septem.

1 2 3 4 5 6 7

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כך ל מם נן ס ע פף צץ ק ר ש ת



Et hæc de Numismatibus Hebraicis, & Hebræo-Christianis dicta sint satis.

A Co-

NVmer. 21. 8. *Et dixit Dominus ad Mosem: Fac tibi ignitum serpentem, & pone eum super perticam: & fuit, si mordebat serpens virum, & aspiciebat ad serpentem æneum, & viuebat.* Rabbì Salomon -

כל הנשוך אפי׳ כלב או חמור נושכו היה נוזק ומתנונת והולך אלא שנשיכת הנחש ממהרת להמית לכך נאמר כאן וראה אותו ראיית בעלמ׳ ובנשיכ׳ הנחש נאמר והביט והיה אם נשך הנחש את איש והביט וגו׳: שלא היה ממהר להתרפאות אלא אם כן מביט בו בכונה ;

Omnis qui morsus fuerit, videbit eum: etiam si canis, vel asinus momordisset quempiam, lædebatur, & gemens abibat. Verumtamen morsus serpentis accelerabat mortem, propterea dictum est hic (ver. 8.) כל הנשוך וראה Omnis, qui morsus fuerit אותו & videbit eum, (nec dixit à serpente, sed supple, à qualibet bestia etiam à cicure, & domestica) *videat serpentem nempe leui intuitu: sed* (ver. 9.) *de morsu serpentis dicitur* והביט *Vehabìt*, Et aspiciebat: *& fuit si mordebat serpens virum, & aspiciebat in serpentem æneum, nempè intentè, & defixo obtutu*,

Peruersa, & temeraria expositio. Quia historia nonnisi de morsu serpentis tradit; quorsùm addere, quòd & animalia morderent, quod Scriptura non insinuat? Sed quia Scriptura non dixit: morsus fuerit à serpente, sed simpliciter dixit: *morsus fuerit*, R. Salomon accipit occasionem mendacij.

De scriptis Mosis secundùm Rabbinos, & præsertim de Pentateucho.

§. XXXIX.

IN Codice *Baua Batbrà* capite 1. pagina 14. lin. 3. ante finem dicitur -

A Coturnicibus quomodo multitudo magna Israëlitarum percussa fuerit.

§. XXXII.

NVmer. cap. 11. ver. 31. *Et ventus profectus est à Domino* ויגו *Vaijaghoz & abripuit Coturnices. &c.* Baàl Turim -

ויגו כ׳ במסרה ויגוז שלוים ואידך ויגוז ראשו (באיוב א׳: כ׳) וזה הוא שיש במדרש יותר ממה שהרג בהם השלו על ידי אכילה הרג בהם על ידי ירידה ונפילה שנפל על ראשם: כשם שנאמר באיוב ויגז ראשו והיה מתאבל על בניו שנפל עליהם הבית: כך בכאן היו מתאבלים על אותם שמתו מנפילת השלו ;

Vaijàghoz: Duo loca in Messarà reperiuntur. Vnus hic, & alius (Iob 1. 20.) ויגז את ראשו Et totondit caput suum. *Et hoc est quod dicitur in Medràsc: Plures fuerunt* (Israëlitæ) *qui interfecti sunt percussione Coturnicum, quæ percutiebant descendentes capita eorum: quàm mortui sint in comestione illarum, quemadmodum dicitur* (in Iob 1. 20.) ויגז ראשו Vaijàghoz rosciò, Et totondit caput suũ; *quia sicut Iob ibi lugebat pro filijs, quos domus corruens super eorum capita descendens oppressit; eodem modo hic lugebant illos, quos Coturnices super eorum capita, descendentes oppresserant.* Idem cap. 35. ver. 22.

Fabulosa sunt, & ficta. Non mortui sunt vel ex impetu volatus Coturnicum, vel ex comestione nimia; sed quia erant increduli in ipsa comestione, corruerunt.

Serpens Mosis suspensus.

§. XXXIII.

ctionem Tabernaculi in deserto, secundùm computum Cornelij à Lapide, qui alium quemque diligentia superat.

Tertius Liber dicitur *Leuiticus* à materia, quæ in eo tractatur. Tractat enim de Sacrificijs, & Leuitarum munijs. Hebraicè dicitur ויקרא *Vaijcrà*, *Et Vocauit*, à prima voce huius libri. Quo historia vnius mensis tantùm describitur: nam incipit ab erectione Tabernaculi vsque ad numerationem eorum, qui apti erant ad bellum.

Quartus Liber communiter Latinè vocatur *Numerorum* Liber. Tùm quia incipit à dinumeratione omnium masculorum à vigesimo anno, & supra per singulas tribus eorum, qui egressi sunt de Ægypto, exceptis Leuitis, & Proselytis, siuè Ægyptijs, siuè ex alijs gentibus oriundis, qui numerati non sunt. Vnde nec fœminæ, nec pueri numerantur, quia ob imbecilliorem vel ætatem, vel sexum ad bella inepti erant. Fuerunt autem omnes viri numerati sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta. Leuitarum autem filij ab vno mense, & supra fuerunt numerati cap. 3. Tùm etiam quia numerantur mansiones in deserto, cap. 33. Complectitur autem gesta triginta nouem circiter annorum.

Vltimus Pentateuchi Liber appellatur *Deuteronomium* Græcè, ac si Latinè dicas, *Secunda Lex*, seù repetita Lex. Hinc à Rabbinis dicitur משנה תורה *Miscnè Thorà*, quòd tantundem sonat. Hebraicè autem à primis vocibus, quibus incipit אלה הדברים *E lle haddeuarim*, *Ista* (sunt) *Verba*, appellatur. Reperiuntur in hoc libro ea, quæ in tribus superioribus Libris Exodo videlicet, Leuitico, & Nume-

משה כתב ספרו ופרשת בלעם ואיוב.

Moses scripsit librum suum: Sectionem Balaam, ex Numer. capp. 22. 23. & 24. *& Iobum*. Hinc quæritur, quid pro libro Mosis intelligatur?

Resp. Intelligi librum illum complectentem Mosaicam Legem, quem Pentateuchum vocant, hoc est Quintuplex Volumen, quod & Hebraicè dicitur חומש *Chomàsc* vnico vocabulo, vel pluribus חמשה חומשי תורה *Chamiscià Chomascè Thorà*, *Quinque quinta partes Legis*: complectitur enim quinque libros Legis, qui quidem Pentateuchus communiter à Latinis vocatur Græca voce Πεντάτευχος.

I. Liber vocatur *Genesis* Γένεσις Græcè, *Generatio* Latinè, quia in eo de generatione mundi, & primorum Patriarcharum præcipuè agitur. Hebraicè à prima voce, qua incipit, vocatur בראשית *Berescìth*, *In principio*, quod idem fit in sequentibus Libris. Hic autem Liber Genesis quod ad historiam pertinet, complectitur gesta duorum millium, trecentorum, & decem annorum, nempè à principio creationis vsque ad mortem Iosephi secundùm Chronologiam Cornelij à Lapide, quæ videtur reliquis exactior.

II. Liber dicitur *Exodus*, ex Græco pariter vocabulo Ἔξοδος, quod Latinè est *Egressus*, eò quòd in eo agatur de egressione filiorum Israël ex Ægypto. Hebræi verò, quia Pentateuchi libros, à prima voce, qua liber incipit, indigitant; ideò Secundum hunc librum ואלה שמות *Veèlle scemòth*, *Et ista sunt nomina*, appellant. Complectitur autem hic liber gesta centum quadraginta quinque annorum, à morte Iosephi vsque ad ere-

ver. 14. 15. 27. & alibi non semel, quæ omnia Diuina reuelatione Moses accepit, & sicut Spiritu Sancto dictante mundi creationem tam exactè narrauerat, sic eodem edocente, ea, quæ postea futura erant, proprijs nominibus anticipata cognitione nominauit. ופרשת בלעם *Et sectionem Balaam* scripsit Moses, vbi prophetia Balaam continetur, Numeror. cap. 22. & seqq. quam Rabbinorum nonnulli separant à libris sacris, quia dicunt eam non esse necessariam Legi, quia tota in malum Israëlis composita fuerat, sed Deus posuit in ore Balaam *Angelum*, ne permitteret, vt malediceret, & *hamum*, ne posset maledicere, vt diffusè dictum est Par. I. pag. 663. Et quia posset dubitari, an Moses scripserit hanc sectionem בלעם *Balaam*, quæ à prima voce illius בלק *Balàk* communiter vocitatur; ideò expresè de ea mentionem fecerunt in *Ghemarà*, & contestati sunt Talmudistæ, à Mose scriptam fuisse. Vbi & librum Iob addiderunt, de quo multa inquiruntur in eadem *Ghemarà*: nam primò quærunt:

An liber Iob sit vera historia, an verò parabola composita ad instruendum hominem ad patientiam in aduersis libenter sufferendam? Et respondent: Iob verum fuisse hominem, quod conuincitur ex eius nomine, & patria: de quo nonnulla ex Ghemarà annotaui Par. III. pagina 558. & seqq.

Eidem Mosi attribuunt quosdam Psalmos, nempè nonagesimum, qui in titulo præsefert nomen Mosis, dicitur enim: *Oratio Mosis Viri Dei*, & alios decem subsequentes, vt notaui Par. II. pag. 218. & seq. secundùm opinionem quorundam Rabbinorum. Et ne actum iteratis continentur. Huiusmodi repetitio ideò facta, vt & Iuuenes, qui in deserto nati erant, nec Legis promulgationem in Sina factam audire potuerant, hanc repetitionem Legis, & iteratam promulgationem ex ore Mosis iam iam morituri audientes profundiùs, & tenaciùs mente retinerent. Scriptus itaque est hic Liber Deuteronomij ab ipso Mose Deuteron. capite 31. versiculo 9. anno 120. & vltimo vitæ suæ. Itaque scripsit Moses non solùm hunc Librum Deuteronomij, sed & totum Pentateuchum, quicquid aliter dicant maligni cùm Spinosa, & asseclis, vt memorauimus suprà Par. III. pag. 631.

Dices: Nonne multa sunt in Pentateucho, quæ ostendunt nullo modo potuisse à Mose scribi, vti est illius mors relata in fine Deuteronomij: quomodo enim potuerit aliquis scribere mortem sui ipsius viuens? Hoc valdè corroborat illud, quod dicitur Deuter. 34. *Et non cognouit homo sepulchrum eius Vsque in præsentem diem*. Quo circà putat R. Scimòn Cod. *Menachòth* cap. 3. pag. 30. octo versiculos vltimos Deuteronomij scriptos fuisse lacrymis à Mose, dictante Domino: at R. Iudas eos scriptos fuisse censet à Iosue Ben Nun; cui sententię quamplurimi ex nostris adhærent. Nec ob id aliquod præiudicium infertur integritati Libri Pentateuchi, cùm non minùs sint isti pauci versiculi à Spiritu Sancto dictati, quàm fuerint reliqui à Mose scripti, siuè laudem propriam ipsius Mosis contineant, vt Numeror. 12. 3. siuè nomina, quæ diù post mortem Mosis indita fuerunt, vt Genes. 14. 15. Lais vocatur Dan: quod in alijs recentioribus vocabulis obseruandum est Numer. 21.

iterum agamus, ad eundem locum remittimus Lectorem.

Cæterùm, quia cùm Pentateuchus Mosis sit basis, & fundamentum omnium subsequentiùm Sacrorum librorum, quos in Canone posteà Esdra protoscriba redegit Hebræo, composito Volumine in tres Partes distributo, cuius prima appellatur עשרים וארבע ספרי קודש *Viginti & quatuor libri sanctitatis*; vel חמשה חומשי תורה עם שאר חלקי העשרים וארבע *Quinque quintuplices partes Legis, cum reliquis partibus viginti & quatuor*; vel enucleatiùs enumerant hoc modo -

עשרים וארבעה והם . חמשה חומשי תורה נביאים ראשונים ואחרונים וכתובים: *Viginti & quatuor* (libri). *Et sunt: Quinque quintuplices partes Legis: Propheta priores, & posteriores; & Hagiographa* Hinc diuiditur totum Volumen Vet. Testamenti in tres Partes. In תורה *Thorà Legem*; in נביאים *Neuiim Prophetas*; & in כתובים *Chetuuim Hagiographa*; & quia hæc tertia Pars incipit à Psalmis, ideò Christus Dominus eam apud Luc. 24. 44. Psalmos appellat: *Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.*

Secunda verò Pars subdiuiditur in נביאים ראשונים *Neuiim riscionim*, *Prophetas priores*, & in נביאים אחרונים *Neuiim acharonim*, *Prophetas posteriores*. Prophetæ anteriores sunt: יהושע *Iehosciua*. שופטים *Iudices*; I. & II. שמואל *Samuelis*; I. & II. מלכים *Regum*.

Prophetæ posteriores sunt -

ישעיה *Isaiàh*, ירמיה *Irmeiàh*, יחזקאל *Iechezkèl*, & duodecim Prophetæ minores, qui proprio vocabulo dicuntur תרי עשר *Therè assàr*, & sunt -

1. הושע *Hosceàh*; 2. יואל *Ioèl*; 3. עמוס

Amos; 4. עובדיה *Ouadiàh*; 5. יונה *Ionà*; 6. מיכה *Michà*; 7. נחום *Nachùm*; 8. חבקוק *Chabakùk*; 9. צפניה *Tzephaniàh*; 10. חגי *Chaggài*; 11. זכריה *Zecbariàh*; 12. מלאכי *Malachì*, *Malachias*.

Tertia autem Pars, quæ est Hagiographorum, complectitur vndecim libros videlicet -

1. תהלים *Tehillim*, *Psalmorum*; 2. משלי *Miscle*, *Prouerbiorum*; 3. איוב *Iob*; 4. שיר השירים *Scir hascirim*, *Canticum Canticorum*; 5. רות *Ruth*; 6. קינות *Kinòth*, *Threnorum*, vel à prima voce איכה *Echà*, *Quomodo*, quem librū Latini Lamentationes Ieremiæ appellant. 7. קהלת *Kohèleth*, *Ecclesiastes*; 8 מגילת אסתר *Meghillàth Esthèr*, *Volumen Esther*; 9. דניאל *Daniel*; 10. עזרא *Ezrà*; & 11. דברי הימים *Diurè haijamim*, *Verba dierum*, seù *Paralipomenon*. Ex his vndecim libris Hagiographis, non omnes in hanc tertiam Partem Bibliorū semper relegantur; sed 5. illa parua Volumina, quæ חמש מגלות *Chamèsc Meghillòth* vocitantur, & sunt. 1. *Canticum Canticorum*; 2. *Ruth*; 3. *Lamentationes*; 4. *Ecclesiastes*; & 5 *Esther*, extra hunc locū, & post 5. libros Mosis ordinatim aliquando seponuntur, præsertim quando Pentateuchus à reliquis sacris Voluminibus seorsim separatur, quod plerumque fit, vt postquam perlecta fuerit sectio Sabbathina Pentateuchi, statim ad manus habeatur aliquod ex his quinque Voluminibus, quod secundùm statutum tempus perlegi debeat: nam octaua Paschæ consueuerunt legere *Cantic. Canticor. Salomonis* ex integro, vt notaui suprà Par. II. pagina 567. eò quòd in eo mysticè contineatur liberatio populi à seruitute Ægyptiaca.

Librum *Ruth* legunt die secundo post

se-

memoria liberationis populi Iſraëlitici per vniuerſum Regnum Aſſueri, quem Háman è medio tollere procurabat, vt diſtinctè in מגלת אסתר *Volumine Eſthera* narratur. Iſti ſunt quinque libelli, qui ſtatis temporibus poſt lectionem Legis per anni circulum, leguntur à Iudæis in Synagoga, vel extra Synagogam.

Inter Iudæos recenſeri poterunt Samaritani, qui licèt origine non ſint Iudæi, attamen quia hodie Iudæos æmulantur, & Legem Moſaicam exactiùs, & magìs ad literam obſeruare contendunt quàm faciant Iudæi, & ab Idololatria præ ipſis Iudæis abhorrent, neque commercium, aut connubia cum Iudæis inire volunt, altera alteram ſectam pro hæretica prædicat, & habet. Iſti à Iudæis, קראים *Karraim*, *Karraita*, hoc eſt *Textuales* appellantur, quia nihil, quod in Textu non ſit expreſſum, extra Pentateuchum, licèt à Prophetis inueniatur expoſitum, aut in reliquis libris ſacris exaratum, pro Sacra Scriptura habent, aut recipiunt, ſed tantùm ſuum Pentateuchum Samaritanum, literis Samaritanis ſcriptum recipiunt, & ſupra Hebraicum extollunt, & antiquiorem eo, cùm ab ipſo Moſe, & charactere proprio, & lingua fuiſſe ſcriptum iactitent. Vnde quærimus

De Samaritanis, qui ſint: de illarum lingua, charactere, & Pentateuchi antiquitate.

§. XXXVII.

SAmaritani Hebraicè שומרונים *Sciomeronim*, nomen habuere ab Vrbe שומרון *Sciomeròn*, *Samaria*, Metropoli, &

ſeſtum Septimanarum, ſeù Pentecoſtes, quia in eo libro de frugibus terræ agitur, Vide Par. II. pag. 570.

Lamentationes Ieremiæ legunt בתשעה באב *In die nono menſis A'u*, quo die ieiunant ob multa mala, quæ eis eo die acciderant, & legendo huiuſmodi Lamentationes deplorant potiſſimùm Ieroſolymitanæ Vrbis duplex excidium, quod eodem die accidiſſe aiunt, vt notaui Par. II. pag. 723.

Eccleſiaſten legunt poſt octauam ſeſti Tabernaculorum, hoc eſt 23. die *Tiſcri*, qui dies deſtinatur pro שמחת תורה *Lætitia Legis*. Vide Par. II. pag. 556. Hoc autem faciunt, quia in eo libello cùm agatur de vanitate rerum terrenarum, memores eſſe debeant in hoc mundo, nihil ſolidi reperiri, ſed omnia eſſe vana, & tranſitoria, vti fuerunt Tabernacula, in quibus inhabitarunt patres eorum in deſerto, vbi ferè omnes perierunt. Sed modò conſultiùs facerent, ſi totam ſpem in Chriſto collocarent, qui æterna, & incorruptibilia promittit; nec eius tempore de Ægypto, aut huius mundi ſolitudine amplius facienda ſit memoria, ſed tantùm illius Tabernaculi, de quo dicitur: *Domine quis habitabit in Tabernaculo tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam*. In eo habitare non poſſunt Iudæi, quia licèt habeant zelum Dei, eum tamē cùm non habeant ſecundùm ſcientiam, ab ipſo contrahunt Diuinitatis offenſam: *Quòd circumcidant infantulos* (inquit Ambroſius) *quòd Sabbata cuſtodiant, timorem Dei habent quidem Iudæi, ſed quia neſciunt Legem ſpiritalem eſſe, circumcidunt corpus, non cor ſuum*.

Eſtheræ librum legunt in feſto פורים die 14. & 15. *Adàr*, quo die recolitur

di populi, qui à Regione Samariæ, postea Samaritani vocitari sunt, in ignominiam, Cuthæi appellantur. Ex eodem textu colligimus 1. prænominatos populos secum asportasse linguam natiuam, & literas Regionis, quibus patrios ritus colendorum Deorum scripsisse; ac fecisse, disertè eodem loco dicitur: nam

אנשי בבל עשו את סוכות בנות ואנשי כות עשו את נרגל ואנשי חמת עשו את אשימה והעוים עשו נבחן ואת תרתק והספרוים שורפים את בניהם באש ואדרמלך וענמלך אלהי ספרוים ; *Viri Babel fecerunt Succòth Benòth; & Viri Cuth fecerunt Nergàl; & Viri Chamàth fecerunt Ascimà; & Haauìm fecerunt Niuchàz; & Tartàk, & Sepharuæi comburebant filios suos igni Adramèlech, & Anamèlech Dijs Sepharuæorum.*] *Fecerunt*, id est sacrificauerunt: nam עשה *fecit* in Scriptura non rarò ponitur pro *sacrificare*; vt & apud Latinos Virgil. 3. Eclog. *Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.* De istorum Deorum nominibus, origine, & cultu vide Seldenum de Dijs Syris. Hìc tamen notandum נבחן *Niuchàz* scribi cum ז *Zàin* magno, & non cum נ *Nun*, vt quædam exemplaria mendosè habent; vt notat *Radàk* hic. Vide & *Rasci*, qui prædicta nomina hoc modo interpretatur.

Succòth Benòth תרנגולת עם אפרוחיה *Gallinas cum pullis.*
Nergàl תרנגול *Gallinam.*
Ascimà תיש *Hircum.*
Niuchàz כלב *Canem.*
Tarkàk חמור *Asinum.*
Adramèlech פרד *Mulum.*
Anamèlech סוס *Equum.*

Contra hos nouos Samaritanos indignatur Dominus, & in eorum interitum immittit Leones. Historia fusè nar- & Regia Regum, quibus ex duodecim Tribubus Israëlis, decem parebant, quæ deficientes à Rege Roboam filio Salomonis, consilio & suasu Ieroboami filij Nabath, constituerunt sibi peculiare Regnum, cuius Reges nuncupati sunt Reges Israël. Reliquæ duæ Tribus Iudæ, & Beniamin remanentes sub obedientia Regum Domus Dauid, illorum Reges, Reges Iudæ appellati fuere. Hinc Regnum Hebræorum in duas partes scissum est; & ex hac politica scissura, scissa est & Religio. Nam cùm omnes vno animo & corde adorassent, & sacrificassent Deo in Ierusalem, postea abrogata Religione Catholica, in hæresim prolapsi Israëlitæ, in Idololatriæ scelus proruerunt, Vitulis aureis efformatis, & ad suorum Patrum exemplum eis sacrificia, & oblationes obtulerunt, quousque tandem hæ decem Tribus à Salmanassare Rege Assyriorum, in Assyriam captiuæ adductæ sunt, 2. Reg. 18. Ne autem Samaria habitatoribus vacua remaneret, ex diuersis Imperij sui partibus Rex Assyriorum alios colonos in Samariam transmisit. 2. Reg. 17. 24.

ויבא מלך אשור מבבל ומכותה ומעוא ומחמת ומספרוים וישב בערי שמרון תחת בני ישראל וירשו את שמרון וישבו בעריה: *Et adduxit Rex Assur è Babel, & è Cutha, & ex Aauà, & è Chamàth, & Sepharuàim: & habitare fecit in Ciuitatibus Sciomeròn pro filijs Israël, & possederunt Sciomeròn, & habitauerunt in Vrbibus eius.* Ex hoc loco habemus, quòd hi noui coloni non fuerunt Israëlitæ, sed colluuies Gentilium diuersarum Regionum, inter quas maior pars forsan erat Cuthæorum, quia post Babel quæ veluti Regia primo loco ponitur, Cuthæi ponuntur, & à Iudæis huiusmo-

narrantur 2. Reg. cap. 17. à versu 24. vsque ad finem cap. Rabbini præter id quod ex Scriptura habetur addunt nonnulla, quæ licèt vel apocrypha sint, vel etiam fabulosa, attamen non omninò aspernenda, quia nos non parum iuuant ad inuestigandam veritatem, quam circa linguam, characterem, antiquitatem, & auctoritatem Pentateuchi Samaritani inquirimus. R. Eliezer in suis *Perakim* cap. 38. pag. 34. col. 4. de Samaritanis sic loquitur:

וכשגלו ישראל ממקומן משומרון שלח המלך את עבדיו והושיב אותם בשומרון להעלות מס למלכות מה עשה הקב״ה שלח בו את האריות והיו הורגין בהם שנאמר (ב׳ מלכי׳ : י״ז : כ״ה :) ויהי בתחלת שבתם שם וגו׳ : שלחו ואמרו למלך בבל ארוננו המלך הארץ ששלחתנו עליה אינה מקבלת אותנו כי נשארנו מעט מהרבה שלח המלך וקרא לכל זקני ישראל ואמר להם כל השנים האלו שהייתם בארצכם לא שכלה אתכם חית השדה ועכשו אינה מקבלת אותם אמרו לו דבר של עצה אולי ישיב אותם לארצם אמרו לו ארוננו המלך הארץ ההיא אינה מקבלת גוי שאינו נמול אמר להם תנו מכם שנים וילכו וימולו אותם וילמדו ספר התורה ודבר המלך אין להשיב ושלחו את ר׳ דוסתאי ורבי זכריה ומלו אותם והיו מלמדין אותם ס׳ התורה בכתב נוטריקון וכוכים והגוים האלה היו הולכים בחקות התורה ובחקות אלהיהם שנאמ׳ (ב׳ מלכים י״ז : ל״ג :) את יהוה היו יראים ואת אלהיהם היו עוברין : ויעלה עזרא מבבל וזרובבל בן שאלתיאל ויהושע בן יהוצדק והתחילו בונים בהיכל יהוה שנאמ׳ (עזרא ה׳ : ב׳ :) באדין קמו זרובבל בן שאלתיאל וגו׳ : ובאו עליהם השמרונים למלחמה מאה ושמונים אלף וכי שמרונים היו והלא כותיים היו אלא על שם העיר שומרון נקראו שמרונים ועוד שבקשו להרוג את נחמיה שנאמר (נחמיה ו׳ : ב׳ :) לכה ונועדה יחדו בכפירים וגו׳ ועוד שבטלו מלאכת שמים שתי שנים והיה עד שנת היובל מה עשה עזרא וזרובבל בן שאלתיאל ויהושע בן יהוצדק קבצו את כל הקהל אל היכל יהוה והביאו שלש מאות כהנים ושלש מאות תינוקות ושלש מאות שופרות ושלש מאות ספרי תורה בידם והיו תוקעין והלוים משוררים ומזמרי׳ ומנדין את הכותיים בסוד שם המפורש ובכתב הנכתב על הלוחו׳ ובחרם בית דין העליון ובחרם בית דין התחתון שלא יאכל אדם מישראל פת כותי עד עולם : מכאן אמרו כל האוכל בשר כותי כאלו אוכל בשר חזיר ואל יתגייר אדם כותי ואין להם חלק בתחיית המתים שנ׳ (עזרא ד׳ : ג׳ :) לא לכם ולנו לבנות בית אלהינו לא בעולם הזה ולא בעולם הבא ועוד שלא יהיה להם חלק ונחלה בירושלם שנא׳ (נחמיה ב׳ : כ׳ :) ולכם אין חלק וצדקה וזכרון בירושלם ושלחו החרם אצל ישראל שבבבל ועוד הוסיפו עליהם חרם על חרם והוסיפו עוד המלך כורש וקבע עליהם חרם עולם שנ׳ (עזרא ו׳ : יב :) ואלהא די שכין שמיה תמן:

Cùm è loco suo transmigrassent Israëlitæ, videlicet ex Samaria, misit Rex (Salmanassar) *seruos suos, & habitare fecit eos in Samaria, vt huius Regni tributum afferrent. Quid fecit Sanctus benedictus* Deus? *Immisit in eos Leones, & interficiebant eos, S. D.* (2. Reg. 17. 25.) Et fuit in principio, cùm habitarent ibi. &c.) *Miserunt, & dixerunt ad Regem Babel: Domine Rex noster, terra ad quam misisti nos, non recipit nos, quoniam pauci ex multis relicti sumus. Misit Rex & conuocauit omnes Seniores Israëlis, dixitque eis: Omnibus istis annis, quibus fuistis in terris vestris, nulla fera agri absumpsit vos, & iam non recipit illos. Dixerunt ei verbum consilij: Num reducturus esset illos in terram? Dixerunt ei: Domine noster Rex, terra hæc non recipit gentem incircumcisam. Dixit eis: Tradite ex vobis duos, qui proficiscantur, & circumcidant, atque doceant librum Legis. Et locutus est Rex, non eos reducendos esse. Miserunt autem R. Dostài, & R. Zachariam, qui eos circumciderunt, & docuerunt eos librum Legis scriptura* נוטריקן *Nota-*

Deo nostro. *Non in hoc mundo, neque in futuro. Propterea quòd non erit eis portio & hæreditas in Ierusalem. S. D.* (Nechem. 2. 20.) Et vobis non est pars, & iustitia, & memoria in Ierusalem. *Transmiserunt autem anathema hoc ad Israëlitas, qui erant in Babel. Et addiderunt isti anathema super anathema. Adiecit insuper Rex Cyrus, atque super eos fixit anathema perpetuum. S. D.* (Ezræ 6. 12.) Et Deus, qui habitare fecit nomen suum ibi. &c.] Hactenùs R. Elièzer, cuius narratio ex ea parte, quæ Scripturæ auctoritate fulcitur, vera est; alia verò, quæ minimè in Scriprura leguntur, dubiæ fidei sunt; & ea, quæ Scripturæ contradicunt, falsa. Scriptura quippè dicit 2. Regum capite 17. versiculo 27.

ויצו מלך אשור לאמר הוליכו שמה אחד מהכהני וגו׳:

Et præcepit Rex Assur dicendo: Ire facite illuc vnum de Sacerdotibus, &c. Et subdit inde ver. 28. ויבא אחד מהכהנים אשר הגלו משומרון וישב בבית אל ויהי מורה אותם איך יראו את יהוה: *Et venit Vnus de Sacerdotibus, quos transmigrare fecerant de Samaria, & habitauit in Beth-el: & docebat eos quomodò timerent Dominum.* Vnus fuit Sacerdos missus ad instruendos Samaritanos, inquit Scriptura, & R. Eliezer duos Rabbinos ad eosdem mittit, eosque nominat, R. Dostai, & R. Zachariam, & Rabbini titulum, qui multis annorum centurijs recentior est, quàm fuerit Samaritanorum initium, siue Cuthæorum Origo in Palestina, ad Salmanassaris vsque ætatem reuocat, & fictitijs Missionarijs attribuit. Quod de libro Legis ab eodem R. Eliezare traditur scripto scriptura נוטריקון *Notarikòn*, nisi explicetur, falsum contineri prudens lector No-tharikòn, *& flebant. Gentes verò istæ ambulabant in statutis Legis, & statutis Deorum suorum, S. D.* (2. Reg. 17. 33) Dominum fuerunt timentes; & Dijs suis seruientes, &c. *Et ascendit Ezra de Babel, & Zerubabèl Ben Scealthièl atque Iehosciùa Ben Iehotzedèk, & cæperunt flere pro Templo Domini, S. D.* (Ezræ 5. 2.) Tunc surrexerunt Zerubabel filius Scealthièl &c. *Et venerunt supra eos Samaritani in prælium centum & octoginta millia. Sed quomodo erant Samaritani? Nonne erant Cuthæi? At à nomine Vrbis Samariæ, vocabantur Samaritani. Propterea quoquè quæsiuerunt interficere Nehemiam, S. D.* (Nech. 6. 2.) Veni, & conueniamus pariter in villis, in campo &c. *Insuper quia* (olim) *impediuerant opus Dei duobus annis vsque ad annum Iubilei. Quid fecit Ezra, & Zerubabel Ben Scealthièl, & Iehosciùa filius Iehotzedèk? Congregauerunt totum cætum in Templo Dei, & adduxerunt* 300. *Sacerdotes,* 300 *infantes, &* 300. *buccinas, &* 330. *libros Legis in manibus suis. Et erant clangentes, & Leuitæ cantabant & psallebant, & anathematizabant Cuthæos mysterio nominis Hammephoràsc* (Nominis essentialis Deì) *& Scriptura scripta in Tabulis; & anathemate Domus Iudicij superioris* (seù cœlestis), *& anathemate Curiæ inferioris* (id est terrestris). *Ne quisquam Israëlita comedat buccellam Cuthæi vsque in æternum. Hinc dixerunt: Quicumque comedit carnem Cuthæi, est sicut ille qui comedit carnem porcinam. Neque quisquam Cuthæus fiat Proselytus, cùm nullus ex eis habeat partem in resurrectione mortuorum. S. D.* (Ezræ 4. 3.) Non vobis & nobis (conuenit) ædificare Domum

(dictionē) מעשר *Maaſſer*, & per ת (dictionem) תרומה *Therumà*; Per illas literas Notaricè ſcriptas debet intelligi integra dictio ac ſi ſcriptæ fuiſſent omnes integræ dictiones. At cùm Sapientes abſoluunt, quandoquidem ipſe non ſcripſerit duas literas; quod prohibetur in Sabbatho. Deciſio autem eſt iuxta Sapientes. Idem fit apud Latinos, dùm ſcribunt vnam, vel plures literas, quarum ſingulæ ſtant pro vnica, vel pluribus dictionibus, vt ſuprà diximus de C. quod tamen multa ſignificare poſſet, vt Caius, Criſpus, & S. C. Senatus Conſultus, & S. P. Q. R. Senatus Populuſque Romanus. Quòd ſi Pentateuchus Samaritanorum ſecundùm huiuſcemodi genus ſcribendi Notaricòn ſcriptus fuiſſet à Miſſionario Samaritano, non poſſet Samaritas illos edocere Legem Domini, neque hac perplexa, & implicata Cabaliſtarum arte eamdem explicare, aut faciliter ſcribere. Vnde in Tranſlatione Legis alio charactere vſus eſt quàm Notarico, eo videlicet, qui notus erat nouis illis colonis, & ignotus Iudæis de Tribu Iuda & Beniamin, qui videntes libros Samaritanorum, & ignorantes literas illas, putauerunt eos ſcriptos fuiſſe Notaricè, cùm reuera ſcripti fuiſſent literis Cuthæis, quæ poſteà de nomine iſtorum, qui nouiter Samariam incoluerant, literæ Samaritanæ dictæ ſunt. Lingua autem, qua tranſlatus fuerat Pentateuchus, congruè dicendum eſt, quòd tunc fuerit lingua patria, & ab omnibus iſtis gentibus nouis Samariæ colonis intellecta: hæc autem nulla alia potuit eſſe quàm Chaldaica. Chaldaice igitur dicendum eſt fuiſſe à Sacerdote illo Miſ-

exiſtimabit. Scriptura *Notaricòn*, *Notaricum*, eſt quidam modus ſcribendi per compendium, quo plerumque vtuntur Cabaliſtæ, quando videlicet vnius dictionis literæ, totidem alias ſingulas diuerſas dictiones aliquam congruentem ſententiam ſignificantes, conſtituunt: vti dictio אדם *Adam* per Notaricòn Cabaliſticè vſurpata, has alias dictiones אפר דם מרה *epher* hoc eſt *puluis*, *ſanguis & fel*, elicere poterit. Aliquando paruipendunt ordinem literarum dictionis propoſitæ, ſed eas inuertunt, vel tranſponunt; vt in dictone משה *Moſcè*, vt reddatur congrua illa ſententia Gen. 15. 1. שכרך הרבה מאד aſſumunt primò ש, vt fiat שכרך, deinde ה vt habeatur הרבה poſtea מ, vt conſtituatur מאד. Ita ex tribus literis nominis משה Moſis per hanc artem Notaricam colligunt Cabaliſtæ in eis ſignificatam fuiſſe mercedem magnam Moſi futuram. Si verò alicuius dictionis prima tantùm litera aſſumatur, & accentu notetur, hæc pro integra dictione ſignificanda aſſumpta cenſetur, vt apud Latinos C, pro Caius. Hæc quoquè inter alias ſpecies Notaricòn connumeratur in *Miſcnà* Codice *Sciabbàth* cap. 12. num. 5. vbi ſic כתב אות אחת נוטריקון רבי יהושע בן בתירא מחייב וחכמים פוטרין

Eum, qui ſcribit Vnam literam Notaricòn Notaricam, R. Iehoſcùa Ben Betherà condemnat, at Sapientes abſoluunt. Gloſſa R. Ouadia de Bartenora אות אחת על שם נוטריקון שעושה סימן נקודה עליה ומבונים מאותה האות תיבה שלימה כגון קוף כרקן מם מעשר תיו תרומה

Vnam literam nominis Notarici, ita Vt faciat ſignum punctatum ſuper illam, & intelligant per literam iſtam integram dictionem, (vt per ק׳ (קמח) (intelligant dictionem) קרבן *Korbàn Sacrificium, per* מ׳

formatam inter Alphabeta antiqua Hebraica inuenies. Sed quid dicemus ad auctoritatem S. Hieronymi, qui disertis verbis, loco nuper laudato dicit: *Antiquis Hebræorum literis, quibus vsque hodie vtuntur Samaritani, extremam Thàu literam Crucis habere similitudinem?* Respondeo falsum esse illud, quod aliqui dicunt, S. Hieronymum nunquam vidisse Pentateuchum Samaritanum; vidit, & diligenter legit: nec minùs attentè quam legerat versionem LXX. Seniorum, quam suam nuncupat, quia ab omnibus fermè Ecclesijs, præsertim Orientalibus recepta erat, in qua S. Doctor se legisse asserit in quęst. Hebr. Gen. 4. 8. aliquod superfluum, nimirùm illud: *Transeamus in campum*. Quod idem reperiri in Samaritano volumine his verbis testatur: *Superfluum ergo est* (inquit) *quod in Samaritanorum & nostro Volumine reperitur: Transeamus in campum*. Samaritanas autem literas Hebraicas antiquas vocat, secundùm Vulgatam Iudęorum opinionem, quæ ex Talmudica traditione relata, postea in Codice *Sanhedrin* transcripta est, nimirùm Ezram Protoscribam promulgasse apud Hebræos nouas literas Hebraicas, quas cùm ex Assyria adduxisset, vocauerat אשורית *Asciurìth*, *Assyriacas*, relictis antiquis Hebraicis literis ipsis Samaritanis. Locus ex Codice *Sanhedrin* citatus inuenitur capite 2. inscriptus *Cohèn gadòl*, pagina 21. b. non longè à fine, & est huiusmodi:

בתחילה ניתנה תורה לישראל בכתב עברי ולשון הקודש
חזרה וניתנה להם בימי עזרא בכתב אשורית ולשון
ארמי בירדו לתן לישראל כתב אשורית ולשון הקודש
והניחו להדיוטות כתב עברית ולשון ארמית מאן הדיוטות
אמר רב חסדא כותאי מאי כתב עברית אמר רב
חסדא כתב ליבונה׃

sionario Pentateuchum primò translatum. Quod cùm ex lingua Hebraica aliàs numquam factum fuisset, eaque lingua Chaldaica deberet eos edocere, is videns, quoniam Lex Diuina profana lingua translata Gentilibus concrederetur, præ nimia animi amaritudine flebat, vt in *Pirkè Elièzer* habetur.

Habes igitur beneuole Lector originem characteris Samaritani, & idiomatis, quo scriptus est Samaritanus Pentateuchus, veluti, vtcumque vsque ad hodiernum diem vtriusque vestigium conseruatur, vt fidem facit dialectus Chaldaica eiusdem, qua scriptus est, vt in varijs Codicibus manuscriptis, & typis excusis, & præsertim in Biblijs Polyglottis Londinensibus cernitur. Quod & de charactere idem dicendum est: nàm quamuis in litera Thàu nullum Crucis signum appareat, de qua Hieronymus lib. III. in Ezech. cap. 9. v. 4. ita testatur: *Antiquis Hebræorum literis, quibus vsque hodie vtuntur Samaritani, extrema Thàu litera Crucis habeat similitudinem*; nihilominùs aliquod Crucis vestigium in ea litera relictum esse quis non videt? In Thàu quippè hodierno *N* Samaritano ad nostrum *N* similitudinem efformato, si primam lineam primum angulum constituentem ad mediam inclinaueris, vel tertiam ex angulo secundo vsque ad eandem mediam ascendere feceris, perfectam formam Crucis *X* habebis. Hanc figuram Crucis expressam tùm apud Azariam de Hadumim in *Meòr enàim* pag. 171. in suo Alphabeto Samaritano, quod nobis exhibet, quàm apud Blancuccium in Institutione in linguam Hebraicam, & apud Villalpandum Tom. 3. pag. 376. eodem modo ef-

Hebraicis quatuor literis. י *Iod*, ה *He*, ו *Vau*, ה *He*, *quod apud illos ineffabile nuncupatur. Hac super pileolum lineum, & commune omnium Sacerdotum, in Pontifice plùs additur, Vt in fronte vitta hiacynthina constringatur; totamque Pontificis pulchritudinem, Dei vocabulum coronet, & protegat*. Hactenùs Hieronymus. Quo ostendit hic Sanctus noster Doctor maximus, sua ætate scribi à Iudæis nomen quadriliterum ijsdem literis, quibus tempore Aharonis scribebatur, nempè יהוה quia dicit *Hæc* (id est hisceemet literis scripta erat) *super pileolum omnium Sacerdotum*. Ergo tempore Aharonis, eędem literæ erant, & eodem modo formatæ, sicut erant tempore S. Hieronymi. Ergo Sanctus Doctor secundùm opinionem Iudæorum suo æuo viuentium loquebatur, quorum sententias, & opiniones non rarò referebat, vt in eadem epistola ad Fabiolam paulò infrà dicit: *Dicamus igitur priùs, quòd ab Hebrais accepimus*; quæ enim ab Hebræis accipiebat, referebat Hieronymus. Nec Augustinus à Hieronymo dissentit, cùm de Genesi ad literam lib. 9. cap. 12. ait: *Vnam sanè linguam primitùs fuisse didicimus, antequam superbia Turris illius post diluuium fabricata, in diuersos signorum sonos humanam diuideret societatem. Quacunque autem illa lingua fuerit, quid attinet quærere? Illa certè tunc loquebatur Adam, & in ea lingua ad huc vsque permanet, sunt illa voces articulata, quibus primus homo animalibus terrestribus, & volatilibus nomina imposuit*. Hæc Augustini sententia videtur tantùm probare, linguam, qua loquebatur Adam, adhuc hodie existere, eamque esse, qua nomina anima-

In principio data fuit Lex Israëli Scriptura Hebraica & lingua Sancta. Postea data est eisdem in diebus Ezra Scriptura Assyriaca, & lingua Aramea. Elegerunt pro Israëlitis Scripturam Assyriacam, & linguam Sanctam, dimiserunt Idiotis Scripturam Hebraicam, & linguam Arameam. Quinam sunt Idiota? Dixit Rau Chaurà: Cuthai. Quanam est Scriptura Hebraica? Dixit Rau Chasdà; Scriptura quadrata. Secundùm hanc traditionem tempore Hieronymi inter Iudæos inualuit opinio, vt pro re certa haberetur Esdram Scribam alias nouellas literas adinuenisse, easque Hebræis tradidisse, reseruatis antiquis Hebraicis à Samaritanis, vt idem Hieronymus narrat Præfatione in librum Regum cap. 6. quam habes Tertio Tomo edit. Rom pagina 10. B. ver 2. *Certumque est* (inquit) *Esdram Scribam, Legisque Doctorem post captam Hierosolymam, & instaurationem Templi sub Zorobabel alias litteras reperisse, quibus nunc vtimur, cùm ad illud vsque tempus ijdem Samaritanorum, & Hebraorum characteres fuerint*. Qui locus Hieronymi ita explicandus est, vt certum id esset apud illos, qui traditionem Iudaicam suprà relatam pro certa habebant, veluti erant Iudæi, qui ęuo Hieronymi viuebant, & in literis Hebraicis eundem Hieronymum erudiebant. At quod ipse Hieronymus aliter senserit, nimirùm literas Hebraicas, quibus suo tempore vtebantur Iudæi, fuisse easdem, quæ in vsu erant tempore Mosis & Aharonis, patet ex his, quæ habentur in Epistola 128. ad Fabiolam de vestitu Sacerdotum Tom. 3. pag. 47. vbi sic ait: *Octaua est lamina aurea, Tzitz zahàu* ציץ זהב, *in qua scriptum est Nomen Dei*

librorum in eo contentorum, quo charactere fuerunt scripti, charactere ne antiquo, an moderno? Si respondes, moderno charactere à se inuento, relicto antiquo charactere Hebræo Samaritanis. Replico ego, ergo Samaritanis relicta sunt Volumina Sacra scripta literis Samaritanis, id est antiquis Hebraicis. Vnde igitur prouenit, quòd horum Sacrorum librorum, Iosue, Iudicum, Historiarum, Regum, & Prophetarum antiquo charactere exaratorum in toto terrarum Orbe nullus hactenùs repertus est, nec hodie reperitur? Dices, quia omnes aboliti fuerunt. A quibusnam? A Samaritanis? Non prudenter hoc dicitur, quia impossibile esset, quòd non aliquod ex his Voluminibus relictum fuerit, & vsque hodie asseruatum, vel apud Iudęos, vel apud ipsos Samaritanos; deq; priscorum Iudæorum rebus gestis notitiam haberent charactere eodem, quo ipsi vterentur. Si uerò dicas: ab Esdra abolita fuisse omnia Sacra Volumina antiquo charactere conscripta; vt suum nouum characterem induceret & propagaret. Absit hoc, vt aliquis tam leui mentis acumine discurrat, vt credat, electũ à Deo Esdram pro Sacrorum Voluminum reparatione, & restauratione ea potiùs aboleuisse, & Verbum Dei iussu ipsius Dei scriptum: *Scribe tibi Verba hæc* Exod 34. 27. nouo charactere inducto, quinimò & Ethnico, quia Assyriaco, proprio ausu, & absq; speciali Dei mandato, manu planè impia, & digito audaci, Sacra Volumina voluisse abolere, vel etiam igni tradere, vt nihil de antiquo Charactere Hebraico superesset. Non aboleuit antiquos characteres Esdras, neque nouos adinuenit, sed antiquas literas, & characteres ex Assyria ad-

libus terrestribus & volatilibus imposita sunt, quæque nulla alia est nisi Hebraica, quod quidem non negatur; sed inde non sequitur, hanc eandem linguam iisdem characteribus hodie scribi, quibus olim scribebatur, cùm potuerint mutari & variari characteres, lingua eadẽ persistente, vti de facto mutatus ab Esdra fuerit character antiquus in Hebraicum modernum, remanente antiquo charactere Hebræo apud Samaritas, quo illorum Pentateuchus scriptus est. Si quis hoc modo ratiocinaretur, necessariò concedere debet, Pentateuchum Samaritanum, quem hodie habent Samaritani, scriptum esse, & lingua antiqua Hebraica, eodemque charactere Hebræo vetustissimo, quod vtrumque à Viro prudenti admitti non potest propter multiplices rationes, quarum Prima est: Si character antiquus Hebręorũ mutatus sit in modernum tempore Esdræ, & antiquus relictus Samaritanis, ergo non solùm Pentateuchus, sed omnes Libri Sacri ante Esdram eodem charactere antiquo, quem Samaritanum appellant, scripti fuere, quia nullus alius character Hebraicus reperiebatur, quàm ille, quo scriptus fuerat Pentateuchus. Ergo Iosue eodem charactere est vsus, quando suum librum scripserat. Ergo eodem modo Iudicum liber, Samuëlis, Regum, Prophetarum omnium, Psalmi, & quotquot inter Hagiographos numerantur libri, scripti fuerunt hoc nouo charactere ab Esdra inuento. Modò quæro: quando ab eodem Esdra, & Viris Synagogæ Magnæ confectus est Canon Sacrarum Scripturarum, & iidem libri in Volumen vnum redacti nuncupatum עשרים וארבע *Esrim vearbaà Viginti & quatuor*, propter numerum

lomone in eodem loco, quòd sint אותיות גדולות כעין אותן שכותבין בקמיעות ומזוזות:

Litera, seù characteres maiusculi similes illis, quos scribunt in amuletis, & in schedis ostiarijs. At huiusmodi characteres Hebraici sunt & quadrati, sed non adeò maiusculi, & eleganter scripti, sicut characteres, quibus scribuntur Libri Legis Sacri, qui in armarijs Synagogæ reconduntur, ob quorum pretiositatem, Scriptura his characteribus exarata vocatur scriptura אשורית *Asciurith, Assyriaca*. Vnde quæritur in *Ghemarà* loco nuper laudato: למה נקרא שמה אשורית שמאושרת בכתב *Quare vocatur nomen eius Asciurith Assyriaca* (Scriptura)? *Quia beatificata est in Scriptura*, hoc est in Decalogo scripto digito Dei, & qua vsus est Moses, dùm suum Pentateuchum scripserat: nam alia certè non est vsus qaum ea, quam ipsemet Deus fecerat Deut 10. 4. Hæc apud Iudaicam gentem conseruata est, quousque in Babylone inter captiuum populum, ob illius venerandam antiquitatem & sanctitatem *Asciurit Beata* seù recta, appellata est; eamque ex Assyria Ierosolymam secum reducentes Iudæi, ob hanc quoque rationem *Asciurit Assyriacam* nuncuparunt. Hinc in *Ghemarà* quæritur למה נקראת אשורית שעלה עמהם מאשור *Cur Vocetur* (hæc Scriptura) *Asciurith Assyriaca? Quia ascendit cum ipsis ex Assyria*. Vtramque etymologicam expositionem affert & laudat Abraham de Balmis in suo מקנה אברם regest. 111. b.

ואולם צורת האותיות היא ואת אשר נכתוב כי יש לדעת שמכתב האותיות אצל העברים הוא על פנים שונים לפי חלוף המדינות אך אמנם המשותף לכל הוא צורת האותיות שקוראים אשורית שהיא מיושרת באותיותיה ויצאה עמנו מאשור וכו':

Veruntamen forma litterarum est hac, qua

adductos renouauit, elegantiores fecit, atque restaurauit, vt Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Chrysostomus, Hilarius, Theodoretus, & alij SS. Patres tradunt, quos citatos inuenies apud Salianum Annal. Vet. Testam. ad ann. 3621. & Bellarminum de Scriptoribus Ecclesiasticis Vet. Test. Adde, quòd si nouo charactere vsus sit Esdras in scribendo Libros Sacros, eo videlicet, quo hodie vtuntur Iudæi, & quem ex Assyria adduxerat; quomodo tot Libros Sacros, videlicet, Pentateuchum, omnes Prophetas, & libros Hagiographos, potuerit ipse noua literatura & apicibus, adinuento prorsùs humano componere & scribere? Et cùm ipse tot tantaq; recenseat, quæ poterant sine vllo Historię præiudicio reticeri, vti sunt ea, quæ I. Esdræ c. 7. & 8. describuntur; cur de tanta hac mutatione characteris Hebraici in Assyriacum, quo tota œconomia Librorum Sacrorum perturbaretur, nullà planè fecerit mentionem? Credibile igitur nullo modo est, voluisse Esdrà tot incommodis subijci Scripta Sacra, & populum Iudaicũ tàm graui pondere addiscendi nouum characterem onerare. Sed quid dicemus ad locum Talmudicum ex *Sanhedrìn* allatum, quo disertè dicitur, Israëlitas tempore Esdræ elegisse pro se Scripturam Assyriacam, & reliquisse Idiotis, id est Cuthæis, siuè Samaritanis Scripturã Hebraicam? Respondeo Scripturam, siuè characteres Hebraicos non distingui essentialiter à Scriptura, siuè characteribus Assyriacis sed tantùm accidentaliter vti distinguitur imperfectius à perfectiori. Scriptura quippè Hebraica appellatur à *Ghemarà* ליבונאה *Libbonà, Libbonica*; Libbonica autem scriptura dicitur à Rabbi Sa-

nenfibus exhibetur, Interpretis indocti Hebraicæ linguæ, vel ofcitantis incuria multa menda emendanda eſſent, ſi ad incudem, vel ad limam reuocarentur. Ex quibus euidenter patet, huiuſcemodi Pentateuchi Samaritani verſionem ex Hebraico exemplari fuiſſe adornatam: nam apud Hebræos nonnullæ literæ quodammodo ſimiles inueniuntur, inter quas (vt alias omittam) connumerantur literæ ה & ח, quæ apud Samaritanos adeò diſſimiles ſunt, vt, non facilè quis decipi poſſit vnam pro alia accipiendo. *Hè* ſiquidem ita apertum eſt, vt illud à *Chèth* etiam à lippo homine primo intuitu diſcernatur, & tamen Exod. 10. 13. ה *He* Hebraicum mutatur in *Chèth* Samaritanum, vbi: *Et Dominus* נהג *duxit ventum orientalem*, Interpres Samarita mutauit ה *He* in ח *Chèth*, & legit נחג verbum fictitium, & nullius ſignificati ſubſtituens. Reliqua huius Interpretis quàm plurima menda ab alijs diligenter notata, ne ſimus prolixiores quam par ſit, relinquimus. Hinc ſequitur, quòd Pentateuchus Samaritanus poſterior ſit Hebræo, quia eius tranſlatio ex Hebræo Pentateucho facta eſt. Dicat nunc Ioannes Morinus, ſi valet, Præfatione in Mag. Biblia Pariſ. Sect. 6. pugnans pro Pentateucho Samaritano, *ſe ſuum Samaritanum purum putum Moſis Pentateuchum deprehendiſſe*, cùm tot defectus in eo deprehendantur à Viris eruditis. Neque locus adductus à Morino ex Gen. 4. 8. *Eamus in agrum* probat antiquitatē huiuſmodi Pentateuchi: nam hęc verba licèt reperiantur in Hebræo, non ideò propter hoc corrigendus Hebræus Textus ex Samaritano, tamquā antiquior ex recentiore;

qua ſcribemus: quia eſt ſciendum, quòd Scriptura literarum apud Hebræos eſt ſecundùm modos diuerſos iuxtà varietatem Regionum: Sed communis omnibus eſt forma literarum, quam vocant Aſciurith: Quia eſt recta in literis: Et exiuit nobiſcum ex Aſſyria &c. Eſt מאושרת *Meiuſcèret recta*, hoc eſt elegantiſſima, & beata in literis, quia ſemper hæ literæ conſeruatæ, nec vnquam immutatę ſunt, vtpotè digito Dei conſecratę, & quas eduxerunt ex Aſſyria, & ſecum adduxerunt Ieroſolymam, retinentes eas ſumma veneratione vſque ad hodiernum diem, literis alijs Hebraicis inferioris ordinis, quibus ſcribuntur amuleta & מזוזות *Mezuzòth*, relictis, pro Idiotis, id eſt Cuthæis ſeù Samaritanis, veluti vulgaribus, & profanis, qui eas recipere noluerunt, ne communicarent Iudæis, cùm non vtantur Iudęis Samaritani. Quod quidem veriſimile eſt, præſertìm cùm prouocati fuerint à Iudæis, qui ſimul congregati in Templo tàm ſolemniter eos anathematizarunt, & proſcripſerunt omne commercium cum Samaritanis, vt ſcribitur in R. Elièzer. Ad argumentum igitur reſpondeo: Eſdras elegit pro ſe ſcripturam Aſſyriacam, quæ non eſſet Hebræa, nego: quæ eſſet Hebræa &, perfectior ea, quæ vocatur *Libbonica*, concedo: & reliquit ſcripturam Hebraicam Cuthæis, ſi voluiſſent eam recipere, concedo: eam verò recepit, nego. Remanſerunt itaquè Samaritani cum priſco ſuo Pentateucho recepto à Miſſionario Sacerdote, dialecto Chaldaica compoſito, & characteribus Cuthaicis exarato: nam in alio Samaritano Pentateucho, cuius verſio literam Hebręam ſequi videtur, & in Biblijs Polyglottis Londi-

est, quod Ioseph Scaliger dixit de Pentateucho Samaritano lib. 7. de emendatione temporum p. 662. *Totidem literis, ne vna quidem minus, aut amplius Pentateuchum legunt* (Samaritani) cùm multa & varia sint, quæ in Pentateucho prædicto redundare, vel deficere deprehenduntur: non tamen vera sunt, quæ à mendace & fabuloso R. Beniamino in suo Itineratio dicuntur de Samaritanis pag. 62. editionis Lugdunensis Batau. in paruula forma quod -

אין להם (לשמריטנוש) שלש אותיות ה׳ וח׳ וע׳ ה׳ מן אברהם אבינו ואין להם חור ח׳ מן יצחק אבינו ואין להם חסר ע׳ מן יעקב אבינו ואין להם ענוה :

Non habent (Samaritani) *tres literas* ה *He*, ח *Chèth*, *&* ע *Aijn*; ה *He carent in nomine patris nostri Abraha*, *Vnde non habent gloriam*; ח *Chèth in nomine patris nostri Itzchak*, *& carent misericordia*, *& litera* ע *Aijn in nomine patris nostri Iaakob*, *& carent mansuetudine*. Et addit -

ובמקום אלו האותיות משימין א׳ ובזה הדבר נכרים מאינם מזרע ישראל כי אם יודעים תורת משה חוץ מאלו שלש אותיות :

Et loco istarum trium literarum substituunt א *Alèph*, *& in hoc cognoscuntur, quòd non sint ex semine Israelis, cùm sciant Legem Mosis, tribus his literis exceptis*. Hæc calumnia ideò creditur à Iudæo homine contra Samaritanos excogitata, vt Iudæorum infensum animum contra eosdem excitando ampliùs quàm par sit odisse sciant, cùm principalioribus virtutibus carere doceat tribus hisce literis significatis. Quod quàm falsum sit, Pentateuchum ipsum Samaritanum aspicienti veritas ostendit. Non ex hoc capite postponitur Pentateuchus Samaritanus Hebræo, sed ex alijs plurimis; *O-ri-*er: non probare inquam antiquitatem Samaritani Pentateuchi, sed illius potiùs redundantem superfluitatem, vt notauit S. Hieronymus quæst. Hebr. hîc. *Subauditur* (inquit *Iea*, *quæ locutus est Dominus*. *Superfluum ergo est, quod in Samaritanorum, & nostro Volumine reperitur: Transeamus in Campum*. Pro nostro Volumine, intelligit versionem LXX. quæ inter Ecclesias præsertim Orientales à Hieronymo frequentatas euulgata erat, & eodem modo cum Samaritano legebat Volumine. In Codicibus verò Hebraicis ista non leguntur, sed subintelliguntur: sensus enim ibi est ellypticus, vti quamplurimi reperiuntur in sacris literis, vt notat R. Salom. in Gen. 1. ver. 1. & nos addimus illud 2. Sam. 5. versic. 8. *Et dixit Dauid in die illa* כל מכה יבוסי *Omnis qui percusserit Iebusæum*. Vulg. legit: *Proposuerat enim Dauid in die illa præmium, qui percussisset Iebusæum*: & non exprimitur ibi aliquid de præmio, & mutus redditur sensus. Sic in hoc loco Genesis, non exprimitur, quid Cain ipsi Abeli dixerit, sed quòd aliquid ei dixerit certum est: huius ignoti sermonis Caini relinquitur signum, hiatus scilicèt; at Rabbi Salomon dicit: Cain -

נכנס עמו כדברי ריב ומצה להתעולל עליו להרגו :

Ingreditur cum eo (Abele) *verbis litigiosis, vt occasionem arripiat aggrediendi eum & occidat*. Quod videtur inuerisimile, voluisse eum in campum ducere verbis iniurijs, à quo retraheret potiùs, quàm adduceret. Verisimilius ergo est, verbis blandis & pacificis, sed captiosis eum foras duxisse, quod & Vulgata expressit: *Egrediamur foras*: quæ licèt de Textu Hebraico ea non sint, eum tamen mirificè explicant. Non igitur verum

cap. 6. ver. 3. Et quia huiuſmodi Sacerdos, erat ex antiquis Samaritanis Hæreticis cricumciſis, ideò docebat colonos Samariæ, quomodo colerent Dominum, nimirùm eos circumcidendo, vt dicitur in *Perakim* R. Eliezèr. Ex hac igitur ratione Samaritani, licèt origine Iudæi non ſint, Iudæorum tamen Hæretici propter circumciſionem dici poſſunt. Tradunt Iudæi משנה *Miſcna* Commentatores ſuper Cod. *Berachòth* cap. 7. numero 1. quòd Cuthæi, ſiuè Samaritani aliquando fuerint Legis Moſaicę diligentiſſimi cultores, & ideò non arcebantur à conuiuio Iudæorum, ſed poſtquam cognitum fuit eos in monte Gharizìm imaginem Columbæ coluiſſe, tamquam Idololatræ à communi commercio reliquorum Iudæorum reiecti ſunt. Vide *Bartenoram* ad locum Miſcnæ citatum. Hinc eſt quòd Samaritani apud Lucam cap. 9. ver. 53. noluerunt recipere Dominum Ieſum, quia facies eius erat euntis in Ieruſalem; nam ſicut Iudæi, Samaritanos hæreticos eſſe dicebant; ita & viciſsìm Samaritani, Iudæos eſſe contendebant, idcircò non coutebantur Iudæi Samaritanis, vt dicitur Ioan. 4. 9. vnde magnæ ſimultates, & inimicitiæ propter religionem exortæ ſunt inter eos. Huius diſſidij duo præcipua capita indicantur à muliere illa Samaritana: Primum, quia cùm Samaritani prognati eſſent ex Gentilibus, exiſtimabant ſe eſſe filios Iacob ver. 12. *Numquid tu maior es Patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?* In deſcriptione Terræ Sanctæ Hebraicè R. Iacobi Bar Abraham Tzadik, puteus, qui & יעקב עין *fons* ibi dicitur *Iacob*, ponitur in Samaria inter Bethel, & Hebàl.

Se-



rigine; auctoritate Scriptoris; lingua, qua ſcriptus; Charactere, quo exaratus; & auctoritate, quam hactenùs in Eccleſia obtinuit.

Origine, quia occaſione Cuthæorum Gentilium habitantium in Samaria, vndè Samaritani dicti ſunt, vnà cum Idolis verum Deum colentium, cœptus eſt inter eos cognoſci Pentateuchus Samaritanus. Quod cùm factum ſit poſt captiuitatem decem Tribuum, non poteſt origine comparari cum Pentateucho Hebraico.

Scriptoris auctoritate: Quia huiuſmodi Pentateuchum prædicti Cuthæi Gentiles à Sacerdote profano, & Hæretico receperunt, qui erat ex Sacerdotibus, qui ex Samaria captiui ducti fuerant 2. Reg. 17. 28. hi autem erant Sacerdotes profani, quia non de filijs Leui, vt dicitur 1. Reg. 12. 31. & hæreſim ſuam manifeſtauit, quia habitauit in Bethel 2. Reg. 17. 28. confirmans & ſtabiliens in eo ſchiſma, & hæreſim, imò & Idololatriam vituli aurei ibidem olim erectam domicilio ſuo approbauit. Ideò vocem Deuter. 27. 4. in monte *Hebàl* mutauit in monte *Gharizìm*, vt Sacrificia, quę ſuper montem Hebàl præceperat Moſes offerri, ne viderentur ſuper montem maledictionum oblata Deo fieri, mutauit in propinquum montem Gharizìm fertilitate inſignem, vbi credibile eſt ibidem Altare erexiſſe & ſacrificaſſe, ſicut ſucceſſu temporis conſtructo ibidem Fano Sacrificia obtulerunt poſteri Samaritæ, velut Ieroſolymis fieri ſolebat: quod vtrumque poſtea à Gentilibus profanatum, Ieroſolymitanum quidem Templum Iouis Olimpij cognominarunt; in Gharizìm verò Iouis Hoſpitalis 2. Mach.

character non est conferendus cum Hebræo charactere, quo scriptus est sermo Diuinus, & digito Dei sacratus.

Auctoritate, Quam hactenus in Ecclesia obtinuit huiusmodi Pentateuchus Samaritanus? Nisi S. Hieronymus de eo aliquando fecisset mentionem, vsque ad nostra ferè tempora latuisset Pentateuchus Samaritanus, nec de eo aliquid sciuissemus: nec Ecclesia aliam auctoritatem eidem attribuit, quàm tribuat alijs versionibus, & paraphrasibus Chaldaicis, auctoritatem scilicet humanam.

At si demùm pro antiquitate huius Pentateuchi Samaritani, & illius characteribus opponantur antiquissimi Sicli, literis Samaritanis impressi: Respondeo, eorundem Siclorum antiquitatem probandam esse, & tempore Regum Israëlitarum regnantium in Samaria fuisse cusos; quod cùm non probetur, argumentum à Siclorum antiquitate petitum corruit, imò ab ipsis Siclis contrarium probatur. Legitur in Siclo allato à R. Mosè Bar Nachmàn, & nobis exhibito ab Azaria de Haadumìm in *Meòr Enàim*, capite 56. pagina 171. b. literis Samaritanis malè efformatis, sed characteribus Hebraicis explicatis, quas in literas modernas Samaritanas traduximus.  שקל ישראל *Siclus Israëlis*, & ex alia parte  ירושלים הקדושה *Ierusalem Sancta*. Iam certum est ex historia libri Regum, lib. 3. cap. 12. ver. 28. prohibitum fuisse Israëlitis, ne vltra ascenderent in Ierusalem, hoc est ne solemnitates ampliùs agerent Ierosolymis, neque Sacerdotibus, quæ debebantur iuxta Legem munera, vlteriùs darent, aut dimidium Si-

Secundum Caput est circà cultum Diuinum, nimirùm de loco, vbi Deus esset colendus, ibid. ver. 20. *Patres nostri* (inquit) *in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis; quia Ierosolymis est locus, vbi adorare oportet*. Hinc patet error Cuthæorum, siuè Samaritanorum: quia si pro Patribus intelligatùr Iacob, & eius filij, nusquam legitur, Iacob, aut eius filios adorasse, hoc est sacrificium obtulisse Domino in monte Garizìm, vt contendunt Samaritani, sed in monte Hebàl, in quo præceperat Moses offerri holocausta. Ibi Iosue extructo Altari de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigerat, obtulit super eo holocausta Domino, immolauitque pacificas victimas, vt in eius libro refertur cap. 8. 31. Quòd si loco *Hebàl* in Pentateucho Samaritano legatur *Garizìm*, est deprauatio Interpretis secundùm quod solent nonnulli Interpretes infideles aliquando mutare verba, vt Scripturam, quam transferunt ad sua peruersa dogmata traducant. En quantæ existimationis esse debeat Pentateuchus Samaritanus, ab homine schismatico, & hæretico traductus.

Lingua qua scriptus? Patet euidenter scriptum lingua, siuè dialecto Chaldaica, & potiùs Paraphrasim esse, quàm translationem.

Charactere quo exaratus? Charactere Cuthæo, nam Cuthæis erat tradendus: charactere ergo Cuthæis noto, nullus autem extraneus, & peregrinus character erat eis notior, & familiarior eo, quem à pueritia in patria didicerant; hic autem erat character Cuthæus, ergo charactere Cuthæo, & patrio exaratus fuit Pentateuchus Samaritanus. Huiusmodi autem

eum literis Samaritanis, quæ procul dubio recentiores sunt, & vsu tantùm receptæ post scriptum Pentateuchum à Sacerdote Missionario, pro institutione Cuthæorum in Samaria habitantium, secundùm rationes & momenta superiùs ponderata, quibus addi potest, Siclos exhibitos à Villalpando cum literis Samaritanis, & ex eo à Vuoltono, Hottingero, & alijs, antiquiores non esse, quàm fuerint numismata à tempore Hasiamonæorum, ante Christi natiuitatem circiter annis 130. cusa, vti sunt & alia similia. Non igitur huiusmodi fictitij Sicli cum literis Samaritanis impressi vllam prorsùs de antiquitate characterum Samaritanorum, supra characteres Hebræorum fidem faciunt. Alia argumenta in fauorem antiquitatis characteris Hebraici adduci possent ex Talmude, quorum auctoritate conuincerentur Iudæi, si qui essent, qui contrariæ sententiæ adhærerent: nam ipsi tenentur credere suo Talmudi plusquàm teneantur credere Legi Diuinæ, & eos, qui derident verba Sapientum, eorum scilicet, qui composuerunt Talmudem, damnant in Infernum, & in Caldariam ebullientis stercoris proijciunt, vt notaui suprà Parte III. pagina 398. Itaque isti Sapientes Talmudistæ Cod. *Sciabbàth*, cap 12. pag. 104. linea 1. dicunt - אמר רב חסדא מ"ם וס"מך שבלוחות בנס היו עומדין : *Dixit Ràu Chasdà : Mem, & Samech, quæ erant in Tabulis* (Legis) *miraculosè* (hoc est pendulæ in aëre) *stabant*. Quod & refertur in *En Israël* Par. I. pag. 70. b. linea quinta post n. 64. Quòd si dictum Ràu Chasdà fuisset verum, optimè quidem concluderet argumentum, quia litera ם finalis

est capitatim pro emptione agnorum mane, & vespere in Templo Ierosolymitano offerendorum, abrogatis omnibus, quæ ad Dei cultum pertinebant, ab impio Ieroboamo, quæ à successoribus Regibus Israëlis rata omnia habita sunt, & profanum existimatum quicquid Ierosolymis factum fuisset circa religionem. Quomodo ergo credendum est prænotatum Siclum à Regibus Israëlis cusum fuisse cum inscriptione, *Ierusalem Sancta*, & *Siclus Israël*, si Reges isti Israëlitarum regnantes in Samaria inimici erant Ierusalem, & Templi? Dices: Prænotatum Siclum ab Azaria exhibitum, non fuisse cusum tempore Regum Israël, sed tempore Dauid Regis, a quo vniuersus Israël regebatur, ideò rectè inscribi poterat *Siclus Israel*, & *Ierusalem Sancta*: & quia literæ huius Sicli, sunt literæ Samaritanæ, ideò huiusmodi literæ Samaritanæ tempore Dauid, ac proinde priùs quàm Cuthæi ex Assyria in Samariam venissent, extabant. Respondeo; & huic Siclo Samaritano tempore Dauid cuso alium Nummum oppono, cusum pariter tempore eiusdem Dauidis, & Salomonis, quem suprà pag. 160. retuli. At in eo cernuntur literæ Assyriacæ, inuentæ (vt dicitur) ab Esdra: ergo ante Esdram præfatæ literæ extabant; igitur ab Esdra non fuerunt inuentæ. Regeres: Nummum suprà exhibitum cum inscriptione דוד המלך ובנו שלמה המלך modernis literis exculptum esse suppositititium, & falsum propter rationes suprà allatas, & ex eo non probari antiquitatem moderni characteris ab Esdra adinuenti. Idem planè & ego eodem modo dico de Nummo nuper inuento à Rambàn, & nobis exhibito ab Azaria

ver. 9. legitur: *Scripsit itaque Moyses Legem hanc &c.* Et ver. 19. eiusdem Capituli, eidem Mosi, & vniuerso populo præcipitur: *Scribite vobis Canticum istud* (hoc est) *Audite cæli quæ loquor.* Et versic. 22. *Scripsit ergo Moyses Canticum &c.* quod in Deuteronomio reperitur. Ergo Lex, quæ in Deuteronomio replicatur, scripta fuit à Mose, & non à Mose scriptum aliud Canticum Exodi 15. 1. quia ibi dicitur אז ישיר משה את השירה הזאת וגו׳ *Tunc cecinit Moses Canticum hoc &c.* Et non dicitur: *Et scripsit Moses Canticum istud*, vt habetur Deuter. 31. 22. Imò ex hoc loco colligunt Doctores Hebræi deberi à singulis Iudæis scribi totum Pentateuchum. Hinc R. Bar Maijemon *Halachòth Sephèr Thorà* cap. 7. num. 1. ait -

מצות עשה כל איש ואיש מישראל לכתוב ספר תורה לעצמו שנאמ׳ (דברים ל״א : י״ט) ועתה כתבו לכם את השירה כלומר כתבו לכם תורת שיש בה שירה זו׃

Præceptum est affirmatiuum omnibus Viris Israëlitis, vt sibi scribant Librum Legis, S. D. (Deuteron. 31. 19.) *Et nunc scribite vobis Canticum, ac si diceret; Scribite vobis Legem, in qua est huiusmodi Canticum.* Quamuis hęc probatio insulsa sit, & Rabbinica. Clariùs probatur ex eodem capite 31. ver. 24. 25. & 26. Mosen totum Pentateuchum scripsisse, dicitur enim ibi -

ויהי ככלות משה לכתוב את דברי התורה הזאת על ספר עד תמם : ויצו משה את הלוים נשאי ארון ברית יהוה לאמר : לקח את ספר התורה הזה ושמתם אתו מצד ארון ברית יהוה אלהכם והיה שם בך לעד׃

Et fuit, cùm consummasset Moses scribere verba Legis istius super libro vsquequo perficeret ea. Et præcepit Moses Leuitis portantibus Arcam fœderis Domini, di-

 cen-

lis, & litera ם Hebrææ nullum apicem habent, per quem Tabulis coniungi possent, idcircò pendulæ in aëre stetissent miraculosè, quod de literis Samaritanis dici non potest, quia diuersæ omnimodè sunt figuræ, & apices habent. Sed quia quæ dicuntur à Talmudistis plerumque fabulosa sunt, idcircò, ij qui contrariam sententiam tenent, huiuscemodi Talmudistarum momenta ridebunt.

Postremò idem Pentateuchus Samaritanus nullam in Ecclesia Catholica habet auctoritatem, nisi humanam, scilicet eam, quam habent aliæ Paraphrases Chaldaicæ, quæ in maiori existimatione non sunt, quàm sint alij Doctores, qui Sacram Scripturam sunt interpretati: imò, dempta Onkhelosi Paraphrasi, quæ Textui Hebraico magis insistit, reliquæ quia scatent Talmudicis fabulis, maiori ex parte respuuntur, & eidem Talmudi æquiparantur. Pentateuchus igitur Samaritanus victoriæ palmam cedat Hebraico Pentateucho, tam quoàd antiquitatem, quàm quoàd characteres, & Pentateuchum; quem hodie scribunt Hebræi, ijsdem prorsùs characteribus Hebraicis, quibus olim per manus eiusdem Mosis scriptus fuerat, scribi, dicimus; quamuis non totum Pentateuchum, sed tantùm Deuteronomium, quod משנה תורה *Misne Thorà Repetitio Legis* dicitur, à Mose scriptum fuisse existiment nonnulli, quia in eo scriptum est Deuter. 27. 8. *Et scribes super lapides omnia verba Legis planè, & lucidè &c.* Id de Deuteronomio intelligi videtur, in quo verba Legis magìs succinctè, quàm factum sit in alijs quatuor Libris explicatur. Capite autem 31. huius libri

vel etiam Capitum, & quod maius est, sine vlla diuisione versuum, ita vt tota Lex, quæ hodie apparet ornata omnibus hisce diuisionibus, tempore Mosis esset tantùm vnica dictio. Verba Eliæ sunt -

אמת הוא שאין בו ספק שזאת התורה אשר שם משה לפני בני ישראל היה ספר פשוט בלי נקוד ובלי טעמים ובלי סימני סופי פסוקים כאשר אנחנו רואים היום ולפי דעת בעלי הקבלה כל התורה היא בפסוק אחד ויש אומרים תיבה אחת׃

Verum est, nec in eo dubium vllum, quòd huiusmodi Lex, quam posuit Moses coram filijs Israël, fuit liber simplex absque punctatione, & accentibus, & absque signis finis versuum, prout hodie videmus: imò iuxta sententiam Kabalistarum, fuit tota Lex Vt Versus vnus, aut, Vt quidam dicunt, vt dictio vna. Confusio maxima, qua maiorem nullus animus excogitare posset, nec Chaos; adeò vt Leuitæ apud Nehemiam cap. 8. ver. 8. qui ויקראו בספר בתורת׳ האלהים מפורש ושום שכל ויבינו במקרא: *Et legerunt in libro in Lege Dei exposita, & ponendo intellectum, & intellexerunt in Scriptura:* nunquam potuissent ex hoc implicatissimo labyrintho se extricare. Contrarium docent Doctores Talmudici Cod. *Nedarim* capite 4. pag. 37. b, qui explicant verba Nehemiæ ושום שכל, *& ponendo intellectum* אלו הפסוקים *Isti* (inquiunt) *sunt versus* (Scripturæ). Ergo tempore Esdræ non erat Sacræ Scripturæ corpus, massa quædam informis, vnica tantùm dictione coaceruata, ex qua postea tot, & tam variæ distinctæ dictiones emerserint, vt per ordinem historia Creationis mundi, Patriarcharum peregrinationes, Legis traditio, & mors ipsius Legislatoris Mosis ordinatim, scribi potuerint. Quòd

fi

cendo: Capiendo librum Legis istius, & ponetis eum ex làtere Arcæ fæderis Domini Dei vestri, & sit ibi in te in testem. Librum Legis non restringere debemus ad Deuteronomium tantùm, sed ad vniuersos quinque Legis libros dilatare, quia & alij quatuor primi ante Deuteronomium libri Legis sunt; & ספר תורה *Liber Legis* vnà cum Tabulis Legis integer repositus fuit in Arca fœderis, ex communi sententia Rabbinorum. Non tamen dicendum, scriptum fuisse obseruatis illis circumstantijs, quas Rabbi Bar Maijmon refert, & docet obseruandas in scriptione libri Legis, de quibus vsque ad superstitionem agit, loco citato à capite 7. vsque ad 10. capitulum inclusiuè, vbi satis accuratè etiam de פרשיות *Parasciòth Sectionibus* Pentateuchi agit; & nos de eisdem abundè tractauimus Parte II. pagina 593. & sequent. circa quas nil aliud repetendum putamus. Hinc apparet, quomodò totus Pentateuchus diuisus sit in Quinque Libros; Libri in diuersas Sectiones; Sectiones in nonnulla Capita; & Capita in multiplices versiculos.

Quæritur igitur, quisnam fuerit Auctor diuisionis Pentateuchi in libros, Sectiones, Capita, & Versus?

§. XLI.

Respondeo: Pentateuchum, ex sententia Cabalistarum secundùm quod refert R. Elias Germanus, Præfatione III. Libri Masòreth, fuisse scriptum à Mose sine vlla distinctione librorum, sine vlla Sectione materiarum,

gruentiùs putent, nullam in Lege, aut in aliqua alia Veteris Testamenti parte fuisse adhibitam distinctionem à principio, quia nunquam SS. Patres illius meminerint, cùm in Commentarijs suis, non Capita, sed Historiæ initium, à qua incæperint, & in quam desierint, annotarint: Resp. ideò id factum fuisse à Sanctis Patribus, quia Historias quasdam Veteris Testamenti explicandas susceperunt, vt Augustinus fecit ab exordio rerum, donec de Paradiso dimissus est Adam, vt ipse refert l. 2. Retract. Cap. 24. nec enim necesse illi fuerat, tria priora Capita Geneseos recensere, vbi præfata historia continetur, sed sufficit illi eius partes explicare, in 12. libros diuidere, eosque in diuersa capita subsecare. Quod idem fecisse constat S. Gregorium, qui Librum primum Samuelis à principio vsque ad vnctionem Dauidis in Regem commentatus est. Sed si extra Pentateuchum pedem efferre voluerimus; nonne videbimus, Psalmos in centum quinquaginta veluti sectiones, & capita ad vsque tempora Christi fuisse diuisos? Nam legimus Actor. 13. 33. *Sicut & in Psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Si autem dicatur, Psalmos non in capita, sed in diuersos Psalmos esse distinctos; ego regero: Parum refert, quòd Psalmi non sint distincti in capita, dummodò in multiplices Psalmos tamquam in diuersa capita sint discreti. Siquidem capita libri Hebraicè dicuntur פרקים *Perakim*, *Disruptiones*, *dilacerationes*, quia Liber diuersis hisce capitibus quodammodò dilaceratur, licèt vocabulum פרק *Pèrek* non scribatur, sed Alphabeti literis numeralibus tantùm indicetur, vt in Biblijs excu-

si dixeris: Hoc ab Esdra Protoscriba, Deo sic dictante, factum est; ego regero: Ergo ante Esdram sine Lege erant Hebræi, cùm non distinctam Legem, sed pro Lege vnicam tantùm, & ferè interminatam dictionem haberent: & quinam ex ipsis eam legere sciuissent? Certè Ioab, ex doctrina eorundem Talmudistarum, Cod. *Baua Batrà* pagina 21. quia in vnica dictione זכר deceptus est à Magistro suo, eundem occidisse tradunt. Ergo ante Esdram Lex Diuina non vnica dictione, aut vnico versu, sed pluribus, vt hodie videmus, concludebatur. Confer Dissertationem nostram de Punctorum, seù Vocalium Hebræorum origine, & antiquitate Parte I. pag. 141. in qua quamplurima argumenta inuenies, quibus probari poterit, tempore Esdræ Protoscribæ extitisse distinctionem versuum Biblicorum, & per consequens etiam capitum. Nam si Pentateuchus à prima sua origine in versus fuit distinctus: ergo illi versus fuerunt numerati. Non est autem verisimile, quòd omnes versus libri Legis simul numerati fuerint, cùm illorum summa secundùm Massoretarum calculum ascendat ad 5845. versus. Siquidem in libro Geneseos numerauerunt versus א״ף ל״ד 1534. in libro Exodi א״רט 1209. Leuitici נ״שף 859. Numerorum ארפ״ח 1288. Et Deuteronomij חנ״ץ 955 תשע מאות וחמשים וחמשה Congruum itaque fuit, vt isti 5845. versus totius Legis Mosaicæ distribuerentur in quædam Capita, & Capita in aliquot libros. Ergo existimandum est, etiam ab ipsa sui origine, vel saltem tempore Esdræ in prænotatos libros, Capita, & Versus eandem Legem fuisse diuisam. Quòd si aliqui con-

ſis, & fundamentum cæterorum Sacrorum librorum, in eo ſiquidem primò ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt Actor. 13. 32. & in Euangelio apud Lucam cap. 1. 55. in Cantico B. M. V. legimus: *Sicut locutus eſt ad Patres noſtros Abraham, & ſemini eius in ſæcula.* Quin & ipſe Dominus de ſemetipſo teſtatur, eodem Euangeliſta referente cap. 24. 44. *Quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me.* Etenim Chriſtus Dominus eſt obiectum illud, quod omnes Scripturæ reſpiciunt; nec Prophetæ de alio prophetarunt, niſi de Chriſto. Hanc veritatem cognouerunt, & ipſi Talmudiſtæ, nam in Talmude Cod. *Berachòth* cap. *En Omedìn* pagina 34. b) circà medium dicit Rabbi Iochanan כל הנביאים כולן נתנבאו אלא לימות המשיח: *Omnes Prophetæ non prophetauerunt, niſi de diebus Meſſiæ.* Cùm enim in Lege potiſſimùm de Chriſto agatur, eiuſque fides ac religio in Patriarcha noſtro Abraham Patre credentium commendetur; eius obedientia in Iſaaco, & manſuetudo in Iacobo; congruum erat, vt poſteriores Prophetæ ſuis vaticiniis, hiſtoricis narrationibus, parabolis, ſacriſque alijs alluſionibus ad Chriſtum tamquam ad finem; & complementum totius Legis referrentur. Hinc Eſdras Protoſcriba Spiritus Sancti afflatu, omnes huiuſcemodi Sacros Codices in vnum collegit, diſpoſuit, in ordinem digeſſit, & poſt Sacrum Legis Moſaicæ Librum ſepoſuit. Hunc ordinem Eccleſia Catholica approbauit, recepit, ac fidelibus propoſuit cuſtodiendum. Synagoga quoquè in ſua incredulitate poſt Chriſti aduentum perſiſtens, eundem ordinem Sacrorum excuſis apparet; vel ingenti ſpatio inter vnumquodque caput relicto; ſignum fiat diuiſionis eorundem, vti in pleriſque Biblijs Manuſcriptis, & in nonnullis etiam impreſſis videre eſt. Parum igitur refert, quòd huiuſmodi capita hoc, vel illo modo nominentur, aut indicentur; dummodò diuiſionem Libri oſtendant.

Pſalmorum liber hodie à Iudæis in quinque libros diuiditur; & antiquis temporibus in 150. Pſalmos tamquam in diuerſa capita diſpertiebatur, licèt non nominentur, ſed tantùm literis Alphabeti indicentur. Idem fit in reliquis Sacræ Scripturæ Libris; capitibus nullibi nominatis. Huius autem diſtinctionis capitum, vel quocumque alio vocabulo placuerit appellari, & iam in ipſo Pentateucho religiosè ſcripto, & in arca Synagogali eodem cultu aſſeruato, veſtigium aliquod animaduertimus: nam Canticum, quod habetur cap. 15. Exodi, & aliud quod in fine vitæ Moſes cecinerat, adeò ſunt à reliquis Scripturæ Sacræ partibus diſtincta, vt primo intuitu appareat, ea eſſe capita omninò à reliquis partibus Scripturæ ſeiuncta. Maneat ergo huiuſmodi diuiſiones, quas hodie פרקים *Perakim* appellitant, & nos capita appellamus, fuiſſe in principio à Legiſlatore adinuentas, vel ab Eſdra Sacrorum Librorum reſtauratore, ad maiorem ipſius Sacræ Scripturæ diſtinctionem, & dilucidationem adhibitas.

Præter minora capita apparent in Pentateucho Hebraico aliæ Sectiones maiores, quas ipſi פרשיות *Paraſciòth* nominant, & eas hic nos ſilentio prætermimus, cùm de his iam Parte II. ſuper abundè actum ſit pagina 593.

Pentateuchus autem Moſis eſt ba-

rum

guas. Istarum omnium Biblior. Hebr. quæ ad manus meas peruenerunt, vel aliundè de eis notitiam habui, vt illorum notitia ad posteros deueniat, & memoria conseruetur, sequentem Catalogum texere constitui, seruata tamen serie annorum Christi, indicato loco impressionis, nomine Impressoris insignioris, & illius, qui in causa fuit, vt imprimerentur, & tandem forma, qua editæ sunt, recensitis.

Catalogus Sacrorum Bibliorum Hebraicorum impressorum in totum vel in partem ab anno 1488. *vsque ad annum* 1684.

§. XLII.

1488. Omnium primi ex Hebræis, qui in Italia Sacros Codices Hebraicos cudere cæperunt, fuerunt Hebræi Soncinates, de quibus plura videnda sunt Parte I. huius Bibliothecæ pag. 432.

1494. Biblia Hebræa nuda in folio, & in 4. correctissimè. Ex Buxtorfio in Biblioth. Rabbin. Ibidem quoque in 8. excusa, typo minúsculo eleganti cum punctis. Ex eodem.

1511. Biblia Hebræa in 4. typis euulgare cæpit primò Venetijs Daniel Bombergus Antverpianus, & deinceps sæpiùs recusa.

1514. Nouum Testamentum Græcè & Latinè Complutense anteuertit editionem Veteris Testamenti Hebraici.

1515. Idem Bombergus hoc anno euulgauit Biblia Hebræa cum Targum, & Commentarijs diuersorum Rabbinorum, tamquam fidele depositum illibatum conseruauit, Domino æterna sua prouidentia sic disponente, vt etiam ab ijs, qui foris sunt, Fidei nostræ bonum testimonium habeamus. Hinc videmus infinita propemodùm exemplaria manuscripta per vniuersum Orbem diffusa, vt in eis nulla appareat dissimilitudo, aut varietas substantialis; cùm Massoretæ suo critico quidem, & improbo, sed prorsùs laudando labore, vt sarta tecta, & integra in æuum conseruarentur Sacra Volumina Scripturarum, manus admouerint, & maxima quoquè ac exquisitissima diligentia annotarint. Idemque præstitum est post adinuentam Typographicam artem, quam tanta diligentia prisci illi Artifices, præsertim in Italia Soncinates Iudæi circa annum 1480. quo cæpta est impressio librorum Hebraicorum, Soncini exercuerunt, vt vix post illos alij sint sequuti, qui palmam vnquam Soncinensibus Hebræis eripere potuerint (excipio Bombergium Antuerpiensem, & Venetos Iustinianos). Ex eadem Officina Soncinatensi prodierunt Sacra Biblia Hebraica cum punctis perquam correctissimè excusa per Rabbi Iosuè Salomonem Ben R. Isaaci Nathàn, vt apparet in fine Pentateuchi in folio. Istorum vnum exemplar reperitur in Biblioth. Abbatiæ S. Pudentianæ de Vrbe Congregat. S. Bernardi Ord. Cistercien. sign. num. 3080.

Post hanc Soncinatensium Sac. Bibliorum primam Hebraicorum editionem, quamplurimæ subsecutæ sunt aliæ, vel omnium Librorum, vel illorum aliquot, cum Commentarijs Rabbinorum, vel sine illis; Hebraicè tantùm, vel cum Translationibus in alias peregrinas lin-

tum, quod priùs factum non fuerat, ideòq; מקרא גדולה *Biblia Magna* nuncupantur. In frontispitio ea, quæ ibi continentur, hoc pacto Hebraicè annotantur:

Prima editio Bibliorum Magnorum Bombergiana.

ארבע ועשרים: חומש עם תרגום אונקלוס ועם פירוש רש״י:

נביאים ראשונים ונביאים אחרונים עם תרגום יונתן בן עוזיאל ועם פירוש ר׳ דוד קמחי:

תהלים עם תרגום ר׳ יוסף ועם פירוש רד״ק:

משלי עם תרגום ר׳ יוסף ועם פירוש קב ונקי:

איוב עם תרגום ר׳ יוסף ועם פירוש הרמ״בן ורבי אברהם פריצול:

חמש מגילות עם תרגום ר׳ יוסף ועם פירוש רש״י:

דניאל עם פירוש רש״י ושמעוני:

דברי הימים עם פירוש רש״י ושמעוני:

עזרא עם פירוש רש״י ושמעוני:

תרגום ירושלמי על החומש ותרגום אחר על מגילת אסתר ושערי הטעמים והפרשות שבין בן אשר ובן נפתלי על התורה עם שאר דברים יפים וכו׳:

נדפס עם רב העיון על ידי דניאל בומבירגי מאנוירשא בויניציאה:

Viginti quatuor (libri hoc est Biblia, nempè)

Pentateuchus cum Targum, Paraphrasi Chaldea Onkelosi, & Commentarijs R. Salomonis Iarchi abbreuiatè dicti *Rasci*.

Prophetæ priores (id est Iosuè, Iudicū, Samuelis, & Regum libri) *cum Targum Ionathanis Ben Vzielis, & Commentarijs R. David Kimchij. Et Prophetæ posteriores* (nempè Isaias, Ieremias, Ezechiel, & duodecim Prophetæ minores) *cum Targum Ionathanis Ben Vzielis, & Commentarijs R. D. Kimchij.*

Psalmi cum Targum R. Iosephi (cœci) *& Commentarijs Radàk* (id est R. Dauidis Kimchij.)

Prouerbia cum Targum R. Iosephi, & Kàu Venaki:

Iob cum Targum R. Iosephi, & Commentarijs Harrambàn (id est R. Mosis Bar Nachmàn) *& R. Abrahami Peritzòl.*

Quinque parua Volumina, (videlicet Cant. Cantic. Ruth, Threni, Ecclesiastes, & Esther) *cum Targum R. Iosephi, & Commentarijs Rasci.*

Daniel cum Commentarijs Rasci, & Scimoni.

Paralipomenon cum Commentarijs Rasci & Scimoni.

Ezra cum Commentarijs Rasci & Scimonì.

Adijciuntur in fine -

Targum Ierosolymitanum super Pentateuchum. Et -

Targum alterum dictum *sceni* (id est secundum) *in Volumen Esther*. Et -

De Accentibus Hebraicis, & de varietate Sectionum, ac lectionis. Et -

Vocum inter Ben Ascèr, & Ben Nephtalì; (hoc est inter Orientales & Occidentales, nimirùm inter Babylonicos; & Ierosolymitanos Iudæos.) Hæc cum nonnullis alijs excusa sunt *Venetijs anno* רע״ה 275. min. supputat. Christi 1515. in fol. Et euulgata studio & auspicijs Felicis Pratensis.

Notat Buxtorf. loco citato, hanc editionem vehementer reprehendi ab Elia Germano in Præfatione libri tertij Massòret propter notas Masoreticas illi ad marginem adiectas, suadente, vt nullus ad eas animum ponat: *Nam* (inquit) *qui apposuit eas non potuit discernere inter dextram aut sinistram suam; quia non fuit Iudæus, & in Masora nihil quidquam intellexit &c. Aliquando bonum posuit in textu, & falsum in margine; aliquando*

con-

מש

Cæterùm Franciſcus Ximenius Hiſpanus ex Ord. Min. S. R. E. Card. Archiepiſcopus Toletanus, & Archicancellarius Hiſpaniarum Compluti deceſſit. Eodem anno ſua Complutenſia Biblia ibid. cuduntur. Non an. 1510. vt aliqui puqui putant, neq; an. 1518. vt alij exiſtimant, ſed an. 1517. 6. Idus Nouemb. die Dom. ad ſuperos euolauit. Ciacon.

1518. Venetijs apud Bombergum cum punctis 1. Volum. in 4.

Et Coloniæ Pſalterium quadrilingue Nebien. in folio, vt ſuprà anno 1516. Genuæ.

1523. Biblia Hebræa à Xante Pagnino olim conuerſa eduntur hoc anno Antuerpiæ, fol. CroWęus cit.

Secunda editio Mikrà Ghedolà Bibliorum Magnorum Bombergij.

Hoc eodem anno rursùs Venetijs imprimuntur Biblia Hebræa per Danielem Bombergum in magno folio, & hæc eſt ſecunda editio Bombergiana, quæ magìs quàm prima commendatur: inchoatur hoc anno, & completur anno 1526.

Complectitur hæc editio Targum, Maſoram, & varia Rabbinorum Commentaria.

Pentateuchum cum Commentarijs R. Salomonis, & Aben Eſdræ.

Prophetas priores cum Commentarijs R. Salomonis, R. Dauid Kimchì, & Ralbàg, id eſt R. Leui Ben Gerſon.

Prophetas poſteriores, Iſaiam cum Commentarijs R. Salomonis, & Aben Eſdræ. Ieremiam, & Ezechielem cum R. Salom. & Kimchio. Duodecim minores, cum R. Salomone, & Aben Eſdræ.

Pſalmos cum ijſdem.

Prouerbia, & Iob cum Aben Eſdrę, & Ralbàg.

Bb Da-

contra palpans, ſicut cæcus in tenebris. Hactenùs Buxtorfius ex Elia Grammatico Germano, ob quam rem hæc editio à Viris in Hebraicis verſatis magno in pretio non fuit habita, licèt laudanda ſit ob Commentaria *R. Dauid Kimchì in Pſalmos, Kàu Venakì in Prouerbia, & Abrahami Peritzòl in Iob*, quæ in ſubſequentibus editionibus deſiderantur.

Eodem anno prodijt Vocabularium Hebraicum, & Chaldaicum totius Veteris Teſtamenti iuſſu Cardinalis Ximenez Compluti in fol. quod iterum anno 1577. eodem Eminentiſſ. iubente ibidem cuditur.

1516. Pariſijs Biblia Hebr. Græcè LXX. per Franciſcum Vatablum Hebraicæ linguæ Profeſſorem Lutetiæ. 2. Volumin. fol. euulgantur. CroWeus in Elencho Scriptorum in Sacram Scripturam.

Hoc anno 1516. Genuæ ſub auſpicijs Auguſtini Iuſtiniani Genuenſis ex Ord. Prædicatorum Epiſcopi Nebienſis euulgatum fuit Pſalterium quadrilingue Hebraicè, Græcè, & Chaldaicè cum ſuis tranſlationibus Latinis, in fol.

Hic Prælatus ad Eccleſiam ſuam nauigans tempeſtate abſorbetur an. 1530. Poſſeuinus.

1517. Biblia Hebr. Chald. Gr. & Lat. Complutenſia appellata, exemplo Xantis Pagnini, qui ex Hebraica lingua Biblia Sacra in Latinam verterat, & an. 1509. duobus Tomis cuderat; Ximenius ſuis ſumptibus in ſex Tomos auget, & Compluti euulgat vnà cum Vocabulario Hebr. & Chald. in fol. ſicut antea an. 1515. factum fuerat Antuerpiæ in fol. Tomis ſex.

אהרן: *Et dixit Dominus ad Mosen: Dic ad Aharon &c.* Ex quibus diuersitatibus colligimus, hanc capitum distinctionem, nullam habere auctoritatem Diuinam; licèt dicamus eam esse antiquissimam, & forsan etiam ante Esdram Sacrarum Scripturarum restauratorem.

Post Indicem Capitulorum omnium librorum Sacræ Scripturæ, quæ hic notantur פרשיות *Parasciòth Sectiones*, super quas notata sunt הסימנים *Hassimanim Signa*, siuè *Capita*, sequuntur

סדרי התורה *Sidrè Hattoràh Ordines Legis*, nempè Index Sectionum omnium librorum Scripturæ על פי המסרה *secundùm ordinem Messara*, quæ admodū variant à vulgaribus Sectionibus vsu receptis: nam in vno solo libro Genesis numerantur 42. in hoc Indice, cùm alias & communiter sint tantùm 12. Subinde sequitur Præfatio R. Abrahami Aben Ezræ de ratione interpretandi Scripturam, & super alios modos extollit sensum literalem, quem in hisce suis Commentarijs se secuturum promittit. Post hanc Præfationem illicò sequitur Textus Biblicus, & Targum; Textus Biblicus Hebræus occupat dexteram columnam, Targum Onkhelosi sinistram, inter vtrumque in margine notatur Messarà parua, in fronte, & in calce vtriusque Textus notatur Messarà magna. Aliæ insuper duæ columnæ pro Commentarijs Rabbinorum relinquuntur; in interiori, hoc est in parte dextra primò ponuntur Commentarij R. Salomonis, & in externa columna Commentarij R. Aben Ezræ. Huiusmodi ordo seruatur vsque ad finem Pentateuchi, vbi finitur Pars I. Hebraicorum Bibliorum. Postea sequuntur aliæ tres Partes cum Commentarijs.

Danielem cùm Aben Ezræ, & R. Saadia Gahòn.

Esdram cum R. Salomone, & Aben Ezræ. Quinque libellos cum ijsdem.

Paralipomenon cum R. Salomone.

Præmissa Operi sunt, primò Præfatio R. Iacobi Ben Chaiim, de *Messarà*, קרי וכתיב *Kerì & Chetiu, scripto & lecto*, & תיקון סופרים *Tikkùn Sopherim, de varietate lectionis, & correctionis Scribarum*. De hoc Auctore videndá est Pars III. huius Bibliothecæ pagina 849. numero 852.

Sequitur Index Capitum omnium librorum Biblicorum, in quibus notandum: non semper conuenire principia Capitum in hoc Indice descriptorum principijs Capitum, quæ in textu Hebraico reperiuntur, cùm aliquando vltimus versiculus antecedentis Capitis sit primus versus subsequentis, vti notatur in 3. Cap. Indicis ex Genes. ויהיו שניהם ערומים *Et erant ambo nudi &c.* quæ verba sunt vltimi versus cap. 2. Genes. Sic cap. 32. eiusdem libri Genes. incipit ab vltimo versu antecedentis capitis, qui ita se habet וישכם לבן בבקר *Et diluculo surrexit Laban in mane &c.* imò aliquando non ab vltimo versu antecedentis capitis, sed ab antepenultimo fit initium subsequentis, vt Exod. 7. incipit à versu 29. incipiente וידבר יהוה אל משה לאמר *Locutus est Dominus ad Mosen dicendo, &c.* qui est antepenultimus antecedentis capitis 6 Caput autem 7. non finitur ad versum: *Et completi sunt septem dies, postquam percussit Dominus flumen.* vt in Textu apparet, sed ex subsequenti capite 8. quatuor primi versus auferuntur, & à quinto versu eiusdem incipit caput 8. Indicis ויאמר יהוה אל משה אמר אל

Græcè, Arab. Chald. cum tribus Latinis interpretationibus, S. Hieronymi, Sanctis Pagnini, & Felicis Pratensis, Græc. LXX. Lat. Vulgatæ. Lugduni in 8.

1534. Sebastianus Munsterus Germanus Apostata, qui Latinè verterat Scripturam Hebraicam, duobus Voluminibus Basileæ euulgauit, in fol.

1539. Parisijs Robertus Stephanus Impressorum omnium sua ætate solertissimus Biblia Hebraica typo eleganti imprimit, ordine librorum minimè seruato: nam primò prodierunt Prophetæ posteriores, in 4. postea anno -

1540. Hagiographa ibidem in 4. Deinde anno

1541. Pentateuchus cum annotationibus & obseruationibus Hebraicis, ibidem in 4.

1542. Ezechiel, ibid. in 4.

1543. Pentateuchus Hebraicè absolutè, in 4.

1544. Prophetæ priores. Ib. in 4. Idem Robertus postquam impresserat Prophetas posteriores eodem anno 1539. euulgauit duodecim Prophetas minores cum Commentarijs R. Dauid Kimchì, à Francisco Vatablo emendatis. in 4. Et anno -

1542. Isnæ prodijt Psalterium Hebraicum cum Commentarijs Dauidis Kimchij Opera Pauli Fagij in paruo fol. minimè castratis, vt postea in alijs editionibus factum est. Et in fine libri seorsim adiectæ sunt omnes obiectiones Kimchianæ aduersus Christum, & Religionem Christianam. Fuerunt postea translatæ in linguam Latinam, & confutatæ à Genebrardo in suo libello ad hunc finem edito Parisijs, in 4.

Bb 2 *Quar-*

tarijs, vt suprà, notatis. In quarta verò Parte, & in fine ipsius adijciuntur -

Primò, de Punctis vocalibus, & Accentibus Tractatus R. Iacobi Ben Chaiim suprà laudati.

Secundò, Messarà magna ordine Alphabetico ab eodem R. Iacobo Ben Chaiim disposita.

Et tertiò, varietas lectionis inter Ben Ascèr, & Ben Naphtali.

1523. Postea anno Iudaico רפ״ג 283. min. supput. Christiano 1523. ab eodem Daniele Bombergo Venetijs impressus est Pentateuchus cum Targum, Commentarijs Rascì, id est R. Salomonis Iarchì חזקוני & *Chizkuni*. Item חמש מגילות *Quinque parua Volumina* cum Commentarijs Rascì, & R. Abrahami Aben Ezræ; & *Haphtaròth Lectionibus* ex Prophetis desumptis cum punctis diligenter excusus, & correctus, in fol.

1525. Pisauri, ab Impressoribus Soncinatensibus Iudæis excusi fuerunt Prophetæ posteriores cum Commentarijs R. Dauid Kimchij, anno Iudaico 285. in fol.

Tertia editio Mikrà ghedolà Magnorum Bibliorum Bombergij.

Eodem anno 1525. idem Daniel Bombergus Venetijs Biblia Magna Hebræa tertiò euulgat cum Targumim, Commentarijs, & reliquis, vt suprà anno 1523. factum fuerat, in fol.

1530. Ioel, & Malachias cum Commentarijs R. Dauid Kimchij. Basileæ in 8.

Hoc eodem anno Psalterium Hebr. cum tribus Latinis interpretationibus, S. Hieronymi, Sanctis Pagnini, Felicis Pratensis, in 8.

Item, Psalterium octuplex Hebraicè,

Eodem anno Parisijs per Robertum Stephanum Biblia Hebræa Tom. 5. in 16. correctissimè.

1547. Alia Biblia Hebræa in folio cum Rabbinorum Commentarijs, vt suprà sub nomine Bombergij Venetijs euulgantur hoc anno, quæ censenda esset quinta editio Bombergiana, nisi fortè mutatum sit frontispitium, vt impressio recentior appareat; quæ fraus non raro committi solet à Typographis.

Hoc eodem anno Biblia Hebraicè, Chaldaicè, Græcè, & Latinè, Louanij ex Officina Bartholomæi Granij, fol.

1548. Venetijs per Bombergum prodit Pentateuchus Hebręus fol. Et ibidem per eundem anno eodem perquàm eleganter iterum imprimitur cum Targum, & Commentarijs Rasci, Rabbi Mosis Ben R. Nachmân Gerundensis, & R. Isaaci אבוהב *Auuhàu*, cui adduntur quinque parua Volumina cum Targum & Commentar. Rasci; & in fine cum *Haphtaròth* Lectionibus prophetalibus secundùm ritum Synagogæ Hispanorum, & Germanorum. fol.

1551. Pentateuchus Hebr. Latinè cum Annotationibus. Venetijs in 4.

1567. In XII. Prophetas minores Paraphrasis Ionathanis Ben Vziel, Immanuel. Tremel. interpr. Heidelbergæ in 8.

1568. Viuente adhuc Dan. Bombergo, aliæ Officinæ Typographicæ exercere cæperunt artem imprimendi Codices Hebraicos. Ioannes de Ghara non infimum locum inter eos tenuit; & hoc anno Biblia Hebraica euulgauit cum punctis, & accentibus exquisite notatis קרי וכתיב *Keri & Chetiu*, & principijs *Haphtaròth* secundùm ritum omnium

Quarta editio Bibliorum Magnorum Bombergij.

Eodem anno 1542. Bombergius Venetijs anno scilicet Iudaico 302. iterum quartò מקרא גדולה *Biblia Magna* edidit & in quatuor Tomos, vt in alijs factum est, diuisit. In primo Tomo apparet annus editionis 302. Distribuuntur hi Codices eodem ordine, quo in alijs, ita vt in primo Tomo Pentateuchum complectente, Hebręo Textui iungatur Targum, Messarà magna, & parua, & Commentarij R. Salomonis, Iarchi, & R. Abrahami Aben Ezræ.

Tomo secundo, continentur Prophetæ priores cum Targum, Commentarijs Rascì, Radàk, & Messarà.

Tertio Tomo, Prophetæ posteriores, cum Targum, & cęteris, vt in antecedenti.

Quarto Tomo, Hagiographa cum Targum, Commentarijs Rascì, Aben Ezræ, Ralbàg, Sahadià Gahòn, & Radàk. In fine adijciuntur Messarà magna; Commentarij de Punctis R. Iacobi Ben Chaiim. Item, Varietas lectionum inter Ben Ascèr, & Ben Nephtali, & tandem in fine Operum adduntur quædam Carmina in laudem huius Operis, & Bombergij, composita à R. Elia Germano cognomento בחור *Bachùr*.

1544. Parisijs hoc anno iterùm prodierunt Biblia Hebræa per Robertum Stephanum typo illustri eleganter, & correctissimè in 16.

1546. Basileæ, Biblia Hebræa ex versione Sebastiani Munsteri iterum prodeunt 2. Volum. fol.

1545. Psalterium Dauidis trilingue Hebr. Gr. & Latinè, per Petrum Artopœum emendatum. Basileæ in 8.

menti corriguntur,& licèt sint sine punctis, attamen Textus est elegantissimus.

1578. Romæ etiam Geneseon librum impressum fuisse vidimus, notatis tantummodo accentibus distinguentibus, & in margine radicibus deficientium verborum, & versiculorum numeris characteribus Arithmeticis ad Tyronum versantium in Hebraica lingua commodum.

1584. Salmanticæ expurgata & excusa sunt Francisci Vatabli Biblia Hebræa, Græca LXX. & Latina; & editiones ad id exemplar deinceps fideliter cusas probat Posseuinus, de quibus videndus est in Apparatu Sacro Tom. I.

Eodem anno Antuerpiæ ex Officina Plantiniana Biblia Hebræa cum interlineari interpretatione ab Aria Montano olim adornata iterum prodierunt fol.

Et eodem hoc anno 1584. Biblia Hebræa cum punctis ibidem cuduntur duobus Voluminibus in 4.

1586. Geneuæ Vatabli Biblia prostant fol. sicuti sequenti anno.

1587. Idem fit Parisijs in Officina Sant-andreana duobus Tomis in fol. &

Hamburgi noua quadam inuentione, & curiosa per Eliam Hutterum Biblia Hebræa imprimuntur Tomis duobus, in folio, characteribus partim nigris, & partim albis. Nigri characteres indicant literas radicales, & albi seruiles. In principio Operum extant quædam præliminaria super punctis & accentibus alijsque spectantibus ad Grammaticam Hebræam.

Eodem anno Pars II. à Pauli Epistolis vsque ad finem Apocalypsis eodem Auctore. Berlini 1587. fol.

1588. Cubus Alphabeticus linguæ He-

nium Synagogarum, in 8.

1569. Biblia Regia Hebraicè, Græcè, Latinè cum Targumim Onkhelosi, & Ionathanis, & eorundem translatione Latina Ariæ Montani Tomis IX. in fol. Antuerpiæ in Officina Plantiniana. Postea iterum prodijt anno 1571. vt statim.

Huius præstantissimi Operis exemplar in perpolita membrana excusum Philippus II. Hispaniarum Rex dono dedit Papæ Gregorio XIII. quod cernitur in Biblioth. Vaticana sub num. 42.

1571. Biblia Regia Hebr. Chald. Græcè cum singulari versione Latina, Philippi II. Hispaniæ Regis Catholici pietate & studio ad Sanctæ Ecclesiæ vsum, prodierunt aliquot Tomis, elegantissimis typis à Christophoro Plantino adornata, anno Christi 1571. Operi huic magnifico præfuit Benedictus Arias Montanus. Hæc Biblia Biblijs Complutensibus perfectiora & illustriora sunt, Bibliothecis Christianorum Principum satis nota, vtinam & Viris doctis satis trita &c. Ita Buxtorf. in Bibliotheca Rabbinica.

1572. Ex hoc Opere Tomus Biblicus cum interlineari versione Sanctis Pagnini excusus Antuerpiæ in eadem Officina Plantiniana, separatim à toto corpore cæterorum Sacrorum Bibliorum fuit venditus. Et eadem forma in fol. nuper recusus Geneuæ 1619. cum N. T. interlineari, vt suprà apud Petrum de la Rouiere, in fol.

1573. Ex eadem Officina Christophori Plantini Antuerpiæ prodierunt hoc anno Biblia Hebræa minori forma, sed non minori diligentia excusa, ex quibus reliqua scripta Hebraica Veteris Testa-

1591. apud eundem Io. de Garà iussu DD. de Bragadinis excusus fuit Pentateuchus cum Targum Onkelosi, Ionathanis, & Ierosolymitano, ac Commentarijs R. Salomonis; vnà cum quinque libellis cum Targum, & R. Salom., & Esther cum Targum duplici, primo, & secundo. Et *Haphtaròth* Lectionibus Prophet. in 8.

Pagina תקס״ז 767. reperitur quædam tamquam Precatio ad Deum, qua singulis vocibus decem versibus comprehensis eleganter continentur principia omnium פרשיות *Parasciòth* Sectionum Pentateuchi: Hi enim versus, & voces deprecatiuæ sunt -

בראשית : הראשון : הנוח לך : שיראו חיי מצחק :
יצא וישלחנו וישב : הקץ : הגש ונחירה
שמות : ובשמותיך : הראה ובא : לשלח
יתרו : במשפטיך חרמים : ואתה
תשא קהל פקודיך :
ויקרא : ויקרא : צו : ביום : לזרע תורתך : אחריך :
יתקדשו : והאמירם בהר חקיך :
במדבר : מדברנו : נשוא : והעליתנו : ושלח קרח
פרה : בלקתנו : פן חם : מטותינו תסיע :
דברים : הדברים : אתחנן : עקב ראית : שפטינו :
ותצא תבוא : נציבנו : והאזננו : ברכה :

Hebraicæ, Hamburgi, fol.

Eodem anno Antuerpiæ ex Plantin. Biblia Hebræa cum interlineari versione Sanctis Pagnini, & Ariæ Montani correctione, fol. & -

Venetijs, Pentateuchus Hebræus sine punctis imprimitur apud Io. de Gara, cui adduntur quinque parui Libelli, & *Haphtoròth Lectiones* Sabbathinæ ex Prophetis desumptæ, in 24.

Eodem anno 1588. Psalmi, & Daniel Hebraicè, Latinè literis radicalibus à seruilibus variato charactere distinctis ab Elia Huttero, Hamburgi, fol.

1591. Venetijs ann. 351. Christi

cundus, Librorum Veteris Testamenti versionem, Græcè etiam LXX. Interpretum, &c. fol. mediano. Ex Croweo.

Eodem anno Venet. prodierunt Psalmi cum punctis, & Commentarijs R. Dauidis Kimchij in 8.

1597. Biblia Sacra Hebr. Chald. Gr.

Eod. an. 1591. Hamburgi Biblia Τετράγλωττα per suprà nominatum Eliam Hutterum prodierunt Hebraicè, Græcè, Latinè, & Germanicè, fol.

1596. Ibidem, Biblia quadrilinguia Dauidis Wolderi, quorum Primus Tomus Textum Hebraicum continet; Se-

1602. Norimbergæ prodijt Psalterium Harmonicum Eliæ Hutteri Hebr. Græcè, Latinè, & Germanicè, in 4.

Eodem anno Hanouiæ Immanuelis Tremellij, Francisci Iunij, & Theodori Bezæ cũ eorumdem Scholijs. In 4.

Eodem anno Psalterium Hebræum noua typorum forma, quò primo statim intuitu singularum vocum literę radicales à seruilibus discernuntur. Hamburgi, fol.

1603. Bis hoc an. cuduntur Biblia Hebr. semel Coloniæ, & semel Hamburgi, vtrobique charactere eleganti, fol.

translationes ex eodem Græco fonte deriuatæ, testante S. Augustino lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 11. *Vt enim* (inquit) *cuique primis fidei temporibus in manus venit Codex Græcus, & aliquantulum facultatis sibi vtriusque linguæ habere videbatur, ausus est interpretari.* Non itaque certa aliqua, & vulgata ex tot editionibus Noui Testamenti erat omnibus Ecclesijs communis, nihilominùs erat aliqua ex his, quæ communior censebatur, & Vetus editio vocabatur. Alia etiam erat Vet. T. à S. Hieronymo ex Hebræo translata, vtraque ab Ecclesia Romana vsu approbata, vt testatur S. Gregorius in Præfatione lib. Moralium cap. 5. in fine his verbis: *Nouam verò translationem dissero, sed, vt comprobationis causa exigit, nunc Nouam, nunc Veterem per testimonia assumo: vt quia Sedes Apostolica, cui Auctore Deo præsideo, vtraque vtitur, mei quoque labor studij ex vtraque fulciatur.* Veterem procul dubio appellat Latinam interpretationem ex Græco LXX. Seniorum deductam, & Nouam eandem S. Hieronymi ex Hebræo sermone in Latinum conuersam: nam S. Hieronymus Vetus Testamentũ Latinum fecit ex Hebræo; Nouum verò ex iussu Damasi Papæ emendauit, vt ex eius Præfatione in Euangelistas ad Damasum videre est. Quam correctionem receperunt quamplurimæ Ecclesiæ Latinæ, eamque publicè legerunt, vt constat ex Epist. 10. Augustini, qui lib. 18. de Ciuit. Dei c. 43. pręclarum testimonium cum insigni elogio de Hieronymo perhibet his verbis: *Quamuis non defuerit temporibus nostris Presbyter Hieronymus homo doctissimus, trium linguarum peritus, qui non* ex

Sac. Biblijs, Argumenta, Summaria, Scholia, Indices, Præfationes, Prolegomena, & alia huiusmodi annotata, omninò prohibentur.

Prætereà: *Biblia, quæ vulgari sermone quocumque idiomate scripta sunt, prohibentur.* Ex eodem. Hinc patet, quòd quàmplurima ex Voluminibus Bibliorum in prænotatis Catalogis exhibitorum prohibita esse censentur. Illorum tamen indiuiduam notitiam exhibere placuit, vt sacris Censoribus in promptu sint, quorumnam eorum permittenda sit lectio, aut deneganda; & vt omnes eruditi sciant, quanta diligentia, conatus, & impensæ ab omnibus Nationibus, & linguis, semper adhibitę fuerint circa Sacros Codices conseruandos, licèt aliquando, vel ob Typographorum incuriam, vel Hæreticorum fraudem, errores irrepserint plurimi, & quandoque grauiores, ad quos corrigendos necesse fuit medicas manus adhibere, vti à Summis Pontificibus multoties factum est.

Horum vltimus fuit Clemens VIII. qui Sacræ Scripturæ, iuxta antiquam & Vulgatam Latinam editionem, recognitionem à Sixto V. incæptam, nec ob vitæ breuitatem absolutam, absoluit, & typis Vaticanis edidit.

Sed si quæras: Quid pro Vulgata editione Latina intelligatur? Respondeo, intelligi ipsam veterem editionem, quæ longo tot sęculorũ vsu in ipsa Ecclesia probata est. Pro huius rei intelligentia sciendum est, quòd antiquissimis illis Ecclesiæ temporibus editio Veteris Testamenti ex translatione LXX. Interpretum ab ignoto quodam Interprete ex Græco in Latinum conuersa est: Noui verò Testamenti innumeræ erant

nà cum Patre & Spiritu Sancto laudibus assiduè celebrarent : licèt alicui Ecclesiæ venerandæ antiquitatis ergo, permissum fuerit vetterrima illa Septuaginta in psallendo vti editione: cùm alioqui eadem, sed à Hieronymo emendata reliquæ omnes vtantur Ecclesiæ. Hactenùs doctissimus Cardinalis Baronius. Hodie tamen quia Typographicæ artis vtimur beneficio, in ipso Bibliorum vestibulo, & in ipsa inscriptione Voluminis quænam editionum sit habenda pro Vulgata cognoscimus. Inscribuntur enim ita: BIBLIA SACRA VVLGATÆ EDITIONIS SIXTI V. PONT. MAX. IVSSV recognita, &. CLEMENTIS VIII. auctoritate edita.

Quòd si huiusmodi tessera in Bibliorũ Voluminibus non appareat post Vaticanam editionem, licèt inscripta sint Biblia Vulgatæ editionis, pro Vulgatis recognitis non habentur; nec proinde censeri debent prohibita, nisi illa, quæ in regulis suprà relatis ex Indice librorum prohibitorum continentur, aut sine nomine Auctoris, qui manus in ea apposuerunt, euulgata sunt.

His itaque dimissis ad mortem Mosis properemus.

Circumfertur apud Iudæos quidam libellus cum hoc titulo - פטירת משה רבינו עליו השלום: *Petiràth Moscè Rabbènu alàu hascialòm, Excessus Mosis Magistri nostri, super eum sit pax:* In eo fusè describitur eius mors, sed Talmudicis fabulis adeò referta, vt si omnes in hoc loco referre voluissem, totus libellus interpretandus esset, quod fieri non posset, nisi tædio Lectorem afficerem, ac bilem eidem excitarem. Summa eorum hæc est: Moses renuit mori, & ne

ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum eloquium easdem (Diuinas) *Scripturas conuerterit.* Ita Vetus, & Noua vtpotè Vulgatæ editiones Latinæ vsque ad tempora S. Gregorij paulatim in vniuersa Occidentali Ecclesia receptæ sunt, ex quibus simul, vna ex duabus Vulgata editio vsque in hodiernum diem nuncupata conflata est. Baronius ad annum Domini 231. totam hanc historiam pleniùs narrat in hunc modum: *Accidit autem post Gregorij tempora (quoto verò pocissimùm anno, quouè Auctore, incertum remanet) vt quoniam duo simul vulgatæ editiones Vetus & Noua, dissensionum ac contentionum interdum ministrarent occasionem: in diuersa studia fideles ea in re distraherentur ab inuicem, dum alij Veterem, Nouam alij sequerentur; & quisque pro sua (vt assolet) contentiosè differeret, turbas cieret; alteramque defendens, in alteram minùs dignè inueheretur, essetque ea diuersitas veluti seminarium iurgiorum, ac turpem redderet Ecclesiæ faciem, dum in Diuinis laudibus, cæterisque sacris Officijs, alij aliam psallendo, legendo, concionando, tractando consectarentur, vt hac ex parte penè diuisa schismate Ecclesia videretur. Sed Diuino afflante Numine prouisum est, optimèque consultum, vt ad Ecclesiasticum communem vsum vna ex duabus, quæ vsui omnibus esset Ecclesijs, conflaretur, quæ communis omnibus atque Vulgata vno nomine à cunctis diceretur, explosa illa Veteris & Nouæ nomenclatura. Resque euenit ex sententia, vt eam vnam Occidentali Ecclesia vsu recipiente, omnis mox ea de re cessauerit controuersia, omnesque sicut vna fide compaginati, ita vno spiritu, vnoque ore Christum Dominum v-*

morti tradatur, quamplurimis, sed ineptis, vanisque rationibus Deo id persuadere studet. Decreta morte Mosis pro die septima Adàr Februarij Iosuè eius successor & rector Israëlitici populi summa cum potestate ordinatur. Interim instante morte Mosis, is contra Samaëlem insurgit, virga eum percutit, & longè à se abire compellit. Posteà ab Angelis in lectulo componitur, & -

הקב״ה נטל נשמתו בנשיקת פה שנ׳ וימת שם משה עבד יהוה על פי יהוה, *Deus sanctus benedictus accepit animam eius osculo oris Domini, S. D.* (Deut. 34. 5.) Et mortuus est ibi Moses seruus Domini, super os Domini.

Nimis crassè antiquiores Rabbini cum R. Salomone hunc locum explicant, cùm de osculo materiali intelligant.

Cæterùm huiusmodi libellus פטירת משה cum alijs libellis impressus reperitur Venetijs anno mundi ר״ש׳ 304. min. supp. Christi 1544. in 8. Deinde verò vnà cum דברי הימים של משה *Diurè haijamim scel Moscè Chronica Mosis* latinitate donatus à Gilberto Gaulmyn, & excusus Parisijs 1629. in 8. Hunc Marcus Marinus Brixiensis Canonicus Regularis S. Saluatoris linguæ Hebraicæ superiori seculo peritissimus castigauit compositis censuris ex editione Constantinopolitana, quæ in msc. reperiuntur Romæ in Collegio Neophytorum.

Reliqua de Mose sparsim hinc inde reperies in hac Bibliotheca Par. I. pag. 303. 306. 348. 351. 603. 609. -- Par. II. pag. 218. Par. III. pag. 514. 645. 248.

ארל״ב ר׳ משה בר נחמן ספרדי מגירונה הניקרא בר״ת הרמב״ן היה חכם גדול

המכונה אבי החכמה נכמה חכמות ונפרש בחכמת הקבלה וחבר חבורים רבים ואלו הם:

א׳ : ביאור על התורה: על דרך הקבלה ונדפס בירושלם בשנת ה׳ אלפים כ״ח ט׳ אלול:

ב׳ : ואלו חבר תפלת דרך קינה על חרבן הבית:

ג׳ : וכתב אגרת לבנו רבי נחמן על המוסר:

ד׳ : וגם כתב אגרת הקדש על חיות בנים כשרים עם אשתו:

ה׳ : וחבר פירושים על כמה מסכתות בהגמרא:

ו׳ : וחבר ספר תורת האדם:

ז׳ : וספר הזכות:

ח׳ : ושלחן ארבע:

ט׳ : וס׳ הבטחון על הקבלה:

י׳ : וס׳ המלחמות הבו הכיל הרי״ף ויספנות רבי זרחיה הלוי בעל המאור:

י״א : ועשה השגות על ספר מנין המצות של הרמב״ם:

י״ב : וחבר פירוש על איוב:

י״ג : ושאלות ותשובות:

י״ד : וחבר ספר הרימון:

ט״ו : ואוצר החיים:

י״ו : וגן עדן אלהים או עדן גן אלהים:

י״ז : ופירוש על ספר יצירה בולן מהקבלה: כן מצאתי בסוף ספר יצירה דפוס מנטובה שנ׳ שכ״ב:

י״ח : חבר תפלה שבעים ושתים פסוקים על שם ע״ב אותיות יוצא משלשה פסוקים ויסע ויבא ויט:

י״ט : חבר ספר סתרי תורה על הקבלה:

כ׳ : אגרת ההמודה:

כ״א : ס׳ הגאולה:

כ״ב : שושן סודות:

כ״ג : וספר הקץ:

כ״ד : עבודה הלוי:

1232. R. MOSES BAR NACHMAN, abbreuiatè per ר״ת initia dictionum communiter dictus רמ״בן *Rambàn*, cognomento *Aui Hachochmà, Pater Sapientiæ*, Hispanus Gerundensis, nascitur circa finem quinti millenarij Iudaici, & non longè à fine duodecimi seculi Christiani, anno videlicet mundi 4954. Christi 1194. R. Dauid Ganz. Admodùm

Hæreticus euaderet, huiuſmodi Cabalæ exercitium damnandú eſſe cenſeo, cùm per illud rei illicitæ opera detur. Factum autem iſtud ita ibidem narratur -

פעם אחר שמע שדרש בפרשת האזינו שהיו בפרשה הזאת כלולים כל המצוות וכל הדברים שבעולם : ולהיות אצלו זה מן הנמנע נהפך לאיש אחר : ויען הרב ועדין אני אומר זה ושאל מה שתרצה ויתמה האיש מאד ויאמר לו אם כן הוא הראני נא אם תמצא שמי כתוב שם ויאמר הרמב״ן כן דברת מידי תבקשנו : ותכף הלך לו בקרן זוית ויתפלל : ויבא בפיו פסוק אמרתי אפאיהם אשביתה מאנוש זכרם כי אות שלישי של כל תיבה יש שם האיש שהיה רבי אבנר : וכשמוע האיש הדבר הזה נפלו פניו : וישאל לרבו אם יש תרופה למכתו : ויאמר הרב אתה שמעת דברי הפסוק וילך הרב לדרכו : ותכף האיש לקח לו ספינה בלי מלח ומשוט ויכנס בה וילך באשר תוליכו הרוח ולא נודע ממנו מאומה :

(R. Abner) *aliquando audierat* (Magiſtrum ſuum R. Moſen Bar Nachmàn) *exponentem Sectionem* האזינו *Haazinu*. Percipite auribus. Deuter. 32. *& docebat, in eo Cantico Moſis contineri omnia præcepta Legis, omneſque res, quæ in mundo ſunt, reperiri. Abner autem apud ſe hoc impoſſibile eſſe reputauerat, ideòque Verſus eſt in Virum alterum* (Hæreticus effectus eſt). *Audiens hoc* (R. Moſes Bar Nachmàn) *iterum ita eſſe affirmauit, compellauitque diſcipulum ſuum Abner, Vt peteret quicquid voluiſſet & protinus in eo Cantico reperturus. Reſpondit Abner, Velle vt ibidem nomen ſuum, quod erat R. Abner, inueniat. Paululùm receſſit* Rambàn, *& intra ſe tantiſper inſuſurrando occurrit ei Verſiculus* a 6. *capitis* 32. -

אמרתי אפאיהם אשביתה מאנוש זכרם :

Dixi exterminabo, ceſſare faciam ex homine memoriam eorum. *Iſtarum quinque Vocum tertia qualibet litera ſimul iuncta*

dùm iuuenis Syntagmata ſua ſcribere cœpit anno videlicet 4970. Chr. 1200. ætatis ſuæ 16. Philoſophiæ, & Medicinæ operam dedit, vndè euaſit רופא מובהק *Medicus inſignis*. Spreuit aliquando artem illam Cabaliſticam, quam המעשית *Hammaaſiith Operatricem* appellitant, ſed à quodam Mago perſuaſus eam poſteà ita excoluit, atq; adeò in ea profecit, vt Princeps Cabaliſtarũ ſuo æuo haberetur, quam tanti faciunt Iudæi, vt eam exercentes pro pijs & ſanctis hominibus habeantur, exiſtimantes omnia præſtigia ab hiſce hominibus medijs quibuſdam ignotis nominibus fieri, quæ re vera Dæmonum interuentu & auxilio fiunt. Talia quædam patrata referunt à Rambano in Hiſpania; vt quando contra nauem inſufflando, quam ingens hominum multitudo loco ſuo ex arida in mare traijcere non poterat, ſolo flatu in mare deiecerit, vt nonnulli nimis creduli ex Iudæis credunt.

Aliud Cabalæ genus, quod נוטריקון *Notarikòn* appellant, & in acceptione vnius, aut plurium literarum conſiſtit, quæ ſeorſim pro integra dictione ſignificatiua ſumuntur, ſi ſuperſtitione aliqua non implicetur, permitteretur à Doctoribus, quia ad anagrammata literarum reuocari poſſet, & arbitrio ingenioſi hominis relinquitur. Eiuſmodi Cabalam ego non damnarem, hac tamen cautela, vt inde nihil contra fidem aut bonos mores conſequatur incommodi, aut contra Sacram Scripturam aliquid eliciatur profanum. Vnde illud quod de R. Moſe Bar Nachmàn apud *Scialſcèleth hakkabalà* pag. 56. narratur, qui ex Cabaliſtica vniuerſali propoſitione, in cauſa fuit, vt quidam R. Abner

והאמן (אברהם) ביהוה ויחשבה לו צדקה :
Credidit (Abraham) *in Deum*, *& imputatum eſt ei* (ad) *iuſtitiam*. Ideò iniquè egit Rambàn malè vtendo loco Scripturæ per Cabalam Notaricam, & ad deſperationem inducendo R. Abner ſuum diſcipnlum. Hanc perniciosam, & damnatá artem Cabaliſticá operatricem didicerat Harrambàn à R. Eliezare de גרמיזא *Garmiza* Auctore libri רוקח ex *Scialſcel. hakkab.* p. 55. b. & ſecundùm *Iuchaſsin* pag. 132. b. à R. עזרא *Ezra*. Poſteà vt liberiùs forſitan viueret, vertit ſolum Hiſpanicum, & Ieroſolymam petijt, vbi ædificata Synagoga dies ſuos ibi prolongauit, atque tandem obijt. Quo anno id acciderit, refert *Iuchaſsin* pag. 132. qui de Harrambàn Gerundenſi loquens inter alia hæc habet.

והרמב״ן עלה לירושלם ועשה בית הכנסת שמה והאריך ימים ונפטר שנת עשרים לאלף הה׳ ושנת תתק״ע התחיל לעשות ספריו :
Et Harambàn aſcendit in Ieruſalem, & ædificauit ibi Synagogam, diuque vixit, atque obijt anno vigeſimo quinti millenarij, cum anno 970. quarti millenarij cæperit ſua Syntagmata ſcribere. Hinc colligimus vitæ periodum Harrambàni ſecundùm hanc ſententiam fuiſſe annorum 66., quod patet, quia naſcitur anno 4954. & obijt anno 5020. Ergo. At ſi fides adhibenda ſit Auctori *Scialſcèleth hakkabalà*, qui pagina 15. b. ait:
ואני שראיתי בקונטרים ישן שנפטר (הרמב״ן) שנת תת׳ק׳ס. *Et ego vidi in quaternione vetuſto, quòd obierit* (Harrambàn) *anno* 5060. inueniemus vixiſſe annos 106. quod ſi ita eſt, irrepſit mendum in *Iuchaſsìn*, & pro עשרים legendum eſt ששים, Quod in numeros redactum de facili accidere poterat ob ſimilitudinem ב & ס.

Hucta per Cabalam Notaricam componunt nomen ר׳ אבנר *R. Abner*. *Quod cùm vidiſſet Abner pudore ſuffuſus, ceciderunt facies eius, & conuerſus ad Magiſtrum ſuum Moſen Bar Nachmàn, dixit ei: Anne ſit medela aliqua huic plagæ? Reſpondit Bar Nachmàn: Tu modò audiuiſti verba Scripturæ, & abijt. Statim & Ràu Abner ingreditur in ſcapham ſine Velo & remis, & ampliùs non apparuit*.

Huiuſmodi commento, niſi fabula ſit, vt plerumque eſſe ſolent Iudaicæ narratiunculæ, Rambàn inter Iudæos Hæreſim Nouatianam videtur voluiſſe introducere, qua poſt lapſum clauditur pœnitentiæ ianua, & deſperationi aperitur, dum ex loco Deuteronomij allato: *Dixi, exterminabo eos, ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum*, perperam intellecto, perſuadere voluit diſcipulo ſuo Abnero, nullum pœnitentiæ locum eidem relictum eſſe: non intelligens comminationes Diuinas eſſe conditionatas; dicitur enim Pſal. 7. verſic. 13.
אם לא ישוב חרבו ילטוש קשתו דרך ויכוננה :
Niſi conuerſus fuerit, gladium ſuum acuet, arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Et apud Ezechielem capite 18. ver. 27.
ובשוב רשע מרשעתו אשר עשה ויעש משפט וצדקה הוא את נפשו יחיה : *Et in conuertendo ſe impium ab impietate ſua quam fecit, & fecerit iudicium & iuſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit*. Nunquid igitur peccatoribus Iudæis, cæteriſque infidelibus Diuinæ pietatis ac lenitatis paternę nulla reſeruantur ſolatia, & omnimoda clauduntur ſubſidia? Minimè Gentium. Si enim infidelis verè conuertatur ad Deum, & baptizatus fuerit, nullis etiam præcedentibus bonis operibus, quæ non habet, adiutus ſalutem conſequetur.

ſecundùm illum ſi Elucidatio in Pentateuchum abſoluitur anno mundi 5028. & ipſe obijt anno 5020. perſpicuum eſt abſolutam fuiſſe hanc Elucidationem octo annis poſt mortem ipſius, quod dici non poteſt, niſi aliquis alius à Rambano illam abſoluerit, quod hactenùs nemo dixerat. Ergo ſignum eſt, in periodo annorũ Rambani ineſſe errorem. Immò ex *Scialſcèleth hakkabbalà* clarè oſtenditur pag. 55. b. hanc Elucidationem in Legem fuiſſe abſolutam ab ipſomet Auctore, dum dicit.

וראיתי בכוף פירושו לתורה שסיים לחברו בירושלם בשנת ה׳ אלפים כ״ח ט׳ אלול שאז חבר התפלה יפה דרך קינה על חרבן הבית : ויש אחריו אגרת שכתב לבנו ר׳ נחמן : וזה אינו כתוב בפי׳ הנדפס אבל ראיתיהו בספר כתיב יד :

Et vidi in fine Expoſitionis ipſius in Legem, quam componere finierat Ieroſolymis anno 5028. die nona Elùl Auguſti. Nam tunc compoſuit Precationem elegantem ſtylo lugubri ſuper deſolationem Domus (Sanctuarij). *Ibidem ſequitur Epiſtola, quam ſcripſerat in gratiam filij ſui Rabbì Nachmàn. Hæc autem ſcripta non ſunt in Commentarijs impreſſis, ſed ea vidi manuſcripta.*

Quoniam igitur Rambàn abſoluerat ſuos Comentarios in Legem, quos legimus ſub nomine ביאור על התורה *Biùr al Hattorà Elucidationis in Legem*, & euulgauerat an. 5028. & ipſe mortuus dicitur anno 5020. Manet, quòd ipſemet Auctor octo annis poſtquam mortuus eſt, ſuos Commentarios expleuerit, quod nullns ſanę mentis dixerit. Ergo error circa vitæ ſpatium Rambani in Chronologia *Iuchaſsin* inuenitur ex *Scialſcèl.*

Sed reuertamur ad Iuſtinianeam editionem huius Elucidationis, in cuius fine

Huiuſmodi autem vitæ longitudo videtur indicata illis verbis והאריך ימים *& prolongauit dies*, hoc eſt diù vixit, longiſſimo ſcilicet tempore, quod de 106. annis magìs verificatur, quàm de an. 66.

Cæterùm hic Auctor valdè doctus habetur apud ſuos, & in magna exiſtimatione, cùm vocetur à *Iuchaſsin* המאור *Luminare*, & ציץ נזר הקדש *Flos Coronæ ſanctitatis*, pag. 132. & in *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 55. b. dicatur quòd fuerit רופא מובהק ופלוסוף *Medicus inſignis, & Philoſophus*, ac addi poterit, Rhetor eloquens, cùm ex ſuggeſto orauerit coram Rege Caſtiliæ, atque de præſtantia Legis diſſeruerit; vt dicitur in libello Pragæ edito cum hoc titulo דרש הר״מ״בן במעלת התורה לפני מלך קשטיליא *Oratio Harrambàn de præſtantia Legis* (habita) *coram Rege Caſtiliæ.*

Scripſit quamplurima Opera, quorũ

1. Eſt ביאור על התורה *Bijùr al Hattorà, Elucidatio in Legem* (Moſis) incedit via Cabaliſtica, per quam intelligunt illam Theologiam Iudaicam, qua Textus Sacer allegoricè explicatur; & hæc ſpecies Cabalæ permittitur, de qua vide Par. III. in *R. Ioſeph Gigatella* numero 733.

Typis Soncinatuum excuſum primò fuit Piſauri ſub ditione Franciſci Mariæ Vrbini, & Soræ Ducis, ac Vrbis Præfecti anno ער״ד 274 min. ſupput. Chriſti 1514. in fol. Poſteà recuſum Venet. apud Marcum Antonium Iuſtinianum anno ש״ה 305. Chriſti 1545. In fine huiuſcemodi Operis apparet idem fuiſſe compoſitum Ieroſolymis, & abſolutum anno 5028. Chriſti 1268.

Hinc manifeſtatur error in annis vitæ Harrambàn poſitus in *Iuchaſsin*, quia

Chr. 1598. in 4. Inter huiusmodi 30. capita vltimum reperitur nuncupatum שער הגמול *Sciàar hagghemùl*, *Porta beneficentiæ*, siuè *retributionis*, & propter illius præstantiam à reliquis aliquando diuulsum inuenitur, ac si esset peculiaris liber: seorsim excusus extat Ferrariæ in domo R. Abrahami Aben O'ski an. 317. Chr. 1557. sub Hercule Estensi Ferrariæ Duce. Huic Auctori Plantauitius attribuit quendam librum cum titulo שער אמונה *Sciàar Emunà*, *Porta Fidei*, dicitq; quòd sit liber Philosophicus & Cabalisticus: non tamen est certũ an aliquando fuerit impressus.

7. ספר הזכות *Sèpher Hazzacùth*, *Liber puritatis*. Memoratur à *Iuchass.* p. 132. & à *Scialsc. hak.* pag. 55. b. propè init. sed de eius argumento nihil habent. Buxt. in Bibl. Rabb. hunc librum benè quidem attribuit R. Mosi Bar Nachmàn, sed errat quando abbreuiatè eum vocat *Rambàm*, qua quidem abbreuiatura non significatur Moses Bar Nachmàn, sed Moses Bar Maijmòn. Potest excusari Buxtorhus, quòd à Typographo exciderit litera *m*, pro *n*; nomen autem rectè explicatur per R. Mosen Bar Nachmàn: at excusari non potest, quod scribitur in Biblioth. Rabbinica Plantauitij, in qua & Hebraicè abbreuiatè hic Auctor appellatur רמ״בם *Rambàm*, & Latinè redditur per R. Mosen Ægyptiũ, seũ Maimonidem, titulo libri indicato ספר הזכות לרמ״בם *Liber meritorum*, & argumento indicato: De valore bonorum operum apud Deum & homines, & illud quod attribui deberet Mosi Bar Nachmani, attribuitur Mosi Bar Maijmonis.

8. שלחן ארבע *Sciulchàn arbàa*, *Mensa quadrata*, ab Auctoribus suprà memo-ne reperitur Epistola eiusdem Marci Antonij Iustiniani ad Hebræos, qua ostenditur, se multos Hebræos libros in lucem exposuisse medijs suis characteribus typographicis, industria & ope R. Iudæ Halleui, & R. Iechielis Cohèn sociorum, & subinde clauditur liber Carmine composito à ר׳ אליהו המדקדק *R. Elia Grammatico*. In folio.

2. התפלה יפה דרך קינה על חרבן הבית *Hattephilà iaphà dèrech kinà al chorbàn Habbàith*, *Precationem elegantem stylo lugubri super euersionẽ Domus* (id est) Templi Ierosolymit.) Ex *Scialscèleth hakkabbalà* loco paulò subsequenti allato msc.

3. אגרת מוסר *Ighèreth Musàr*, *Epistola eruditiua ad bonos mores componendos*; inscribitur filio suo R. Nachmano, vt notat Auctor *Scialscèl. hakkabb.* & est msc. Fuit postea impressa in libro *Tepuchè Zahàu* R. Gabriel Meli p. 107. & excusa Mantuæ anno 383. min. supp. Chr. 1623. in 12. Scripsit -

4. אגרת הקדש *Ighèreth hakkòdesc*, *Epistola sanctitatis*, de vsu matrimonij in timore Dei exercendo. Excusa est Basileæ apud Frobenium annn 340. min. supput. Christi 1580. in 12.

5. פירושים על הגמרא *Peruscìm al Hagghemarà*, *Explanationes* in nonnullos Codices *Ghemaræ*. Scripsit -

6. ס׳ תורת האדם *Sèpher Thoràth Hadàm*, *Librum*, *Lex hominis*, Tit. ex 2. Sam. 7. 19. de visitandis infirmis, & de charitate erga eos exercenda, tam in ipsa infirmitate, quàm post ipsorum mortem; de funere, luctu, & ritibus seruandis in propinquos defunctos. Diuiditur in 30. capita, quæ שערים *Sciaarìm Portæ* appellantur. Excusus Venetijs typis Ioannis de Gara an. ש״נח 358.

primæ editionis in fol. Tom. 4. Et seorsim excusi Venetijs apud eundem Bombergum in 4.

13. שו״ת *Sceelòth Vtstiuòth, Quæsita & Responsa* legalia.

14. ס׳ הרימון *Sèpher Harrimòn, Liber Mali Punici*, Tit. ex Cant. Cantic. Est Cabalisticus.

15. אוצר החיים *Otzàr hachaiim, Thesaurus Vitæ*, & אוצר יהוה *Otzàr Adonài, Thesaurus Domini*. Cabalisticus.

16. גן עדן אלהים *Ghàn E'den Elohim, Hortus voluptatis Dei*, vel vt habet Buxtorfius עדן גן אלהים. Est Cabalisticus. Isti tres vltimi libri, nempè: ספר הרימון: גן עדן אלהים: & אוצר החיים: tractant de Cabalà, vt dicitur in fine libri יצירה *Ietzirà* editionis Mantuanæ anno ש״נ״ב 352. Christi 1592. in 4.

17. פירוש על ס׳ יצירה *Perùsc al Sèpher Ietzirà, Expositionem in librum dè formatione*, Cabalisticus est, quem Abrahamo Patriarchæ attribuunt. Reperitur cum eodem libro Ietzirà excuso Mantuæ per Iacobum Cohèn de Gazulo anno ש״כ״ב 322. Christi 1562. in 8.

18. חבר שבעים ושתים פסוקים על סדר שם בן ע״ב אותיות היוצא משלשה פסוקים ויס״ע: ויב״א: וי״ט: בשמות פרק י״ד: י״ט: ויסע: ויבא כ׳: וים כ״א: *Ordinauit 72 Versiculos ex Psalmis iuxta ordinem 72. nominum, ex tribus Versiculis (Exod. cap. 14. 19. Et profectus est. Ver. 20.* Et venit. *& Ver. 21.* Et extendit.] Quadam arte Cabalistica tribus literis singulis constantium, nihilque significantium, ac proindè superstitiosa censentur, licèt Cabalistæ magnifaciant ac sacra existiment, vti facit hic Auctor, qui hasce Preces ordinauit, & in diuersis Iudæorum Breuiarijs, quæ Machazorim appellant, inueniuntur. Vi-

moratis vnitur cum superioribus libellis. Tractat de ritibus & vrbanitate in mensa seruandis. Eius etiam meminit Ioannes Buxtorfius in Biblioth. Rabbin. pagina 414. editionis secundæ; vbi tamen est corrigendum *Hispanus Maronensis*, & reponendum *Hispanus Gerundensis*. Vide Par. I. in *R. Bechài*.

9. ס׳ האמונה והבטחון *Sèpher Haëmunà Vebabbittachòn, Liber Fidei, & confidentia. Scialscèl. hakkabb.* loco suprà laudato dicit tractare de Kabbalà, hoc est allegoricè de suprà dictis virtutibus. Hic Tractatus inuentus fuit in Biblioth. R. Simeonis Romani, & simul cum alijs primò excusus fuit in libro ארזי לבנון *Arzè Leuanòn* sub hoc titulo.

10. ס׳ המלחמות *Sèpher Hammilchamòth, Liber Bellorum*. In eo defenditur Ràu Alphès contra R. Zachariam Leuitam, qui in suo libro המאור *Hammaòr* carpit doctrinam Ràu Alphès, sub nomine השגות *Habassagòth*. De quibus vide Par. II. num. 513. pag. 823. Fecit & ipse Harrambàn alias.

11. השגות על ספר מנין המצות של הרמב״ם *Hassagòth al Sèpher Menin hammitzuòth scel Harrambàm, Animaduersiones in librum 613. Præceptorum Harrambàm R. Mosis Bar Maijmonis*. Excus. Constantinop. secundùm quòd scribit Plantauitius. In Indice Bibliothecæ Reginæ Suetiæ notatur in 4.

אגרת להתנצלות ס׳ המורה הנבוכים *Ighèreth Lehithnatzelùth Sèpher Hammorè, Epistola pro liberatione libri Morè Hanneuuchìm*, qua defenditur Moses Bar Maijmonis, & eius liber.

12. פירוש על איוב *Perùsc al Iòu, Commentarios in Iob*. Hi reperiuntur in *Mikrà ghedolà, Biblijs magnis* Bombergij

א' רלג : ר' משה נרבוני המכונה אמן
רומז לאומר אמר משה נרבוני ולפעמי' בא שמו הוא אברהם בן ר'
יצחק הנרבוני מגליל קטלוניאה ועמה מיוחס על ספרד ועל הספרה
ואומר בעל ס' שלשלת הקבלה דף נ"ו עמוד ב' : אומר המחבר
בעוד אני הנער הייתי לה' ובספר הכלול יומי הס"ף פס"ה שאומר ר'
משה הנרבוני לעיר סוריא בעיר סוריה נוצרית א' מביאה בת
ק"ל שנים ודבר עמה בשבת קי"ח לפרט והיו חושיה קיימי' והולכת
בקומה וקומה והיו עוונותיה בנעוריה ; וכתב שמספר בנו'
אומר שום הרב הוא בקרא בכבוד מסיר ויצא :

1233. R. MOSES NARBONENSIS tribus diuersis nominibus inuenitur nuncupatus, Moses, Abraham Ben R. Isaaci, & Misser Vitalis. Moses Narbonensis sub symbolo אמן *Aman* à doctis intelligitur, & hisce tribus literis tres sequentes dictiones אמר משה נרבוני *Dixit Moses Narbonensis*, audiunt hunc Mosen. Altero nomine memoratur sępè sub nomine Abrahami Ben R. Isaaci Hannarbonì. Et sub hoc nomine eundem Mosem retulimus suprà Par. I. pag. 32. n. 87. Tertio vulgò, & apud Mercatores appellatur *Messer Vidàl*, *Dominus Vitalis*. Fuit Hispanus Natione, Prouinciæ Narbonensis in finibus Cataloniæ, vt dicitur in *Scialscèleth bakkabb.* pagina 56. b. siquidem quicquid olim Gothis Regibus suberat in Gallia Narbonensi ad Occasum, Hispaniæ accensebatur. Sic Dauid Kimchius Hispanus dicitur, quamuis in hac Narbonensi Prouincia natus existimetur. Vide Par. II. pagina 25. num. 526. De anno, quo viuebat, nihil certi affirmare possumus, nisi illud quod refert Auctor *Scialscèleth hakkabbalà* loco citato, quod cùm aliquando fuisset Soriæ, quæ Hispaniæ est Vrbs Castellæ Veteris, occurrit ei quædam mulier Christianæ Religionis, annorum 130. ætatis integris sensibus, am-

de *Macbazòr* iuxta ritum Synagogę Romanæ Venetijs apud Bragadinos excusum anno mundi 5386. Christi 1626. in 8. pag. 13. b. Scripsit -

19. ספר סתרי תורה *Sèpher Sithrè Thorà*, *Librum Arcana Legis*, de mysterijs Legis. Reperitur msc. in Pergam. Romę in Bibl. Ducis Parmæ in 4. Plantauitius in sua Bibliotheca Rabbinica Codice inscripto מדרש רות להרמב״ן num. 327. de eo ita habet: *Commentatio* (est) *allegorica*, *& historica libri Ruth Auctore R. Mose Bar Nachmanis, cuius msc. habemus in 4. charactere nitidissimo in subtilissimis membranis*. Videtur tamen liber collectus ex libro Elucidationis in Legem.

20. אגרת החמודה *Igbèreth Hachamudà*, *Epistola Desiderij*. Liber est Cabalisticus, vti sunt plerique huius Auctoris.

21. ס׳ הגאולה *Sèpher baggheullà*, *Librum redemptionis*. Cabalisticus msc.

22. שושן סודות *Sciusciàn Sodòth*, *Lilium secretorum*, quo tot arcana Cabalistica explicantur, quot in numeris conficiunt literæ שושן, nempè 656. Est manuscriptus, inquit Buxtorf. in Biblioth. Rabbinica.

23. ס׳ הקץ *Sèpher hakkèz*, *Librum finis*, de fine mundi, siuè de aduentu Messiæ, quem prætolantur Iudæi: qui tamen in fine seculi eos iudicaturus adueniet. Citatur in מאור עינים R. Azariæ de Rubeis pag. 139. b.

24. עבודת הלוי *Auodàt hallevì*, *Ministerium Leuiticum*. Est explicatio 613. Præceptorum Mosaicorum, fertur esse huius Auctoris ex Buxtorfio in Biblioth. Rabbinica.

pacti mmſſcc. in Pergam. reperiuntur in Bibliotheca Vaticana in fol.

א׳ רל״ה: **ר׳ משה נתן** כתב אגרת ונזכרה
כ״י: וחבר ספר אהבה בתענוגים ;

1235. R. MOSES NATHA'N ſcripſit -

אגרת *Ighèreth Epiſtolam*. Reperitur mſc. Ex Buxtorf. in Additione ad Bibliothecam Rabbinicam ſine argumenti notitia. Compoſuit & librum, quem appellauit -

אהבה בתענוגים *Ahauàh betaanughìm*, *Amor in delicijs*. Tit. ex Cant. Cantic. c. 7. v. 6. De articulis Fidei, in *Morè Neuòchim* mſc. inquit Buxtorf. ibid.

א׳ רל״ו: **ר׳ משה ספרדי** מעיר אושקא
נשתמד ד׳ אלפים תתס״ו באושקא העיר בעצם עשייתו ונקרא פיטרו
אלפונסו: חבר ספר נגד היהודים :

1236. R. MOSES DE OSCA HISPANVS à Deo vocatus Religionem Chriſtianam ſuſcipit, & in ea Vrbe anno Domini 1106. in die SS. Apoſtolorum Petri & Pauli baptizatur à Stephano eiuſdem Vrbis Epiſcopo, & ex Sacro Fonte ſuſceptore, Alphonſo Hiſpaniarum Imperatore. Hinc ob deuotionem S. Petri, nomen Petri ſibi aſſumpſit, & ab Imperatore ei traditum eſt pro cognomine nomen ſuum, ita vt in obliquo eſſet vocandus Petrus Alphonſi, non Petrus Alphonſus, eodem prorsùs modo, quo ritè vocandus eſt Petrus Damiani, non Petrus Damianus. Scripſit -

Dialogos contra Iudæos, & Saracenos, collocutoribus ipſo Petro iam Chriſtiano, & ipſomet Moſe olim Iudæo ita vocato, qui-

ambulabat erecto corpore, & erant cibi eius ſucciſi, h. e. parciſſimè victitabat: hanc allocutus eſt hic noſter Moſes Narbonenſis anno 118. min. ſupput. id eſt anno Domini 1358. Ita *Scialſcèleth hakkabbalà* pagina 56. b. Poſt hunc annum, quantum ſuperuixerit Moſes Narbonenſis penitùs ignoramus. Scripſit Commentarios ſuper הרי״ף *Harrìph*, id eſt *R. Iſaac Alphesì de Fes*, & ſuper librũ

מורה הנבוכים *Morè hanneuuchìm* R. Moſis Bar Maijmonis. *Ghedalià Aben Iachijà in Scialſcèleth hakkabalà*.

א׳ רל״ד: **ר׳ משה הנרבוני בן ר׳ יהושע ישי בן דוד מנרבונה**
העתיק אל לשון עברי כמה ספרים -
א׳ : ספר מחמיחד אשר עשה אבו אחמד אלגזלי מלשון
ערבי אל לשון עברי ונמצא כ״י בוואטיקאנו :
ב׳ : והעתיק ספר ההשגחה האלהית שחבר אותו שחבר
אבו אחמד מלשון הנ״ל ונמצא כ״י בוואטיקאנו :
ג׳ : והעתיק ספר תועלת ההגיון שעשה אבו אחמד הנ״ל
מלשון הנ״ל ונמצא כ״י עם ספרים הנ״ל יתרים יחד בוואטיקאנו :

1234. R. MOSES NARBONENSIS BEN R. IOSVE' ISAI BEN DAVID, Commentarios aliquot, quos Abù-Achmàd Algozalì lingua Arabica compoſuerat, tranſtulit in linguam Hebraicam, videlicet -

1. ספר מחמיחד *Sèpher Mehammeiachèd*, *Librum illius qui vnit*: De Vnitate Dei.

2. ספר ההשגחה האלהית *Sèpher Habaſghachà haëlaìth*, *Librum de Prouidentia Diuina*.

3. ספר תועלת ההגיון *Sèpher Toëleth Habigaiòn*, *Librũ de Vtilitate Logices*. Tranſtulit vt ſuprà, quem etiã idem Abù-Achmàd Arabicè compoſuerat. Simul com-

quibus impiæ Iudæorum opiniones euidentissimis cùm naturalis, tùm Cælestis Philosophiæ argumentis confutantur, quædamque Prophetarum abstrusiora loca explicantur. Prodierunt Coloniæ apud Io. Gymnicum 1536. in 8. Reperiuntur apud Vaticanum sub numero 4363.

De eo meminerunt Abbas Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis in eodem, & Vincentius Beluacensis in Speculo Historiali lib. 25. cap. 118. inscripto: *De conuersione Petri Alphonsi quondam Iudæi, & editione libelli sui*; & subinde idem Vincentius plurima ex eodem libello transcribit à sequenti cap. 119. vsque ad cap. 139.

ל״ו 6 : רבי משה עבד אלה אלקורדוי הישראלי חבר ס׳ על הרפואה בלשון ערבי ונמצא כ״י בלשון הלשון בבית ספרים באישקוריאל במדריד :

1237. R. MOSES AVD-ALLA' ALKORDOVI' CORDVBENSIS Israëlita *Librum de Medicina* Arabicè scripsit. Extat msc. Arabicè in Bibliotheca Laurentiana in Escuriali Regum Catholicorum. Sed perperam inscribitur *De Legibus* ex Catalogo Castilli. In Bibliotheca Vaticana inter libros Vrbinates mmsscc in Pergam. num. 38. reperitur alius de Medicina Tractatus huius Auctoris.

ל״ח 6 : רבי משה ן׳ עזרא חבר תוכחת לאדם שיצא מחומר וטיט העולם הזה ויעתיק את נפשו אל דרך לעולם הבא ונדפס יחד עם ספר לשון זהב לר׳ ידעיה הפניני בויניציאה שנת ושנ״ט לפ״ק בבית דניאל זניטי : והיה משורר וחכם גדול וחבר ספר ערוגת הבושם ונפטר בשנת ד׳ אלפים תת״מ : וחבר תפלה על ערב כפור ובקש הפיוטים אחרים האוסרים ונמצאו במחזור ביום כפורים :

1238. R. MOSES ABEN EZRÆ scripsit -

תוכחת *Tochachath*, *Disceptationem* pro homine, qui egreditur de luto & cœno huius seculi, & trahit animam suam per viam spiritualem seculi futuri. Huiusmodi Tractatulus impressus est vnà cum libello noto ex suo titulo לשון זהב *Lesciòn zahàu, Lingua aurea* R. Iedaiàh Happeninì, Venetijs anno ושנ״ט 359. min. supput. Christi 1599. in 4. Scripsit librum cum titulo -

ערוגת הבושם *Arugàth habbòsem*, *Areola aromatica*. Ex Cant. Cant. 6. 2. De eo R. David Ganz in צמח דוד ad annum mundi 4840. Christi 1080: quo anno obijsse eum refert. Sed de illius argumento nihil habet.

Composuit aliam Precatiunculam recitandam Vespera diei כפור *Expiationum*, cuius initiales literæ versiculorum componunt hæc nomina אני משה קטן *Ego Moses minimus*. Reperitur in Machàzore Hispanico Par II. pag 142. editionis Venetæ 1656 in 8. apud Hieronymum Bragadinum.

Nonnulli alij Rhythmici versus compositi fuerunt ab hoc Auctore, qui sparsim inueniuntur in Machazorim in diebus נוראים *Norraìm Terribilibus*, & valdè sunt in vsu apud Iudæos Synagogæ Hispanicæ.

ל״ט 6 : ר׳ משה דפויאה היה חכם גדול ונזכר בנוסחאות וספרים ונם׳ שלשלת הקבלה דף מ׳ :

1239. R. MOSES DE PAVIA, cuius meminit Auctor *Scialscèl. hakkab.* pag. 40. fuit Sapiens magnus, & sæpè memoratur inter insigniores Auctores in ערוך & in חנחות

ספר זכרון תורת משה *Sèpher ziccaròn Toràth Moscè, Recordatio Legis Mosis.* Tit. ex Malach. 3. 22. Liber est compositus Constantinopoli, & excusus Pragæ anno 340. min. supput. Chr. 1580. De eius argumento nihil certi habemus. Plantauitius num. 173. dicit, quòd sit liber paruus Legis epitomen continens.

ה'רנ"ג: רבי משה פתחיה מרטישבונה חבר ספר סבוב העולם:

1243. R. MOSES PETACHIA RATISPONENSIS scripsit - סבוב העולם *Sibùu haolàm, Circuitio Mundi*, Itinerarium Orbis, quod Hebraicè & Germanicè excusum est Pragæ in 4. Ita Plantauitius in Bibl. Rabbin.

ה'רנ"ד: ר' משה מצורוידי בן ר' יהודה מרולי חבר ספר מצות משה:

1244. R. MOSES MATZORVVEDI BEN R. IVDÆ MAROLI, scripsit librum - מצות משה *Mitzuuòth Moscè, Praeceptorum Mosis*. Memoratur inter manuscripta librorum Warnerianæ Biblioth. Lugdun. Batau.

ה'רמ"ה: ר' משה ן' צלי חבר ספר קרית ספר וקרית ארבע על דקדוק ונמצא כ"י בווטיקאנו על הקלף

1245. R. MOSES ABEN צלי TZELI' scripsit librum, cui Titulus est קרית ספר וקרית ארבע *Kiriàth Sèpher, & Kiriàth arbaà, Ciuitas libri, & Ciuitas quadrata.* Ex Iudic. cap. 1. ver. 10. & 11. Tractat de re Grammatica, hoc est de arte rectè legendi, & scribendi Hebrai-

ה'ר"מ: ר' משה פרווינצאלי חבר הסכמה על ס' הזהר כמו שהיה הקדמה לזהר המנטובה; וחבר השגה על דרוש ימי עולם כנגד עזריה' מן האדומים בספר מאור עינים דף קפ"ט:

1240. R. MOSES PROVENZALE tulit iudicium de libro Zòhar per modum Præfationis, in qua eundem librum mirificè laudat, editionis Mantuanæ anno 318. Christi 1558. apud R. Meir Ben Ephràim de Padua, in 4. Scripsit -

Animaduersionem de diebus Mundi contra Azariam de Rubeis. Extat in fine libri מאור עינים *de annis mundi*, pagina 189.

ה'רמ"א: רבי משה פיסאט מקונסטאנטינה חבר ספר חוקות הפסח והוא פירוש על הגדה של פסח: ונמצאי' גם אותה משפחה ובעל הבית שלה הוא ר' אברהם פיסאט יצ"ו:

1241. R. MOSES PISSA'T CONSTANTINOPOLITANVS, (Buxtorfius in Appendice ad Bibliothecam Rabbinicam eum vocat Mosen Pisantem) Scripsit - חוקות הפסח *Chukòth Happèsach, Statuta Paschatis*. Est expositio Hagadæ Paschalis. Quid sit הגדה *Hagbadà* vide Par. II. pag. 389.

Hæc familia פיסאט *Pisàt*, quam vulgò vocant Pesat, seù Pesàta, reperitur Romæ, cuius Paterfamilias hodie est חכם *Chachàm Sapiens* Rabbinus Abraham Pisàt, siuè Pesatus.

ה'רמ"ב: ר' משה פריקיו חבר ס' זכרון תורת משה:

1242. R. MOSES PREKIVS scripsit -

bello haberi, aut inter illos connumerari dignus est, cùm paucis pagellis absoluatur, & in eo de re Gramatica tantùm agatur, in qua valdè inops ostenditur, solummodò titulis magnificis fœcundus, & sectionibus abundans est. Delectantur Hebræi rebus Grammaticalibus, & quos eam artem callere intelligunt, super alios extollunt, & mirificè laudant, & se solos ipsos in hisce rebus Grammaticalibus sapere putant, aliosque spernunt maximè exterarum Nationum homines, & præcipuè Christianos despiciunt tamquam omninò ineptos ad linguam Hebraicam addiscendam, vt ipsi iactant. Quod quàm falsum sit, tot testes adduci possunt, quot Auctores Christiani de Hebræorum lingua scripserunt, qui quidem longè Hebræos Auctores superant, vt pro decem Hebræis, quinquaginta numerentur Latino-Hebraici Scriptores, vt in Par. III. huius Bibl. Rab. pag. 44. videre est, qui non numero solùm, sed & quod caput est, suis quibusque locis dispositis rebus, & ritè aptatis, methodo insuper præclara rem totam Hebraicam breuiorem, & faciliorem reddiderunt. Hinc est quòd istis subsidijs adiuti quàm plurimi ex candidatis Hebraicis Christianis ad penitiorem Hebraicæ linguæ intelligentiam peruenerunt, ita vt & ad eam intelligendam etiam institutiones scriberent. Vnus ex istis est D. Petrus Riuier modernus Alumnus Collegij Neophytorum Romani, vbi adeò in lingua Hebraica profecit, vt non solùm nonnulla Rabbinorum scripta, & phrases in Latinum conuerterit, sed & libellum inscriptum ספר חנוך *Sèpher Chanòch*, *Librum Enochi* Latinitate donauerit, & doctis ac eru-

braicè, & ideò vocat hunc primum librum.

קרית ספר *Kiriàth Sèpher*, *Ciuitas libri*. Quo in genere de primis elementis agit. Secundum autem librum appellat

קרית ארבע *Kiriàth arbaà*, *Ciuitas quadrangula*, siuè *quadripartita*, quia in quatuor partes illum diuidit.

Prima Pars vocatur מוסד מוסד *Musàd Mussàd*, *Fundamenti fundati*. Tit. ex Isai. 28. 16. quia in eo agitur de rebus elementaribus, hoc est de literis & punctis vocalibus.

Secunda Pars vocatur ס׳ הגזרה והבניה *Sèpher hagghezarà vehabbenijàh*, *Liber Decisionis & Aedificij*. Tractat de Definitionibus, & Coniugationibus.

Tertia Pars dicitur גדר התכונה *Ghèder hattecunà*. *Sepes ordinata*, seù *firma*. Tractat de diuersis Nominum formis.

Quarta deniq; dicitur חותם תבנית *Chothèm Taunìth*, *Sigillum similitudinis*, vbi de Accentibus, qui quasi sigilla similitudinis sunt punctorum vocalium. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana Pergam. in 16.

Hoc eodem titulo קרית ספר *Kiriàth Sèpher*, *Ciuitas libraria* insigniui meam Bibliothecam Magnam Rabbinicam. Huius tituli rationem in Præfatione ad Lectorem in Parte I. reddidi, sanè quidem diuersam, sed magis appositam, quàm sit hæc Grammaticalis à præsenti ר׳ צלי vsurpata.

קרית ספר *Kiriàth Sèpher*, *Ciuitatem Librariam* librorũ multitudine refertã veluti Archiuum Generale cuiusdam Regni in Vrbe benè munita reconditum Bibliothecam meam Rabbinicam nuncupaui. At *R. Abèn Tzeli* eundem titulum indidit cuidam paruo libello, qui vix pro li-

guæ Sanctæ, & Lectores instituerentur secundùm Sacros Canones, aliquos meæ Congregationis Monachos in eadem lingua instruere mandauit. Iste inquam discipulus meus Imbonatus nunquam studium Hebraicum intermisit, sed in illud assiduè insistendo adeò profecit, vt non solùm libros S. Script., quantum licuit Tyroni, interpretatus sit, sed &, quod mirum est, nondum expleto biennio ad legem שבעל פה *Scebàal Pe Oralem*, librosq; *Miscnicos* progrediens interpretetur sine vocalibus, suis interim non intermissis actibus Theologicis de iure sibi competentibus: in quibus omnibus, & pręsertìm in Hebraicis studijs alios suos condiscipulos adeò superauit, vt Collegij Neophytorum Superiores tempore meæ infirmitatis eundem Imbonatum dignum ac idoneum existimarint, qui Cathedram meam repleret, & prosequeretur explanationem Psalmorũ à me inceptam, eamq; continuaret, quousq; ab infirmitate conualescerem. Post discessum D. Riuier è Coll. Neophytorũ, commisi eidem D. Imbonato, vt Grammaticale Opus à præfato D. Riuier inceptum prosequeretur, qui cùm annuisset, Secundam Partem Introductionis in linguam Sanctam intermissam reassumit, sed mutato titulo: quia cùm de Coniugationibus, & de reliquis, quæ ad Coniugationes, & ad alias Grammaticæ partes spectant, agat, sint autem hę veluti surculi linguęSanctę plantati in domo Domini, de his quoque breui compendio, sed perspicuè agendo Epitomen contexuit, indito titulo ex Psal. 92. 14. שתולים בבית יהוה *Surculi in domo Domini*. Vtriusque parui Voluminis originale exemplar msc. apud prænomina-

eruditis obseruationibus, & notis illustrauerit: quin & de re Grammatica Hebræorum præsertìm Partem Primam complectentem prima elementa linguę Sanctæ, nempè: De modo pronunciandi & scribendi characteres Hebraicos: de modo numerandi per literas Alphabeti, & de absoluto modo rectè legendi Hebraicè Introductionem succinctam scripserit, & הַמָּבוֹא אֶל לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ Hebraicè inscripserit. Hic cùm studia sua Theologica absoluerit, & aliò euocatus, vbi maiori cum fructu eidem Sanctæ linguæ operam dare poterit, & sibi, & alijs prodesse; eandem Sanctam linguam à primis elementis alios docendos susceperit, vt in reliquis quoq; partibus Introductionis instruat, vti dum in Collegio esset Neophytorum, rudem & informem massam sibi parauerat, postea extra Collegium maiori commoditate oblata, eandem elegantiorem reddendo totam Grammaticam Hebraicam (vti mihi relatum est) omnibus numeris absoluit. Sic & pridem alius meus Alumnus succinctè quidem, sed clarè & perspicuè fecerat D. Carolus Ioseph Imbonatus Mediolanensis meæ Congregationis Monachus, vnus ex Monachis Sac. Theologię Candidatis eiusdem Cœnobij, mihi à Reuerendissimo Patre D. Iosepho à S. Petro Abbate nostro Generali pro auditoribus assignatis secundùm iussionem Eminentissimi & Reuerendissimi Domini, Domini Alexandri Cardinalis Crescentij, Congregationis nostræ Protectoris vigilantissimi ad mentem S.D.N. D. Innocentij Papæ XI., qui, vt in Vrbe apud Regulares studium haberetur lin-

vt post Simeonem Ben Iochài, qui sub Imperatore Adriano viuebat, nulli alij ex Cabalistis palmã cederet. Scripsit in hoc genere dicendi nonnullos libellos, inter quos est insignis ille, quem ex Cantic. Cantic. cap. 4. v. 13. nuncupauit - פרדס רמונים *Pardès Rimmonìm, Paradisus Malorum Punicorum.* Tractat de recondita Theologia Iudaica, & eius partibus, præcipuè de quatuor sensibus exponendarum Scripturarũ comprehensis in dictione פרד״ס *Paradisus*, cuius singulæ literæ integram dictionem constituunt. ראשי תיבות *Initia dictionum*, ipsi vocant, vt per literam פ: פשט *Pesciàt*, sensus literalis intelligatur: per ר: intelligatur רמז *Rèmez* sensus ænigmaticus: per ד: intelligatur דרש *Daràsc* sensus mysticus, seù allegoricus: & per ס: intelligatur סוד *Sod* sensus secretus, reconditus, & arcanus. Hanc reconditam Theologiam קבלה *Kabalam* vocant, & de operibus Dei etiam ad intra, vt loquuntur, quantum homini Iudæo, seclusa fide, vtcumque naturaliter potest, sed à lumine fidei Christianæ adiutus, eleuabitur ad cognoscendam magis eius essentiã, dicente Apost. ad Rom. 1. v. 20. *Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta perspiciuntur, sempiterna quoque eius Virtus, & Diuinitas*, licèt nunc per speculum in ænigmate, & creaturis. Numerant Hebræi quintuplicem creaturam, siuè mundũ à Deo conditum esse. Primus dicitur -

1. עולם היסודות *Olàm Haijesodòth, Mundus elementaris & sublunaris* destinatus pro habitatione hominum.

2. עולם קטן *Olàm katòn, Mundus paruus*, Μικρόκοσμος, *Homo*.

3. עולם

natos Auctores reperitur; vsui publico typis subinde postea euulgandum quandocumq; opportunior euenerit occasio.

Cæterùm quæ spectant ad paruum libellum Grammaticalem קרית ספר *Kiriàth Sèpher* R. Mosis Abèn צלי *Tzeli*, videnda sunt in msc. Hebraico Vaticano in Pergam. in 16.

ר׳ משה מקוצי ׃ עיין רבי משה בר ר׳ יעקב מקוצי ׃ (ה׳ רמו׳)

1246. R. MOSES DE KO'TZI. Vide *R. Moses Bar R. Iacobi de Kòtzi*:

ר׳ משה קורדווירו בן רבי יעקב מעיר צפרת הגליל (ה׳ רמו׳)

העליון היה חכם גדול בחכמת הקבלה וחבר

ספר פרדס הרמונים שהוא ספר על הקבלה על עשר ספירות: ונדפס בקראקא על ידי יצחק ונחלק בלב שערים: וחבר

פלח הרימון והוא קצור מספר פרדס רמונים ונדפס בקרימונה ובויניציאה שנת ושס לפ״ק בבית דניאל זאניטי בריגוט: וחבר

עבודת יום הכפורים: ונדפס בויניציאה שנת שנו לפ״ק על ידי יואן די גארה: עם שני הקדמות הראשונה היא גדליה קורדווירו בן ר׳ משה קורדווירו והשניה של שמנים: וחבר

אור נערב והוא ס׳ פרדס רמונים בקצור:

עסיס רמונים והוא פירוש על סדר עבודת יום הכפורים וגו׳:

1247. R. MOSES cognomento CORDOVERVS filius R. Iacobi secundùm quod putant nonnulli, Natione Hispanus, Patria Cordubensis, floruit superiori seculo in Vrbe Saphèth Galileæ superioris, & ab originaria Vrbe Corduba vulgò pariter dict⁹ Cordouerus, Fuit insignis Cabalista, quam artem supremam, & excelsam Theologiam vocant Iudęi. In ea siquidem ita excelluit,

creaturas recenſent. licèt intelligentes eſſe velint; antiquiores tamen Hebræi ipſas operationes Dei ad Intra etiam in tribus primis Sephiris intellexerunt כֶּתֶר בִּינָה & חכמה Cheter, Binà, *&* Chochmà, *Corona*, in *Intelligentia*, in *Sapientia* tres proprietates perſonales, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti indicare volentes, ad quod reſpiciens Reuchlinus libro 2. Cabalæ dixit: *Ea* (Sephiròth) *ſunt decem Diuina nomina, quæ nos mortales de Deo concipimus, vel eſſentialia, vel perſonalia, vel notionalia, vel communia, & nominantur* כֶּתֶר *Chèther, Corona;* חָכְמָה *Chochmà, Sapientia;* חֶסֶד *Chèſed, Clementia, ſeù Bonitas;* גְּבוּרָה *Gheuùrrà, Grauitas, ſiuè Seueritas, aut Potentia;* תִּפְאֶרֶת *Tiphèreth, Ornamentum;* נֵצַח *Nètzach, Triumphus;* הוֹד *Hòd, Confeſſio laudis;* יְסוֹד *Ieſòd, Fundamentum;* מַלְכוּת *Malchùth Regnum. Supra iſtas decem Sephiras collocant* אֵין סוֹף *En ſoph, quod vocant Ens infinitum, diſtinctum quidem ab inferioribus Sephiris, quibus Diuina peculiaria nomina attribuuntur, vt* אדני *Adonài tribuitur Regno,* אל חי *El chài fundamento,* אלהים צבאות *Elohìm Tzeuaòth Gloriæ,* יהוה צבאות *Adonài Tzeuaòth Victoriæ,* יהוה *Adonài Pulchritudini,* אלהים *Elohìm Fortitudini,* אלוה *Elohà Magnitudini,* יְהוָה *Elohìm Intelli-*

3. עולם הגלגלים *Olàm Haghalghalìm, Mundus Sphærarum.* Οὐρανοὶ, *Cælū.*

4. עולם המלאכים *Olàm Hammalachìm, Mundus Angelorum Ierarchicus,* Ἱεραρχίαι.

5. עולם עליון *Olàm Ijliòn, Mundus ſuperior.*

Supra mundanas machinas ponunt אצילות *Atzilùth Emanationes* Sephiròth, decadem Sephirarum. Supra Sephiras intelligunt alium exiſtendi modum, quo res in Deo exiſtunt; verùm perſonæ non multiplicantur per attributa eſſentialia, ſecùs tot deberent eſſe perſonæ, quot attributa, ſed hæ multiplicantur, & inter ſe realiter diſtinguuntur, quia vna ab alia procedit. Vnde antiqui illi Sapientes Cabaliſtæ Theologi hunc modum exiſtendi in Deo ad Intra vocauerunt אצילות *Atzilùth, Proceſſionem, Emanationem* trium Sephirarū ſubſiſtentialium, perſonalium. Hinc eſt, quòd aliquando apud Auctores reperitur ספירה *Sephirà*, cum notione perſonę, vt apud Franciſcum Donatum in ſuo libello תפוחי זהב *Poma aurea*, in verſione Symboli S. Athanaſij ex Latino in Hebræū, vbi vſus eſt vocabulo ספירה *Sephirà* pro *perſona*, vt quando vertit ולא כלבול סְפִירוֹת *Et non confundentes perſonas Sephiròth.* Et: כִּי אחת סְפִירָה בשם אב ובן וכולי *Quoniam alia eſt Sephirà perſona Patris, alia Filij, &c.* Inde apparet quòd ספירה *Sephirà* vocabulum eſt æquiuocum, & aliquando pro perſona accipitur, & aliquando pro numerare: nam ספר *Saphèr numerare* audit, ספירות *Sephiròth numerationes* ſonant. Sic communiter apud Hebræos, qui myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis intelligere nolunt, ſolemnem illam decadem Sephirarum inter

se nomen Angelorum, si alicui voci ex Sac. Scriptura depromptę, in qua aliquid de Diuina essentia commemoratur, addant in calce notã אֵל *El*, aut יָה *Iah* Dei nomen significantẽ, vt ex illo Exod. 32. v. 16. והמכתב מכתב אלהים הוא *Et scriptura, scriptura Dei est*, elicerę se credunt nomen Angeli כתבי־אל *Chetaui-el*, גבריאל *Gabri-el* &c.

Præter hæc Angelorum fictitia nomina, alia septuaginta duo Dei nomina quadam arte eliciunt ex tribus Sacræ Scripturæ versiculis ex cap. 14. Exodi ver. ויסע *Et profectus est &c.* ויבא *Et venit &c.* ויט *Et extendit &c.* 19. 20. & 21. singulis ex tribus literis constantibus, quod שם המפורש *Scem Hammephoràsc Nomen Dei explicatum* vocant. Isti tres versiculi hoc ordine disponuntur, nam singuli 72. literis constant: vt primus versus, prout scriptus est, notetur à principio vsque ad finem; secundus versus, id est medius notetur à fine vsque ad principium; & tertius versus, hoc est vltimus, notetur à principio vsque ad finem eius, vt factum fuit in primo versu hoc modo: *Parascià* בשלח Exod. 14. 19.

1 ויסע מלאך האלהים ההלך לפני מחנה ישראל וילך מאחריהם ׃ ויסע עמוד הענן מפניהם ויעמד מאחריהם ׃

2 הלילה־לכ הז לא הז ברק אלו הלילה תא ראיו ךשחהו ןנעה יהיו לארשי הנחם ןיבו םירצמ הנחמ ןיב אביו ׃

3 ויט משה את ידו על הים ויולך יהוה את הים ברוח קדים עזה כל הלילה וישם את הים לחרבה ויבקעו המים ׃

1 והו 2 ילי 3 סיט 4 עלם 5 מהש 6 ללה 7 אכא 8 כהת 9 הזי 10 אלד 11 לאו 12 ההע 13 יזל 14 15 הרי 16 הקם 17 לאו 18 כלי 19 לוו 20 ... 21 נלכ 22 ... 23 ... 24 מלה 25 חהו 26 נתה 27 ...

gentia. יָה *Iah Sapientia.* אהיה *Ehiè Corona summa. Tria hæc vltima attributa dicuntur personalia, & essentialia; quia persona & essentia sunt idem re, sed differunt ratione: nam persona addit supra essentiam Dei secundùm intellectum, quia essentia potest intelligi sine persona, non autem persona sine essentia. Vnde antiqui Hebræi tres istas supremas Sephiras cognouerunt in* אין סוף *En-soph in Deo reperiri coæternas, & consubstantiales Deo; quas ob vocum indigentiam tres luces vocauerunt, de quibus aliquod vestigium habemus apud Ioan. 1. qui de Verbo æterno testatur ver. 9.* quòd erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est.]

De his lucibus, earumque reali distinctione inter se, & processione vnius ab altera, & identificatione cum essentia Diuina conspicuè & disertè egit doctissimus Episcopus Marsicensis Ioseph Ciantes in suo libello de Sanctiss. Trinitate contra Iudæos. Quibus ritè intellectis, nihil video in ea doctrina aliquid contra sanam doctrinam, imò omnia consona esse Ecclesiæ Catholicæ, & cum ijs, quæ docentur à Theologis, conuenire. Verum tamen est, quòd moderni Cabalistæ, vt mysterij Religionis Christianæ num. 55. spiritu se opponant, totam œconomiam Sephirarum suis vanis commentationibus, & chimericis, atq; inanibus nominibus inficiunt, quę ex certis S. Script. locis iuxta artem, quam modernorum Hebræorum Cabalistę tradunt, eliciuntur. Putant isti vani & profani Cabalistæ se venari pos-

22 ווו *Dexter*. 23 מֵלָה *Custos*. 24 הַהָו *Expetendus*. 25 נִתְהָ *Mirabilis*. 26 הָאָא *Inuocandus*. 27 יְרָת *Saluator*. 28 שְׁאָה *Festinus*. 29 רָיִי *Sanator*. 30 אָוּם *Adolescentia*. 31 לְכָב *Solus*. 32 וְשֶׁר *Rector*. 33 יְחוֹ *Cogitabundus*. 34 לְהָח *Expectatio*. 35 כָוֹק *Deprecatio*. 36 מֵנַד *Gloria*. 37 אֲנִי *Facies*. 38 הַעַם *Refugium*. 39 רְהַע *Adiutor*. 40 ייז *Propulsator*. 41 הֶהָה *Liberator*. 42 מִיךְ *Custos*. 43 וֻוַל *Matutinus*. 44 יְלָה *Doctor*. 45 סָאֵל *Compatiens*. 46 עָרִי *Operator*. 47 עָשָׁל *Magnificus*. 48 מֶיה *Reuelator*. 49 וְהוּ *Maximus*. 50 דָנִי *Clemens*. 51 הָחָשׁ *Latabundus*. 52 עָמַם *Altissimus*. 53 נַנָא *Verus*. 54 נִית *Regnator*. 55 מִבַהּ *Aeternum*. 56 פוּי *Erector*. 57 נִמם *Protector*. 58 יִיל *Animus*. 59 הָרָח *Oriens*. 60 מִצְר *Iustus*. 61 וָמַב *Benedictus*. 62 יָהָה *Amabilis*. 63 עָנַו *Laudabilis*. 64 מַחִי *Mercator*. 65 דַמַב *Deprecabilis*. 66 מֶנק *Assistens*. 67 אָיַע *Dator*. 68 חֲבוּ *Bonus*. 69 רָאָה *Pramium*. 70 יְבַם *Deus*. 71 הָיִי *Multus*. 72 מוּם *Requies*.

27 ירת 28 שאה 29 רייו 30 אום 31 לכב 32 ושר
33 יחו 34 לחח 35 כוק 36 מנר 37 אני 38 העמ
39 רהע 40 ייז 41 ההה 42 מיכ 43 וול 44 ילה
45 סאל 46 ערי 47 עשל 48 מיה 49 והו 50 דני
51 החש 52 עמם 53 ננא 54 נית 55 מבה 56 פוי
57 נמם 58 ייל 59 הרח 60 מצר 61 ומב 62 יהה
63 ענו 64 מחי 65 דמב 66 מנק 67 איע 68 חבו
69 ראה 70 יבמ 71 היי 72 מומ :

Nonnulli Christianorum, præsertim ex recentioribus conuersis, adeò sunt Cabalisticis istis leuitatibus addicti, vt hæc Cabalistica nomina nihil significantia magnifaciant, & ex illis amuleta conficiant, diuersis figuris, seù Crucibus exornant, interpretationem ineptissimam addant, quam hic referre non pigebit, vt omnes agnoscant, quale iudicium apud cordatos Viros sit de eis ferendum. Refero interpretationem istorum nominum secundùm quam nuper mihi communicauit quidam amicus meus, quam habuit à quodam Hebræo conuerso Cabalista, & est –

1 וְהוּ *Exaltator*. 2 יְלִי *Auxiliator*. 3 סִיט *Spes*. 4 עָלָם *Salus*. 5 מַהַשׁ *Quæsitus*. 6 לָלָה *Annunciatus*. 7 אַכָא *Longanimis*. 8 כַּהַת *Adorandus*. 9 הָזִי *Recordabilis*. 10 אָלָד . . . . 11 לָאו *Exultabundus*. 12 הַהַע *Opportunus*. 13 יָזַל *Decantatus*. 14 מְבָה *Subleuator*. 15 הָרִי *Ens*. 16 הָקָם *Aduocatus*. 17 לָאו *Dominator*. 18 כַּלִי *Iustitia*. 19 לָוִו *Exauditor*. 20 פְּהַל *Eruens*. 21 נֵלָךְ *Fortis*.

dicatur, per ista nomina Cabalistica victorias à suis primæuis obtinuisse Dauid & Abraham contra quos pugnauerant, & præualuisse. Ita quoquè, addit Cabalista iste superstitiosus, quotiescumque aliquis deuotus Christianus deuotè recitauerit prædictos 72. versiculos ex Psalmis suprà depromptos in honorem Sanctissimæ Trinitatis, & deferat eandem Crucem cum eadem deuotione, qua deferuntur Sanctorum Reliquiæ, dummodò sit in gratia Dei, certus erit quòd à Deo omnem prosperitatem & sospitatem obtinebit. Hoc illicitum est fieri, quia superstitiosum: nam 72. ista nomina ex tribus illis versiculis Exodi cap. 14. ver. 19. 20. & 21. arte illa Cabalistica efformata nihil significant, ideòq; ex inuocatione illorum nullus effectus à Deo expectari potest, quia Deus non est testis falsitatis, ideòque vana & superstitiosa religione colitur, si hoc modo colatur, & qui hæc facit, vel suadet, vt alii id faciant, non caret superstitione. Itaque ornamenta Crucis circulis ex Sephiris, & septuaginta duobus nominibus ignotis, & nihil significantibus repleta non addunt sanctitatē eidem Cruci, sed eam potiùs profanant, neque vicissim eadem nomina aliquam sanctitem à Cruce ipsa recipiunt, alioquin nomina malorum Angelorum, siuè Dæmonum Cruci inscriptorum redderentur sacra, quod est erroneum dicere. Adde, quòd sicut huiusmodi septuaginta duo nomina per quatuor angulos Crucis distribuuntur, ita quoque distribui poterunt per triangula, quadrangula, & per alias figuras mathematicas, quæ nullam sanctitatem conferre tunc poterunt; quia nullam virtutem in se habent.

Ne vnica quidem vox ex his reperitur, quòd aliqua ex assignatis significationibus in Hebraico, aut Chaldaico idiòmate extare deprehendatur.

Prætereà in schemate Cabalico Christiano ab amico meo mihi oblato visebatur Crux quadrangularis, in cuius quatuor lateribus erant distributa & inscripta prænotata septuaginta duo nomina Cabalistica cum sua interpretatione latina. In medio huius Crucis tres apparebant circuli in inferiori alia delineata erat minor Crux cum hisce Dei nominibus; nempè שדי אחיה אדני אלהים יהוה צבאות יה hoc est, *Omnipotens*, *Ero*, *Dominus*, *Elohìm*, *Deus Tetragrammaton*, *Sabaoth*, *Iah*.

In medio circulo inscriptæ erant decem Sephiròth hoc ordine: 1. כתר 2. חכמה 3. בינה 4. גדולה 5. גבורה 6. תפארת 7. נצח 8. הוד 9. יסוד 10. מלכות. In primo circulo istarum Sephirarum nomina Latina, videlicet, 1. *Corona*. 2. *Sapientia*. 3. *Intelligentia*. 4. *Magnificentia*. 5. *Fortitudo*. 6. *Pulchritudo*. 7. *Aeternitas*. 8. *Gloria*. 9. *Fundamentum*. 10. *Regnum*.

Quatuor anguli huiusmodi Crucis Cabalicæ Christianæ repleti sunt versiculis ex Psalmorum libro selectis, ex quibus in tit. qui præfertur cum hac epigraphe: CRVX MYSTERIOSA MAGNÆ VIRTVTIS; dicitur quòd LXXII. sint versiculi Hebraici ex Psalmis, ex quibus desumuntur LXXII. nomina Dei. Isti Psalmorum versiculi omnes constant ex septem dictionibus, quibus magna mysteria contineri putantur. Vnde & sententiam ferunt in huius amuleti honorem (quod tamen superstitione non carere putamus) cùm

de diuisione luminis Lunæ ; de nomine Dei 4. 72. 42. & 12. literarum ; de cognominibus Dei ; de Templis superioribus, commutationibus literarum, punctorum, & accentuum ; & de Anima ; & tandem de attentione & deuotione circa Sephiras habenda. Impressus fuit opera R. Isaaci Ben Mesciullàm. In hoc libro Christianæ Religionis mysteria secundùm antiquorum Theologorum Cabalistarum placitum enucleatè explicantur, præcipuè Sanctissimę Trinitatis mysterium, quomodo in vna simplicissima natura três personæ realiter inter se distinctæ reperiantur, declaratur, licèt vocabulis Patris, Filij, & Spiritus Sancti non vtantur, sed tribus lucibus, vt optimè & eruditè, & primus omnium ex tenebris huius libri in lucem protulit doctissimus, & in Rabbinicis versatissimus Ioseph Ciantes Episcopus Marsicensis ex Ordine Prædicatorum, vt suprà insinuauimus. Cordouerus autem hic noster præter præfatum scripsit etiam libellum pariter Cabalisticum, cui nomen ex Cant. Cantic. 8. 2. Buxtorf. in Bibliotheca Rabbinica dicit, quòd sit impressus etiam Saloneti, forsan Salonich, seù Thessalonicæ in 4. Et Cracouiæ an. 352. Chr. 1592. in 4.

עסיס רמונים *Assis Rimmonim, Succus Malogranorum.* Est Compendium suprà narrati *Pardès Rimmonim.* Excusus Venetijs anno ש״סא 361. minoris supputat. Chr. 1601. apud Danielem Zanetum in 4. Et priùs idem factum est ibidem ש״מט 349. Chr. 1579. eadem forma. De eadem materia egit in libello, cui titulum fecit -

פלח רמונים *Pèlach Rimmonim, Fragmen Malogranatorum.* Tit. ex Cant. Can-

habent ; non naturalem ; quia in eis nulla huiusmodi assignari potest. Non igitur vt causæ naturales adhiberi possunt ad effectus proprios inducendos. Si dicatur adhiberi, vt signa ; non vt signa Diuina, veluti sunt signa sacramētalia : ergo vt signa vana & superstitiosa, veluti sunt pacta signationum facta cum Dæmone, vel expressa, vel saltem tacita, quæ superstitione non carent. Quare cùm ignota ista nomina nullam sanctitatem signo Crucis superaddant, nec vicissim ab eo recipiant sanctitatem, restat vt huiusmodi Crucis signū hoc pacto delineatum superstitionis nota non careat. Et hæc de Cruce Cabalistica, deque 72. nominibus eiusdem not æ.

Cæterùm liber *Pardès Rimmonim* huius Auctoris msc. in charta admodum tersa, & eleganter scriptus reperitur inter Hebraicos Codices Collegij Neophytorum Vrbis, in 4. Et impressus fuit Venetijs anno ש״מו 346. min. supput. Christi 1587. apud Ioannem de Gharà cum duabus Præfationibus; prima Ghodoliæ Cordoueri filij Auctoris, & secunda cuiusdam Correctoris libri, in 8. Excusus etiam fuit Cracouiæ an. 5292. Christi 1632. apud Isaacum Ben Aaronis, regnante Sigismundo III. Polonorum Rege in fol. in qua editione enucleatè agitur ; de X. *Sephiròth*, de illarum *Azilùth, de influxu ; Canalibus Sephirarum ; incuruatione, seù impedimentis ; de corporibus Sephirarum ; de ordine Azilùth, Tzachtzachòth splendoribus, luce clara, splendida, antiqua ; de 32. semitis Netiuòth, 50. Sciaarim Portis Intelligentiæ ; de* אביע *Auiàa, hoc est Azilà, Beriah, Ietzirà, & Assià ; de mysterio fæmoris Iacobi, & ipsius claudicatione ;*

chrali lapideo. Contemporaneus fuit Ioſepho Kàro, qui in eadem Vrbe obijt anno Domini 1375. Vide Parte III. in *Ioſeph Kàro*.

ש׳ רמ״ח **ר׳ משה מקוצי:** עיין רבי משה בר ר׳ יעקב מקוצי:

1248 R. MOSES DE KO'TZI. Vide *R. Moſes Ben R. Iacobi de Kòtzi*.

ש׳ רמ״ט **ר׳ משה בן קטליא׳** שכתב להם כמה ספרים ומזמורות ושירות ותשבחות כמו שנזכר בסוף ספר הקבלה לראב״ד:

1249 R. MOSES BEN KATALIA' ſcripſit pro Iudæis aliquos libros ad ritus Synagogales pertinentes, Verſus, Cantica, & Laudes continentes quotidianas, prout memoratur in fine libri Kabbalæ Rab. Abrahami Aben Daùd.

ש׳ ר״נ **ר׳ משה קאלאיו בן ר׳ יצחק** חבר פירוש על שיר השירים וקרא תפוחי זהב ונמצא בב״י וואטיקאנו והיה אותו בספר א׳ העתקה לעסטאכיו ולא נדפס עד הנה ונכתב על יד אליהו בן מנחם מנולה הרופא שנת שי״ו לפ״ק:

1250 R. MOSES KALAIO' BEN R. ISAACI compoſuit Expoſitionem in Cant. Cantic. eamque vocauit -

תפוחי זהב *Tepuchè zahàu, Poma aurea*. Inuenitur mſc. in Bibliotheca Vaticana ſcriptus à Ioanne Paulo Euſtachio de Nola, conuerſo ex Iudaiſmo (qui ante conuerſionem vocabatur Elias Menola Ben Menachèm Medicus) inceptus ſcribi anno ש״יד 314. min. ſupput. Chr. 1556. completus an. 1568. quo anno in Bibliotheca Vatic. librorum He-

Cantic. cap. 4. v. 3. impreſſo Venetijs anno ש״מז 347. min. ſupput. Chr. 1587. apud Io. de Gara. Excuſus etiam fuit Cremonæ. Scripſit -

אור נערב *Or Neeràu Lumen adueſperaſcens*. Eſt Compendium libri *Pardès Rimmonim*, in eo reperiuntur duæ Præfationes, prima R. Ghedoliæ Cordoueri eius filij, & ſecunda Correctoris libri impreſſi Venetijs apud Io. de Gara anno ש״מז 347. min. ſupput. Chr. 1587. in 8. Scripſit paruum libellum Cabaliſticum, nuncupatum -

תמר דברה *Tòmer Deuorà, Palma Deboræ*. Tit. ex Iudic. cap. 4. v. 5. Tractat in eo quomodo homo ex conſideratione X. Sephirarum conformare ſe debeat ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Excuſus Mantuæ an. 1623. in 8. Ex Buxtorf. in Appendice. In Bibliotheca Werneriana Lugdun. Batau. fit mentio cuiuſdam libri Cabaliſtici, inſcripti -

ספר גרושין *Sèpher Gheruſcin*, & tribuitur R. Moſi Cordouero, ſed ſine aſſignatione argumenti. Eſt & alius liber cum hoc titulo פרדס *Pardès*, & memoratur à *Iuchaſsin* pag. 164. Eius Auctorem facit quendam R. Samuelem de בוניעלבוק *Bonelbùk*, qui fuit diſcipulus Raſcì, id eſt R. Salomonis Iarchì. Tandem hic Auctor Moſes Cordouerus ſcripſit *Perùſc Expoſitionem* -

על סדר עבודת יום הכפורים *Al Sèder Auodàth iom hakkippurrìm, Ordinis Feſti diei Expiationum*. Excuſa eſt Venetijs an. 347. min. ſupput. Chr. 1587. apud Io. de Gara in 8.

Obijt in Vrbe Saphèth ſuperioris Galileæ, & ſepultus in Campo ſepulchrorum eiuſdem Vrbis cum titulo ſepul-

mentationibus, & Scholijs illustrauit. Multoties fuit excusus hic libellus Hebraicè, primò Pisauri sub Principatu Ioannis Sfortiæ anno quinto Pontificatus Iulij II. hoc est anno Dom. 1508. in 8. Secundò, Venetijs apud Bragadinos anno 384. min. supp. Chr. 1524. Prodijt quoquè Basileæ cum interpretatione Latina Sebastiani Munsteri 1527. in 8. Iterum Venetijs apud Danielem Bombergum an. ש״ו 306. Chr. 1546. cum tribus alijs Opusculis Grammaticis. Ista sunt -

לשון למודים *Lesciòn limudim, Lingua eruditorum*. Tit. ex Isai. 50. 4.

שקל הקדש *Scèkel Hakkòdesc, Siclus Sanctuarij*, Tit. ex Num. c. 7. sæpiùs. Et est breuis Tractatus de Carminibus conficiendis.

Iterum etiam Basileæ apud Cratandrum an. 1531. cum Eliæ Leuitæ Commentario, Hebraicè simul & Latinè Sebastiano Munstero Apostata Interprete; & rursus apud Henricum Petri ibidem anno 1536. accuratiùs per eundem Munsterum cum Hebraismo collata. Hebraica quoquè cum expositione cuiusdam Beniamini impressa fuit Romæ in 4. inquit Gesnerus. Denique addit Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica, eumdem librum nuper elegantissimè cum notis eruditis, quibus multa Scripturæ testimonia illustrantur, editum à Constantino l'Empereur Lugduni Batauorum anno 1631. Idem Buxtorfius ibidem eidem Mosi Kimchio aliud Opus Grammaticale cum sequenti titulo attribuit -

דקדוק לשון הקודש *Dikdùk lesciòn hakkòdesc, Grammatica linguæ sanctæ*.

שכל טוב *Sèchel Tòu, Intellectus bonus*. Est

Hebraicorum Scriptoris munere fungebatur, inde suspicari possumus eum incepisse scribere huiusmodi librum, cùm adhùc Iudæus esset iste Elias. Papyr. in folio.

א רנ״א ר׳ משה קמחי בן רבי יוסף קמחי ואחי ר׳ דוד קמחי ספרדי המדקדק גדול חבר ספר נקרא מהלך שבילי הדעת וכו׳ : ונולת הנער תיבות ראשונים ואותיות ראשונים כמנין שם משה קמחי ועליו עשה פירוש אליה לוי אשכנזי ; וחבר גם כן .

לשון למודים : ושקל הקדש על השירים : ושכל טוב : וחענוג נפש על מדות הנפש ;

1251 R. MOSES KIMCHI BEN R. IOSEPHI KIMCHII, & FRATER R. DAVID KIMCHI, de quo egi suprà Par. III. num. 426. qui & ipse fuit doctissimus in rebus Talmudicis, multaque scripsit, vt ibidem vidimus; nec minùs Doctor fuit hic R. Moses eius frater præsertim in Grammaticis, in qua arte suum patrem Iosephum vicerat, *Idcircò*, vt dicitur in *Scialscèleth hakabbalà* pagina 54. לכן יצא לפני אחריהם *exibat post eos*. Floruit an. mun. ד׳ חת׳ק׳נב 4952. Chr. 1192. vt ibidem dixi. Scripsit quædam Grammaticalia, inter quæ primum occupat locum libellus Grammatices inscriptus -

מׄהלך שׄבילי הׄדעת קׄרבע מׄליצת חׄבמה יׄתרון :

Mahalàch sceuilè haddàath, Incessus itinerum scientiæ. Septem vocabulorum primordiales literæ accentu notatæ componunt nomen -

משה קמחי *Mosce Kimchi*. Est breuis sed erudita, & docta Grammatica, quam R. Elias Leuita Germanus Grammaticorum sui temporis facilè Princeps, Com-

idiomate transtulit in Hebræum vnà cum expositione Ioannis de Nicolao Parisiensi. Reperiuntur msc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4. sub numero 67.

ר' משה רופא [illegible]

[illegible]

1254 R. MOSES MEDICVS antiquissimus & celeberrimus, cuius Aphorismi ex Galeno collecti, nuper ad vsum studiosorum Medicinæ ab interitu vindicati, & primùm in lucem editi fuerunt. Item locorum quorundam apud Galenū sibi ipsis contradicentium castigatio & notatio. Deniq; Ioannis Damasceni Aphorismi vtilissimi ad filium suum. In 8. Basileæ ex Officina Henrici Petri 1579. Ex Gesnero.

ר' משה מריאטי [illegible]

[illegible] מעון השואלים [illegible] וברכי

נפשי : וידוי : וסדר העבודה : [illegible]

[illegible]

[illegible]

1255 R. MOSES DE REATE scripsit quædam Carmina rhythmica & moralia, ea sunt.

Primum vocatur.

מעון השואלים *Maòn hascioalìm, Habitaculum postulantium, &c.* quia ita incipit. Secundum incipit.

ברכי נפשי *Birchì Naphscì, Benedic anima mea &c.* quia eisdem verbis ordi-tur. Scripsit &

וידוי *Viddùi, Confessionis peccatorum formulam.* Item

סדר העבודה *Sèder haauodà, Ordinem seruitutis*, quo explicantur ritus sacrificandi in die Expiationum. Hæc omnia ex

Est etiam Grammatica. Scripsit etiam תענוג נפש *Taanùgh Nàphesc, Oblectatio Animæ.* Ex eodem Buxtorfio, sed sine designatione alicuius argumenti. Plantauitius addit: *Liber est moralis:* Ego illum non vidi, sed puto eum agere de Grammatica, quia Opera huius Auctoris omnia sunt Grammaticalia, vti est alius inscriptus.

ספר התחבושת *Sèpher hattachbòsceth, Liber emplastri.* Est & alius.

ר' משה קמחי בן ר' דוד קמחי [illegible]

[illegible]

[illegible]

1252 R. MOSES KIMCHI BEN R. DAVID KIMCHI, qui & ipse fuit Vir doctus, & elegans librorum Scriptor, cuius msc. est liber cum titulo גן עדן *Ghàn Eden Hortus Voluptatis*, Auctore R. Iacobo Ben Eleazar. Hunc Codicem transcripsit in Insula Rhodo anno mundi 5142. Christi 1382. Huius exemplar reperitur in Bibliotheca Vaticana, in quo agitur de Anima, vt notaui suprà in Par. III. pag. 837.

ר' משה מקרית יערים [illegible]

[illegible]

[illegible]

1253 R. MOSES DE KIRIATH IEARIM, quæ est Vrbs Terræ Sanctæ in Tribu Iudæ, Ios. 15. v. 9. quæ & קרית בעל & בעל dicitur Ios. 15. ver. 15.

Tabulas Astronomicas Alphonsi Regis nuncupatas Alphonsinas ex Latino

MONIS ALVADE'SC collato ſtudio cum R. Don Ben Benaſte Ben Hannabì Cæſarauguſtano, ſcripſit librum - מדות *Middòt*, *Ethica Ariſtotelis* ſecundùm diſpoſitionem & ordinem, quem ſeruauit Boëtius. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana inter libros Vrbinates Papyr. in 4.

א׳ רנ״ח ר׳ משה בר שלמה מחכמי שלון

העתיק פירוש לאלכסנדר הישמעאלי על מאמר הטבע לארסטו : ובסוף הספר ישנו כמה דפין לעשות בשמים וסדר רפ״ בסוף הספר אמר שלמה העתיקתי זה. ס׳ המקבלה לאן והעתיקו ר׳ משה מחכמי שלון נכתב. פה בולוניא שנת קנ״ן :

1258 R. MOSES BAR SALOMONIS ex Sapientibus Solonij tranſtulit hunc librũ hìc Bononiæ, & eſt Commentatio in Metaphyſicam Ariſtotelis cuiuſdam Alexandri Iſmaëlitæ. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vrbinat. apud Vaticanum in 4. Papyr. Scriptus fuit Bononiæ anno mun. 5150. Chr. 1390. In fine libri extant nonnullæ paginæ, quibus docetur modus conficiendi aromata.

א׳ רנ״ט ר׳ משה בן שמואל בן צריאל

חבר מחזור חדשים על השנים אך על המועדים והתקופות והתחיל משנת תי״ד עד שנת תל״ד :

1259 R. MOSES BEN SAMVELIS BEN TZVRIELIS. Scripſit - Calendarium pro 20. Annis. Incipit ab anno Iudaico 5414. vſq; ad annum 5434. incluſiuè. In cuius fine extant loca, ex quibus deſumptæ ſunt lectiones nuncupatæ *Haphtoròth* ſecundùm ritum Synagogæ tàm Italicæ, quàm Germanicæ. Extant excuſi Venet. apud Ven-

ex Hebraica lingua in Italicam verſa ſunt à Debora vxore Iſaaci Aſcarielli Romani: *Maòn haſciaalìm*, *Habitaculum poſtulantium*, quia ligata Oratione Hebraicè ſunt compoſita eadem Italicis verſibus tranſtulit. Incipit: *O Tempio di chi chiede Vn fin perfetto &c.* Reliqua Opuſcula ſoluta Oratione Italica reddidit. Sunt omnia excuſa Venetijs in 12. opera Dauid de la Rocca anno 362. minoris ſupputat. Chriſti 1602. apud Danielem Iunctam, cùm antea anno 369. Chr. 1609. itidem excuſa fuerint apud Ioannem de Gara procurante R. Samuele de Caſtro nouo Romano incola. In cuius fine extat ſupplicatio recitanda tempore Circũciſionis iuxta ritum Synagogæ Romanæ. In *Scialſcèleth hakabbalà* pag. 62. col. 2. fit mentio huius R. Moſis Reatini, qui etiam rhythmicè compoſuit Canticum de *Scialſcèleth hakabbalà*, *Catena Cabalæ*, ſiuè *Traditionis ſerie*; ſed inter Auctores in ea relatos nullus ſeruatur ordo.

א׳ רנ״ו ר׳ משה בר שבתי

חבר הגהות על מציאות השם ותואריו בקצת כ״י בוואטיקאנו על קלף ברביע :

1256 R. MOSES BAR SCIABATHA'I, ſcripſit *Annotationes & Scholia ſuper Tractatum de Exiſtentia Dei, & Attributis Diuinis* cuiuſdam Anonymi. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana Pergam. in 4.

א׳ רנ״ז ר׳ משה בן שלמה אלואריש

עם עזר דון בן בנשתי בן חנביא חשובן בסרקוסטה, חבר ספר מדות מארסטו כפי אשר סדרו בואיסיו בלשון לעז :

1257 R. MOSES BEN SALO-

Venturinum Ben Dauid in domo Ioannis Ambrosij anno mundi 5414. Christi 1654. in 8.

א׳ רס״ ר׳ משה ספרדי חבר ספר רוח חן בקיצור ההגיון ואמר כוח על התכונה ועל הכוכבים אדם ועל הגלגלים והמזל כי״ בוואטיקאנו סימן ד׳ אלף תקס״א על הכייך כרך :

1260 R. MOSES SEPHARDI HISPANVS, scripsit -

ספר רוח חן *Sèpher Rùach Chen*, *Librum Spiritus gratiæ*. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana sub num. 4561.

א׳ רס״א ר׳ משה בר שם טוב ספרדי מעיר ליאון ממשפחת ן׳ חביב חבר מרפא לשון והוא דקדוק לשון הקדש ונדפס בוויניציאה על ידי דניאל בומבירגי שנת ה׳ אלפים ש״ו ואמר בספר גנים בספרו כתובת קבורת אמציה מלך יהודה ועליה מצבה עם חרוזים הללו :

שִׂמוּ קִינָה בְּקוֹל מָרָה
לַאֲמַצְיָה לְשַׂר גָּדוֹל לְקָחוֹ יָהּ :

וחבר ספר מיכור העולם : ויסוד הנשמה : ועונשה : בנהגתה : ושכרה : בגן עדן :

1261 R. MOSES BAR SCEM TOV SEPHARDI HISPANVS de Vrbe Leone, ex celebri familia Abèn חביב *Chauiu*, quæ in Hispania aliquando floruit, oriundus. Scripsit librum de Grammatica, quem nuncupauit -

מרפא לשון *Marpè lesciòn*, *Medela linguæ*. (Tit. ex Prou. 15. 4.) Excusus fuit Venetijs apud Danielem Bombergum anno mundi 5306. Christi 1546. in 8. In secunda Parte tractat de Canticis, & Versibus rhythmicis componendis, quorum antiquus vsus apparet ex fragmento tituli sepulchralis Principis exercitus Amasiæ Regis Iudæ inuento in Hispania in quodam monte. Ex simile fine istarum vocum שמו קינה בקול

מרה לאמציה לשר גדול לקחו יה :

colligunt nonnulli antiquitatem huius generis rhythmici, de cuius veritate valdè dubitatur, redolet enim fabulam Rabbinicam, quia non indicatur locus præcisus, vbi huiusmodi tituli fragmentum adinuentum sit: nam in Hispania multi montes sunt, & in fragmento non legitur nomen Amasiæ Regis Iudæ. Potuerit esse alicuius alterius Regis nomine Amasiæ: nam apud Hebræos nomine Regis veniunt etiam Rectores Academiarum, vt sæpiùs occurrunt in Chronologijs Rabbinorum. Potuit igitur esse valdè recentior hic rhythmicus in versibus Hebraicis, quàm supponit fragmentum tituli in Hispania adinuenti.

Scripsit quoquè librum *de Elementis Mundi*; *de Anima*; *de Pœna*; *Gehenna*. *Præmio*, *& Gloria Beatorum*. Eumque composuit Dobræ Poloniæ anno mundi 5053. Christi 1293. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana fol. Pergam.

א׳ רס״ב משניות : עיין על שם ר׳ יהודה בן רבן שמעון בן רבן גמליאל בחלק ג׳ וכרך עד עמוד ל סימן תרע״ג :

1262 MISCNAIIO'TH. Vide *R. Iudas Ben Rabbàn Simeonis Ben Rabbàn Gamalielis* Par. III. pagina 74. col. 2. num. 673.

א׳ רס״ג משרת משה : שם הספר פירוש ביאור על קצת מאמרים מספר מורה הנבוכים להרמב״ם ועיין בערך שמות פלוני ואלמוני :

rũ; de magnitudine Bouis, & Auis memoratorũ in Pſalmis. Itemq; de magnitudine Og Regis Baſan, & alijs inſulſis rebus Rabbinicis. Item, de magnitudine annorum ante diluuium. Et de menſuris & ponderibus. Reperitur manuſcriptus in Bibliotheca Vaticana ſub num. 298. & 394. in 4.

Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica eidem Moſi attribuit librum nuncupatum פאה *Peàh*, *Anguli*, ſed de illius argumento nihil habet. Plantauitius ad hunc titulum num. 531. addit: *Liber eſt Geometricus ex Arabico ſermone in Hebræum traductus, Auctore R. Moſe Ben Tibbon, qui totum Euclidem, Alfragani Tabulas Aſtronomicas, & nonnullos alios Arabicos libros in Hebraicum tranſtulit.*

Idem Buxtorfius alium librum dat eidem Moſi Abèn Tybbòn cum titulo לקט שכחות *Lèket ſciechechòth*, *Collectio rerum obliuioni datarum*, perditarum, amiſſarum, ſed non dicit quænam ſint iſtæ res amiſſæ, de quibus in hoc libro agatur, & addit quòd ſit mſc. Huius libri cum alijs plurimis meminit Auctor *Scialſcèleth hakabbalà* pag. 54. b. Libri verò qui ibidem commemorantur, ſunt –

לקט שכחות *Lèket ſcecachòth*, de quo hactenùs dictum eſt.

וספר פאה *Vesèpher Peàh*.

וספר הקנינים *Vesèpher hakinianìm*, *Poſſeſſionum*.

וספר הכולל *Vesèpher haccolèl*, cuius meminit Buxtorfius, & dicit quòd ſit liber continens rationes Præceptorum Miſcnicorum mſc.

וספר המלך *Vesèpher hammèlech*.

וספר עשרה דברים *Vesèpher aſſarà debarim*. Argumenta iſtorũ librorum ibidem

מש

1263 MASCIE'RETH MOSCE'. *Seruus Moſis*. Titulus eſt Expoſitionis in aliquot dicta libri *Morè hanneuuchìm R. Moſis Bar Maijmonis*. Vide infrà ſub titulo פלוני אלמוני *Pelonì Almonì*. in *Maſcièreth Moſce*. Extat mſc. in Bibl. Vatic. Papyr. in 4.

פי׳ לס״ד ר׳ משה ן׳ הכון • תיבון מרמון ספרד בן ר׳ שמואל ן׳ תכון מייסון ספרד חבר פי׳ על ענין ההפלגות הגדולים אשר נכללו בימי בראשית ולויתן וגם הבהמות בהררי אלף וזיז שדי ושאר הדגים הגדולים המוזכרת במאמרים של רבה בר בר חנה במסכת בבא בתרא פרק המוכר את הספינה : ואמר על גדול עוג מלך הבשן ודבר על השנים אשר היו לפני המבול וגם כן ודבר על המשקלות והמדות ונמצא בי״ב וואטיקאנו סימן רצ״ח :

ועשה מאמרים רבים וגם ספר לקט שכחות : וספר פאה : וספר הקנינים : וספר הכולל : וספר המלך : וספר עשרה דברים · והעתיק מלשון ערבי אל לשון עברי ספרים הרבה ובתוכם ס׳ אקלידס בעיר מונפשליר שנת ה׳ אלפים ל׳ ליצירה · וגם כן -

העתיק פירוש אבו אסעד על אקלידס : וספר מבחר הפנינים לר׳ ידעיה וספר הרצוות תנוהקות להרמב״ם ועשה פירוש על פרקי אבות :

1264 R. MOSES ABEN TYBBV'N, ſiuè TIBBON, vel TABBVN Granatenſis Hiſpanus, Ben R. Samuelis Abèn Tabbùn de Iaſone Hiſpaniæ, diù fuit Interpres librorum Arabicorum, quorum non paucos Hebraicè reddidit, & nonnullos alios ex ſuo ingenio edidit, inter quos eſt inſignis ille, quem ſcripſit de Portentoſis & hyperbolicis Rabbinorum narrationibus repertis in Talmude Babylonico, præſertìm Tractatu *Bauà Batrà, Pèrk Hamochèr eth haſſephinà*, vbi referuntur portentoſæ viſiones Rabbì Bar Bar Channà; de magnitudine piſcium primis ſex diebus creato-

nùs Plantauitius. Ad cuius verba (*& si credimus Buxtorfio facta fuit Monspessuli, sed non dicit Vnde id expiscatus sit*) addo ego: quòd Buxtorfius expiscatus sit in *Scialscèleth hakabbalà* pag. 54. b. vbi dicitur, quòd Euclides translatus fuit ex Arabico in Hebræum à R. Mose Aben Tybbòn מונפלייר *Monspessuli Mompellier* anno ה׳ אלפים ל׳ ליצירה 5030. à creatione, Chr. 1270. vt suprà notatum est. Hic autem liber msc. non facilè reperitur apud Hebræos, ideòque charus.

Ex eodem Arabico idiomate transtulit in Hebræum librum.

R. ידעיה *Iedaaiàh*, cui nomen est מבחר הפנינים *Miuchàr happeninim*, *Selecta margarita*. Est liber Apophthegmatum & sententiarum moralium. Excusus Cremonæ anno ש״ח 318. min. supput. Chr. 1558. in 4. Vide *R. Iedaaiàh Bar Abraham Habbedrasci* Parte III. pag. 6.

Vertit etiam in eandem linguam Hebræam ex Arabica.

ספר המצוות הנוהגות *Sèpher hammitznòth hannohàgoth*, *Librum Præceptorum vsualium R. Mosis Aegypiij*. Reperitur msc in Bibliotheca Vaticana n. 170.

Item fecit Expositionem super פרקי אבות *Capitula Patrum*.

ר׳ משה בן שם טוב ה׳ כ״ה

חבר ספר נפש חכמה ונזכרו בבעל הגהות ספר בחינת עולם דף ס״ח.

1265 R. MOSES BEN SCEM TOV, composuit librum nuncupatum נפש חכמה *Nèphesc Chochmà*, *Anima Sapientia*, memoratur ab Auctore annotationum in librum בחינת עולם *Bechinàth olàm*. pag. 318. cum versione Lati-

dem non indicantur. In hoc vltimo libro videtur ex titulo indicare etiam argumentum libri, quia per decem verba cùm intelligatur Decalogus in Sina diuulgatus, de decem Præceptis Decalogi agere videtur. Et subdit idem Auctor *Scialscèleth hakabbalà*.

והעתיק ספר אוקלידיס מערבי לעברי בעיר מונפליירי שנת ה׳ אלפים צ׳ ליצירה:

Et transtulit librum Euclidis ex Arabico in Hebraum ex Vrbe Monspessulana Monpellieri anno 5090. à creatione, qui est annus à redemptione 1330.

Vertit etiam Commentarios Abu-Hachmed in Aristotelem ex Arabico in Hebræum. Eius exemplar in magno fol. membranaceo descriptum se vidisse Romæ in Bibliotheca Medicea testatur Plantauitius in Bibliotheca Rabb. n. 1: Idem Plantauitius num 30. suæ Bibliothecæ Rabbinicæ de Euclide Megarensi ex Arabico in Hebræum translato loquens sic ait: *Euclides Megarensis Philosophus, & insignis Astrologus, ex Arabico sermone in Hebraū translatus. Translationis huius est Auctor R. Moses Ben Tibbon, qui scribit in Præfatione, se eam absoluisse anno Domini 1270., & si credimus Buxtorfio, facta fuit Monspessuli, sed non dicit, Vnde id expiscatus sit. In lucem nondum prodijt, sed præclarissimum illius exemplar est Romæ in Bibliotheca Medicea magnis in folio membranis, ijsque tenuissimis, nobilique charactere manu descriptum cum omnibus suis figuris; & auctario duorum librorum, qui non extant in Græcis & Latinis exemplaribus. Prodijt verò Arabicè Romæ anno 1594. ex traditione Nasiridini Tusini Typis Medicais, cuius nos præclarum exemplar Turcica charta exaratum habemus.* Hacte-

supra quadringentos & amplius annos antiquitatis, ita vt Auctor videatur emersisse circa initium huius sexti millenarij Iudaici, hoc est circa annũ Dom. 1240. Aliud *Nitzachòn* dicitur *Nouum*, ad differentiam Veteris. De illius Auctore fusè diximus suprà ad pag. 11. huius Partis in *R. Lipmàn*. Vetus *Nitzachòn* Wilhelmus Schikhardus edere & confutare inceperat, sed morte preuentus perficere non potuit. Ioan. Christophorus Wagenseilius ex msc. Bibliothecæ Argentoratensis, prout ibidem inuentum est Latinum exemplar, nobis parauit ediditque Hebraicè & Latinè, quod tamen sine confutatione euulgatum fuisse non approbant Viri pij & docti. Illud inuenies in *TELA IGNEA SATANAE* eiusdem.

ס׳ רס״ט **ר׳ מתי עברי** ולאחר כך נשתמד
חבר ספר על נערות מרים הבתולה ועל הינקת משיחנו :

1269 R. MATTA'I siuè MATTHÆVS HEBRÆVS, & postea conuersus ad fidem, vt habet Guillelmus Conuentre in lib. 2. c. 1. de laude Religionis, scripsit *De Infantia V. Mariæ* librum vnum, *De Infantia Saluatoris* quoque librũ vnum. Io. Baleus. Gesner.

ס׳ ר״ע **ר׳ מתתיה דלאקרט**
עשה פירוש על ספר שערי אורה לר׳ יוסף ן׳ גקטיליא הנזכר לעיל חלק ג׳ דף ת״ת סימן תשל״ג :

1270 R. MATTATHIAS DE LAKA'RT, fecit Commentarium super librum -
שערי אורה *Sciaarè Oràh*, *Portarum lucis* R. Ioseph Gigatellæ, de qua egimus suprà in Par. III. pag. 800. numero 733. Reperitur excusus cum Textu

tina Allardi Vchtmanni. Lugduni Batauorum 1650. Vide ibi.

ס׳ רס״ו **ר׳ משולם איש רומי**
כתב כתב לקהלות כל ממשלת האפיפיור וממשלת נאפולי על ענין הלא יגורשו היהודים ממלכות ספרד :

1266 R. MESCIVLLA'M ROMANVS scripsit Epistolam ad omnes Synagogas Status Ecclesiastici, & Regni Neapolitani, qua certiores omnes facit de retentione Iudæorum in Regnis Hispaniæ. Vide *R. Salomon Aben Verga*. Hic R. Mesciullàm R[illegible]anus obijt anno mundi 5130. Christi 1370. Ita legitur in *Scèuet Iehudà* pag. 55. b. circa finem.

ס׳ רס״ז **ר׳ משולם ברבי משה ברבי יהודה** חבר ספר ההשלמה ונזכר בספר
שלשלת הקבלה דף נ״ד ע״ב ובספר אגור הלכות ר״ח סימן תקע״ה :

1267 R. MESCIVLLA'M BER. MOSCE' BER. IEHVDA' scripsit ספר ההשלמה *Sèpher hahascelomàh*, *Librum retributionis*. Maiorem hac notitia, quam ex *Scialscèleth hakab.* p. 54. b. non inuenio. Citatur tamen in libro אגור *Agùr Halachòth* ר״ח *Rosc Chòdesc.* num. 575.

ס׳ רס״ח **ר׳ מתתיה** עשה ספר הנצחון ישן
נגד הנוצרים ...ם כי ... ספרי הנצחון נגדנו היתן
והתחדש הישן ... ר׳ מתתיה ... כמו ...
...י :

1268 R. MATTATHIA'H scripsit librum contra Religionem Christianam, quem nuncupauit -
נצחון *Nitzachòn*, *Victoriam* aduersùs Christianos. Hunc librum vocant נצחון ישן *Nitzachòn iasciàn*, *Vetus*, & habet

sè ſcripti ſunt 32. verſus morales de Vanitate mundi. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana Pergam. in 4.

א' רע"ב **ר' מתתיה קרטין**: עשה מורה הנבוכים על השירים: ונמצא בי"

1272 R. MATTATHIAS KARTI'N traduxit in verſus Hebraicos librum Moſis Bar Maijemonis *Morè Hanneuuchim*. Reperitur mſc. Buxtorfij F. in Appendice Bibliothecæ Rabbinicæ.

א' רע"ג **ר' מתתיה שפרוט**: עיין ר' יצחק שפרוט בחלק ג' דף תתקכ"ז סימן תתקכ"ט:

1273 R. MATTATHIAS SCIPRV'T: Vide *R. Iſaac Sciprùt* Parte III. pag. 927. num. 1929.

נ

א' רע"ד **ר' נון הרדנה** חבר ביאור על רש"י כן נמצא בפלאנטאוויציו סימן פ"ד:

1274 R. NVN HARRADA'NA ſcripſit -

ביאור על רש"י *Bijùr al Raſcì, Elucidationem Commentariorum R. Salomonis Iarchì*, vulgariter & abbreuiatè nuncupati *Raſcì*: Horum meminit Plantauitius in ſua Bibliotheca Rabbinica numero 84.

א' רע"ה **ר' נון סעיב** חבר נורא תהלות והם דרשות לכל מסה אלמוטיכינו: עיין למעלה בחלק הזאת דף ס"א: ואמר פלאנטאוויציו בספרו סימן קמ"ה שיש ספר אחר זה המחבר ששמו נורא תפלות על ענין התפלות ויש אומרים שהוא פירוש על תהלים לר' יואל ן' שועב: עיין בחלק ג' דף תשפ"א והוא נדפס בשלוניקי שנת ש"ח לפ"ק:

tu Gigatellæ Cracouiæ anno ש"נ"ד 354. Chr. 1594. De eo Buxtorfius, & Plantauitius.

א' ר"ס **ר' מתתיה היצהרי** עשה ספרים ודרשות ועשה פירוש האלפא ביתא על מזמור קי"ט אשרי תמימי דרך: ונמצא בסוף מדרש תהלים נדפס בויניציאה שנת ש"ז בבית דניאל בומבירגי: וזה המחבר נזכר בס' יוחסין דף קל"ג ע"ב:

1260 R. MATTATHIAS HAIIETZAHRI' ſcripſit Libros & Conciones, ab Auctore libri *Iuchaſsin* pagina 133. b. coniungitur cum R. חסדאי *Chaſdài* Auctore libri אור יהוה *Or Adonài*, qui vt ibi dicitur, obijt Cæſarauguſtæ anno ק"מ 240. m. ſupp. Chr. 1380. Ideò circa idem tempus dicendum eſt quòd R. Mattathias vixerit, & libros ſuos compoſuerit, qui tamen non referuntur à *Iuchaſsin*, neque à *Scialſcèleth hakabbalà* pag. 59. vbi eadem verba *Iuchaſsin* exſcripta ſunt. Reperitur tamen eiuſdem Mattathiæ Expoſitio Pſalmi Alphabetarij 119. *Beati immaculati in via, &c.* quæ reperitur excuſa in fine מדרש תהלים *Midràſc Thehillim*. Venetijs apud Danielem Bombergum per manus operarij ſui Cornelij Adel Kind anno ש"ז 307. Chriſti 1547. charactere quadrato in folio.

א' רע"א **רבי מתתיה מהר פוליציאנו בן שבתי** חבר חרוזים על מעלת הפילוסופיה ועשה אילן עם ל"ב סעיפים עם ל"ב פסוקים על מדות הנפש: ונמצאו בי"ב בוואטיקאנו:

1271 R. MATTATHIA DE MONTE POLITIANO BEN SCIABBATHA'I ſcripſit Carmina in laudem Philoſophiæ, & delineauit arborem 32. ramis, quibus ingenio-

Dorotheus in Vita Nahum, vbi ſic habet: *Nam ſignum* (inquit) *quo Ciuitas illa* (Niniue) *circumdata erat, facto terræ motu ſubmerſit eam, ac perdidit; & ignis è ſolitudine ortus ſuperiorem illius partem conſumpſit.* Licèt de hoc portento nihil expreſsè habeatur in Prophetia Nahum, aut apud Ioſephum, Quo autem tempore fuerit vaticinatus Nahum, Scriptura nòn narrat. Ex Rabbinis habetur quòd tempore Manaſſis filij Ezechiæ fuerint vaticinati Ioël, Nahum, & Habakùk, *Scialſcèleth hakabbalà* pag. 19. Ex *Sèder Olàm* R. Abrahami Ben Daùd. Quod Cornelio à Lapide non probatur vt ab argumento huius Prophetiæ videre eſt. Communiter tamen Hebræì, quos in rebus Chronologicis libenter nos ſequimur, licèt in hiſce annorum computis plenè fidendum non ſit, nihilominùs non pauca contra eos, ex eorummet falſis computis euincere poſſumus, vt patet in computo annorum hebdomadarum Danielis. Itaque Hebræi communiter ponunt Nahum ad annum 3240. ante Chriſti natiuitatem an. 520. Ita communiter omnes.

ס׳ רבו״ נחום בן הקנה״ חבר ספר הפליה והוא ספר גדול אחד מקבלה על התורה ואינו נמצא יחידו כי בקושטאנטינה בבית ר׳ יוסף בונאפוסה :

1277 R. NACHV'M BEN HAKANNA', ſcripſit librum Cabaliſticum nuncupatum -

ספר הפליה *Sèpher happeliàh, Liber admirabilis*, & eſt Commentarius Cabaliſticus ſuper Pentateuchum, mſc. tantum reperiri dicitur apud quendam Iudæum nomine Ioſephum Bonafoſſam in Vrbe Conſtantinopolitana, alibi nuſpiam, nec vn-

נו נח

1275 R. NVN SAI'B ſcripſit librum inſcriptum -

נורא תהלות *Norà Thehillòth, Venerabilis laudibus*, Tit. ex Exod. 15. 11. Adducitur à Buxtorfio in Bibliotheca Rabbinica ſine Auctore & argumento, & ab eius F. in Appendice dicitur quòd ſit Commentarius in Pſalmos R. Ioël Ben שועיב *Scioèb*, vti ſuprà memorauimus Parte III. pag. תש״פא 781. num. תר״פז 687. Plantauitius in ſua Bibliotheca Rabbinica replicat titulum, & parùm illum cõmutat in נורה תפלות *Norà Tephillòth*, ita vt in noſtro idiomate explicetur *Formidabilis orationibus*, & dicit tractare *de Oratione, & eius efficacia apud Deum*, & huic Auctori R. Nun attribuit, quem vocat שעיב *Saìb*, forſan eſt ן׳ שועב *Abèn Scioèb*. Vide Par. III. 781. numero 681.

ס׳ רבו״ נחום האלקשי קבל קבלה ונבא שנת ג׳ אלפים רע״ כמו שאמר בשלשלת הקבלה דף יט״ וביוחסין וזאת הקבלה היתה יג״ בין נביאים כן ל׳ דור נאמו בספרו שנת רע״ לאלף ג׳ ונזכר נבואתו נגד נינוה בימי :

1276 NACHVM האלקשי HAELKOSCI' ELCOSCÆVS, de quo Epiphanius in Vitis Prophetarum, & in vita eius ita ſcribit, ex verſione Dionyſij Petauij: *Oriundus hic Elceſi trans Iordanem Verſus Begabar ex tribu Simeonis, alterum poſt Ionam de Niniue portentum edixit, fore, vt aquis dulcibus, atque erumpente ab humo incendio periret. Quod ita contigit: nam lacus ille, qui ambiebat Vrbem, repentino terræ motu illam obruit: tùm ignis è ſolitudine prorumpens editiores Vrbis partes incendit. Poſtremò Nahum in pace mortuus in patria ſua Begabare ſepultus eſt.* Ita quoque habet

Messias Iudaicus hactenùs apparet, apparebit tamen ver⁹ ille Messias, quando iudicaturus est viuos & mortuos, & perfidos Iudæos in ignem ęternum condemnabit.

ר' נחוניא בן הקנה המקובל

קדמון חבר אגרת הסודות והיא על הנושא משיח אשר שלח
לחנוניהום יובן זה הדבר של רבינו הקדוש והוא עשיר שלח על
ביאת המשיח כמו שאמר בעל ספר גלי רזיא והעתיקו מלשון
זה הנדיבים המדברי שלשון עברי של לשון ללטין ונמצא עליו
פירוש :

וקנה בנו של הנוצרים בכל הבר גם הוא אגרת אחרת
על מולד משיחנו ונתגלו הגליון ברתמו יחד בספר אשר ולא
כורע ואין נגלה מקום אשר כרתמו :

ונמצא מעלת לכל מי שיבקש לבית המדרש וביבליותיק ונמצאת
במסביות בסוף סדר ראשון סדר זורעים אשר פרק ד' הבכורים
במסביות שכתבו בלאנסמירדים בריבוע שנת ע"ו לפ"ק קך לד' :

1278 NECHVNIA'H BEN HAKKANNA'H Cabalistarum Princeps antiquissimus, scripsit -

אגרת הסודות *Ighèreth hassodòth*, *Epistolam mysteriorum*, seù *secretorum*; eamque ad filium suum Kannà direxit, in qua de aduentu Messiæ, eiusque Diuinitate, incarnatione, morte, & resurrectione adeò disertè agit, vt potiùs Christianus aliquis in fide Christi optimè instructus loqui videatur quàm Iudęus, ante aduentum Christi annis quinquaginta, vt ipsemet Auctor in libro גלי רזיא *Galè rezijà* הק Rabbènu Hakkadòsc Cabalistico collegerat, & refert circa principium suæ Epistolæ; tunc enim, ait, se septuagesimum quintum annum egisse, nec posse absque miraculo naturaliter ad annum 125. suæ ętatis annum peruenire, & aduentum Messiæ videre. Vidit verò Kannà eius filius, qui in Christum credidit, & baptizatus est, vt vnquam impressus fuit. Magno in pretio habetur propter insigne nomen Auctoris, qui & antiquissimus est, & Princeps Cabalistarum habetur secundùm sententiam nonnullorum, à qua nos recedimus: nam isti confundunt hunc Auctorem cum alio quidem antiquissimo, qui vocatur נחוניה בן חקנה *Nechunià Ben Hakannà*, & est Auctor libri הבהיר *Habbaìr*, & libri יצירה *Ietzirà* tantùm, quod verisimiliter ponunt aliqui, de quo infrà. Hic autem Nachùm non est adeò antiquus vt putatur, sed in pretio est propter raritatem & molem ipsius. Quia alibi non reperitur nisi tantùm apud præfatum Iudæum Bonafossam, & est adeò ingentis molis, vt dicatur constare quingentis quinternionibus; & in solo libro Geneseos plusquam centum quinterniones insumuntur. Huius libri quædam pauca collectanea nouem tantùm quinternionibus comprehensa extant in Biblioth. Vaticana msc. & collecta à quodam R. Iacobo, quæ an. mundi 5225. Chr. 1465. secum in Cretam Insulam asportauit, vt legitur in Codice msc. Biblioth. Vatic. Papyr. in fol.

In fine huius Codicis describitur expeditio Caroli VIII. Francorum Regis in Regnum Neapolitanum, qui dicitur introijsse in Italiam anno mundi 5225. Christi 1465. Mense אייר *Iiàr* Aprilis, eamque expeditionem non obscuris verbis pronunciatam fuisse ab eodem Nachmano in hoc suo libro *Pelièl*, vbi & asserit eod. quoque tempore futuram redemptionem populi Iudaici per aduentum sui Messiæ, nempè anno mundi 5250. id est Christi veri Iudæorum Messiæ 1490. Ab huiusmodi assignato tempore ferè 200. transierunt anni, nec

manuſcriptos Latinos Papyr. in fol. ſub num. 4582. reperitur Opuſculum de myſterijs Meſſiæ, quod Epiſtola ſecretorum nuncupatur Petro Galatino ex Hebraico Interprete, cuius habetur Epiſtola ad Paulum Capiſuccum Epiſcopum Neocaſtrenſem: quod quantæ ſit auctoritatis, Interpretis iudicio relinquimus. Porrò ea, quæ de R. Nechuniàh Ben Hakannàh in hoc loco dicuntur, non facilè aptari poſſunt ijs, quę de Rabbènu Hakkadòſc, & de Antonio Conſule, ſeù Imperatore pariter idem afferuntur: nam Rabbènu Hakkadòſc longè poſt natiuitatem Domini natus eſt, anno videlicet Chriſti 120. vt ſuprà probaui Parte III. pag. 74. Non potuit igitur Antoninus Imperator interrogare Rabbènu Hakkadòſc qui nondum natus erat. At regeres: Duo fuerunt Rabbènu Hakkadòſc, vnus ante natiuitatem Chriſti, alius poſt eius aduentum, vt admittunt ex Doctoribus Hebræis nonnulli, & notaui Parte III. pagina 774. ſed hunc Rabbènu Hakkadòſc ſeniorem dicitur confabulatum fuiſſe R. Akibbà ibidem; & quæſtiones ab Antonino ſibi propoſitas reſpondiſſe & reſoluiſſe, quas in ordinem digeſſit noſter Nechuniàh Ben Hakannàh cùm eſſet ætatis 75. annorum, & ante natiuitatem Chriſti an. 50. Cùm ergo Akibbà obierit anno quo natus eſt Rabbènu Hakkadòſc, vt ibidem dicit, hoc eſt Chriſti 120. anno: ſi huiuſcemodi ratio temporis eſſet admittenda, neceſſariò replicandus eſſet non ſolùm Rabbènu Hakkadòſc, ſed & Rabbì Akibbà, & Antoninus Conſul, vt ſimul ſynchroni eſſe poſſent, alioquin longiſſima vita Nechuniæ tribuenda foret, nempè vt ibidem in fine huius libri dicitur.

Idem autem Nechuniàh in hac eadem Epiſtola, & eodem libro *Galè razijà* refert octo petitiones ad Chriſtum pertinentes, quas Antoninus Conſul Vrbis Romæ ipſi Rabbènu Hakkadòſc propoſuerat ſoluendas, quibus ipſe Rabb. Hakkadòſc reſpondet & Theologicè, ac plerumque Cabbaliſticè reſoluit. Has explicat Paulus de Heredia Hiſpanus ſub nomine *Poſtilla*, qui & hanc Epiſtolam ex Hebræo Latinam fecit, eamque Henrico de Mendoza Comiti Tandiliæ Legato Sac. Maieſtatis Regis Hiſpaniæ dicauit, anno & loco impreſſionis non notatis in 4.

Huic Epiſtolæ additur alia

אגרת אחרת קנה בן נחוניה. *Ighèreth achèreth Kannà Ben Nechuniàh*, *Epiſtola alia Kanna Bar Nechunià Ben Hakannà* prænotati ad *cognitionem generationis Chriſti*, vbi de B. Maria, & Ieſu Chriſto eius filio quædam dicuntur, quæ apocrypha eſſe exiſtimantur, & ex Talmudiſtarum penu deprompta, vt cùm dicitur: quòd Mater eius (Chriſti) duxerit eum ad Legem addiſcendam in Gymnaſium Ioſuè filij Perachiæ in Hieruſalem: Hoc quidem fieri non potuit, quia Ioſuè Ben Perachià anteceſſit natiuitatem Chriſti annos pluſquàm 90. vt vidimus ſuprà Par. II. pag. 318. & Par. III. pagina 780. Nihilominùs אגרת הסודות *Ighèreth haſſodòth* tam magni fit à Galatino, vt ad probanda myſteria de Meſſia ſæpè ab eo citetur. De hoc Auctore R. Nechuniàh Ben Hakannàh ego etiam ſuprà Par. III. pag. 310. vbi ex auctoritate Miſnæ eum non tantę vetuſtatis eſſe deprehendi.

In Bibliotheca Vaticana inter Codices

Par. III. pag. 295. quòd non multò ante euersionem Templi secundi vixerit, dicendum est. Quamuis Spizelius putet floruisse 30. annis ante Christū in Bibliotheca Cæsarea pag. 72. De alijs quoque nominibus Cabalisticis agit. Putant Iudæi nondum fuisse excusum, sed tantùm manuscriptum reperiri in celebrioribus Bibliothecis, vti in Bibliotheca Vaticana, & alijs huiusmodi.

In פרקי אבות *Pirkè Auòth*, *Capitulis Patrum* cap. 3. num. 5. huius Rabbini præclara sententia reperitur, & est -

רבי נחוניה בן הקנה אומר כל המקבל עליו עול תורה מעברין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ וכל הפרק ממנו עול תורה נותנין עליו עול מלכות ועול דרך ארץ :

Quicunque recipit in se iugum Legis, transferunt ab eo iugum Regni, & iugum congruum consuetudinis Regionis. Quasi diceret: Quicumq; subijcit se iugo Legis Diuinæ, quia (dicente Domino Matth. 11. 30. *Iugum meum suaue est, & onus meum leue.*) quodcumque aliud quamuis graue, ac molestum, redditur leue atque suaue. E contrà, *Quisquis verò reijcit à se iugum Legis, ponunt super eum iugum Regni, & iugum consuetudinis terræ.* Qui Legi Diuinæ non se subijcit, quodcumque aliud à potestate humana impositū, euadet graue & ponderosum, de quo intelligit Ieremias de iugo videlicet iniquitatum, quando dicebat, Threnorum 1. 14. *Vigilauit iugum iniquitatum mearū: in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo: infirmata est Virtus mea: dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere.*

Tandem eidem Nachuniæ Ben Hakannàh tribuitur - ספר חפליא *Sèpher happeliàh*, *Liber mira-*

125. ad minus annorū, & sic Christum vidisset, quod tamen absque miraculo fieri non potuisse quisque existimabit. Et propter eandem causam redditur suspecta Historia baptizati filij sui Hakannàh, vt dicitur in fine Epistolæ. Verùm de ea mox. Igitur concluditur hanc historiam de Nechuniàh esse apocrypham, & nullius auctoritatis.

Isti R. Nechuniàh Ben Hakannàh tribuitur Oratio Cabalistica recitanda ab ijs, qui ingrediuntur Gymnasium literarium, vel ex eo exeunt. Reperitur impressa inter *Mischnaijòth* in fine Ordinis Primi *Zerachim* post c. 4. *Bicurim*, edit Amstelodam. an. 406. min. supp. Chr. 1646. pag. 34. Alia nuncupata

תפלת היחוד *Tephillàth haijechud*, *Oratio Vnitatis*, de Vnica Essentia Diuina Cabalisticè pertractat, sicut & semper. Scripsit etiam quædam Capitula super Cabalam, quæ vocatur à suo nomine, & reperitur Romæ in Bibliotheca Farnesiana msc. in Pergam. pag. 6. libri מערכת האלהות *Ordo Diuinitatis.*

פרקים דר' נחוניה בן הקנה *Perakim de R. Nechuniàh Ben Hakannàh.* Scripsit librum planè Cabalisticū nuncupatum

ספר הבהיר *Sèpher habbahir*, *Librum candidum.*, *illustrem*. Ex eo omnium primùm docuerunt Cabalistæ exponere שם המפורש *Scem hammephoràsc*, *Nomen explicatum 72.* ineptis nominibus suprà relatis ad pag. 232. quibus tam variè ludunt Cabalistæ, vt secum etiam trahant aliquando imperfectiores & simpliciores Christianos; præsertim eos, qui de Circumcisione sunt, quos oportet redargui. De antiquitate huius Auctoris cùm fuerit Magister R. Ismaelis Ben Eliezer Sacerdotis magni, vt dixi

ה׳ רפ״ה רבינו נחמן ססיס בן בנו של רבינו חיים כהן ססיס זקנו

ושל סמ״ג עבר לשון הגובר כדור רמב״ם קמיו כדור הוס וחבר ספר הנחמוני כנראה במסרוק מי׳ קמ״ט ; כן אמר בעל ספר שלשלת הקבלה דף נ״ח עמוד ב׳ :

1281 RABBE'NV NACHMA'N qui fuit Ben filius filij של Rabbènu Chaiim Sacerdotis, qui fuit Auus Auctoris libri סמ״ג *Samàgh*, libri *Præceptorum* magni, ex parte matris, cuius mentio fit in ætate רשב״ם *Rifcbàm*, hoc æuo viuebat, & composuit librum -

הנחמוני *Hannachmonì Nachmonæum*, vt apparet apud מחרי״ק numero 149. sic legitur in *Scialfcèleth hakabbalà* pagina 58. b. sed nihil de illius argumento.

ר׳ רפ״ב רבי נטרונאי חבר ספר בקבלה וקראו ס׳ התרשיש כן שגלתי בסוף ספר יצירה דפוס מנטובה שנת שכ״ב :

1282 R. NETRONA'I scripsit librum de Cabala, eumque nuncupauit ספר התרשיש *Sèpher hattarfcìfc*. *Librum pretiosum*. Illius mentio fit in fine libri *Ietzirà* editionis Mantuanæ anno 322. minoris supput. Chr. 1562.

ר׳ רפ״ג רבי נמר בן שלמה חבר ספר אבן עזר ודם דרשות : ועשה ס׳ אחר וקראו הררי נמרים ודם גם כן דרשות :

1283 R. NAMA'R BEN SALOMONIS composuit librum Concionum inscriptum -

אבן עזר *E'uen èzer*, *Lapis auxiliaris*, sic ait Plantauitius in sua Bibliotheca Rabbinica num. 6. Scripsit & alium librum pariter Concionum, vocauitque הררי נמרים *Hareré nemarim*, *Montes*

rabilis. Est pariter Cabalisticus, de quo in Appendice Bibliothecæ Rabbinicæ Buxtorf. F.

De hoc Nechuniàh Ben Hakannàh vide R. Dauid Ganz in Chronologia, qui eum facit synchronum Hillèl, & Sciammài ad annum 728. 32. annis ante Christi natiuitatem.

ה׳ רע״ט ר׳ נחמיה קלאמיתי חבר ספר הנהגת הנפש ותשובתם ועונשם ושכרם ונחלק לכ״ח שערים ונכתב בשנת קע״ח ליצירה ונמצא בו״ בואטיקאנו על כולק כריכות :

1279 R. NACHMIA'H NEHEMIAS KALOMITA scripsit librum -

על הנהגת הנפש *Al hannaagàth hannephèfc*, *Supra directionem animæ*, hoc est *Directorium animæ*. Tractat de Pœnitentia, Pœna, & Merito. Diuiditur in 28. Portas, siuè Tractatus. Scriptus est anno mundi 5178. Christi 1418. Reperitur msc. in Bibliotheca Vaticana, Pergam. in 4.

ה׳ ר״פ ר׳ נחמיה בר שמואל כתב סדר לידע מזל הכוכבים וסדר לנשים שלוקחם מולותם בתוך סימני הכרת בלשון יון מטופוסקופיא :

1280 R. NACHMIA'H NEHEMIAS BAR SAMVELIS scripsit modum erigendi figuram Astronomicam tàm viri quàm mulieris medijs eorum nominibus. Vnde tractat de Onomamantia, vbi & obiter etiam agit de Metoposcopia. Reperitur msc. in Biblioth. Vaticana, scriptus est ab eodem Auctore anno mundi 5159. Chr. 1399. Pergam. in 4.

tundem numerum conficit nomen Dei יה *Iah*, ideòque ſupra has literas ſcriptum eſt בשם יה *In nomine Dei*. Cùm autem huiuſmodi literæ quomodocumque legantur, nihil ſignificent, ideò ſuperſtitioſæ, & amuletũ numericum eſt, vt eſt illud quod vulgo circumfertur cum hiſce ignotis nominibus *Sator*, *Arepo*, *Tenet*, *Opera*, *Rotas*. Hæ enim literæ

S	A	T	O	R
A	R	E	P	O
T	E	N	E	T
O	P	E	R	A
R	O	T	A	S

in quadrati cellulis diſpoſitę quomodocumq; legantur, ſiuè dextrorſum, ſiuè ſiniſtrorſum, ſiuè deſcendendo, ſiuè aſcendendo, ſemper eodem modo leguntur. Ingenium quidem laudandum, ſi ad res ſerias & vtiles occupatum fuiſſet, ſed ad res vanas & ſuperſtitioſas, & ad animæ perniciem operam nauare, improbandum & damnandum eſt. Eodem modo iſta ſigilla Pythagorica, quæ Cabaliſtæ ſeptem erraticis Stellis attribuerunt, certis numeris in cellulis diſpoſitis cùm certam proprietatem præſeferunt, vt quocumque modo ſupputentur, ſemper eundem numerum exhibeant. Oblata mihi quandoq; fuerunt trium Planetarum, Lunę videlicet, Martis, & Mercurij ſigilla ære cuſa cum literis Hebraicis ex vna, & figura Planetæ ex altera parte. Lunæ ſigillum numerabat 369., Mercurij 260., Martis 175. vt hìc apparet.

Pardorum (Titulus ex Cant. Cantic, capite 4. ver. 8.) ex eodem Plantauitio.

א רפ״ר רבינו ניסים אבו אלפרג אב של גוילילמו ערבי מסיקיו סכעטס

ספרדי מסתפקת אבו אלפרג אשר כ״כר בסראב״ד בספרו ובסופו בקבלה: ובלותו ר׳ נסים אין דבר מדבר עליו מאומה :

1284 RABBE'NV NISSI'M ABV ALPHARAGI ARABS HISPANVS Pater Guillelmi Raymundi de Moncada Iudæi conuerſi, creditur fuiſſe de familia alterius Abu Alpharàgh, qui Saducæorum ſectam in Hiſpania ſequebatur, & contra Hebræorum Synagogam, eorumque cæremonias, ritus, & traditiones librum compoſuit, cuius mentionem facit הרא״בד *Harrauàd* in ſuo libro Cabalæ circa finem. De hoc noſtro Auctore R. Niſsìm nil aliud dicemus, ſed tantùm hìc referam quod dicit Guillelmus eius filius in Pręfatione ad librum *Ali al Haytin De Imaginibus cæleſtibus*. Hic cùm arti Magicæ & Cabaliſticæ deditus fuiſſet, manuq; ſua paraſſet laminam auream, in qua ſculpſerat caput Leonis, & à tergo hos characteres,

בשם יה

15	ד	ט	ב
15	ג	ה	ז
15	ח	א	ו
	15	15	15

eam laminã ſecum gerebat, & ſuperſtitioſè vtebatur. Hi autẽ characteres quaquauerſum accipias ſemper eundẽ numerum conficiunt nempè 15., ac tan-

Ex-



לז	עח	כט	ע	כא	סב	יג	נד	ה
ו	לח	עט	ל	עא	כב	סג	יד	מו
מז	ז	לט	פ	לא	עב	כג	נה	טו
יו	מח	ח	מ	פא	לב	סד	כד	נו
נז	יז	מט	ט	מא	עג	לג	סה	כה
כו	נח	יח	נ	א	מב	עד	לד	סו
סז	כז	נט	י	נא	ב	מג	עה	לה
לו	סח	יט	ס	יא	נב	ג	מד	עו
עז	כח	סט	כ	סא	יב	נג	ד	מה

Explicatio Sigilli Lunæ.

369

37	78	29	70	21	62	13	54	5
6	38	79	30	71	22	63	14	46
47	7	39	80	31	72	23	55	15
16	48	8	40	81	32	64	24	56
57	17	49	9	41	73	33	65	25
26	58	18	50	1	42	74	34	66
67	27	59	10	51	2	43	75	35
36	68	19	60	11	52	3	44	76
77	28	69	20	61	12	53	4	45

369 369

369



ח	נח	נט	ה	ד	סב	סג	א
מט	טו	יד	נב	נג	יא	גו	נו
מא	כג	כב	מד	מה	יט	יח	מח
לב	לד	לה	כט	כח	לח	לט	כה
מ	כו	כז	לז	לו	ל	לא	לג
יז	מז	מו	כ	כא	מג	מב	כד
ט	נה	נד	יב	יג	נא	נ	יו
סד	ב	ג	סא	ס	ו	ז	נז

Explicatio
Sigilli Mercurij.

260

8	58	59	5	4	62	63	1
49	15	14	52	53	11	10	56
41	23	22	44	45	19	18	48
32	34	35	29	28	38	39	25
40	26	27	37	36	30	31	33
17	47	46	20	21	43	42	24
9	55	54	12	13	51	50	16
64	2	3	61	60	6	7	57

260 260

260



כב	מא	יו	מא	י	לה	ד
ה	כג	מח	יז	מב	יא	כט
ל	ו	כד	מט	יח	לו	יב
יג	לא	ז	כה	מג	יט	לז
לח	יד	לב	א	כו	מד	כ
בא	לט	ח	לג	ב	כז	מה
מו	יה	מ	ט	לד	ג	כח

Explicatio
Sigilli Martis.

175

	22	47	16	41	10	35	4	
	5	23	48	17	42	11	29	
	30	6	24	49	18	36	12	
175	13	31	7	25	43	19	37	175
	38	14	32	1	26	44	20	
	21	39	8	33	2	27	45	
	46	15	40	9	34	3	28	

175

in quo imago Lunam falcatam manu tenens cernitur, cui competunt nouem series numerorum, 9 verò est radix quadrata numeri 81., cuiusq; seriei summa 369. quæ si multiplicetur per 9. fit numerus 3321. vti apparet in fabrica Sigillorum Cabalisticorum Kircheri pag. 261. vbi septem Planetis attribuuntur numeri Sigillorum, ita vt Saturno tribuantur tres numeri, & series. Huius numerus 3. qua radix, quæ quadrata dicitur, ducta in se dat 9. Quæuis series dat 15., quæ si multiplicentur per 3. summa serierum sunt 45. Reliqua, vt hic, disponuntur.

De Sigillis Cabalisticis agit eruditissimus & ingeniosissimus Pater Athanasius Kircherus in sua Arithmologia.

Aduertendum est, quòd postremum hoc Sigillum ex mihi exhibitis præsefert imaginem Martis gradiui, & literæ Hebraicæ in numeros redactæ constituunt septem series numerorum, quæ competunt Veneri, cuius est 7. radix quadrati 49. summa verò cuiusque seriei quomodocumque sumpta semper 175. exhibet tam ascendendo, quàm descendendo, siuè dextrorsum, siuè sinistrorsum eosdem numeros computaueris. Hanc incongruentiam non inuenies in Sigillo Lunę,

			Radix	Quadrata	Series	Omnium seriarum summa
1	♄	Saturno	3	9	15	45
2	♃	Ioui	4	16	34	136
3	♂	Marti	5	25	65	325
4	☼	Soli	6	36	111	666
5	♀	Veneri	7	49	175	1225
6	☿	Mercurio	8	64	260	2080
7	☾	Lunæ	9	81	369	3321

Secundùm hunc proportionalem ordinem numerorum à radice quadrata progredientium, series 175. non à Martis, sed à Veneris radice quadrata 7., & ab eius serie 175. ortum ducere deberet. Quarè si loco Veneris Martis figura reposita sit, error hic Artifici tribuendus est, qui pro Veneris figura Martis sculpserit imaginem. Sed si quæras, quam vim & virtutem attribuant hisce Sigillis Cabalistæ, seù veriùs dixeris superstitiosi & infames Magi? Audi quid idem P. Kircherus scribat de quodam Solis Sigillo, cuius explicatio à quodam magno ac sapientiss. Principe eidem commissa fuerat. *Erat illud Numisma* (inquit Kircher in Arithmologiæ Par. III. cap. 1. pag. 164.) *aureum, cui in antica parte Sigillum Solis impressum spectabatur: in postica verò parte currus, quo Genius Solis vehebatur veluti homagium daturus Ioui, varijs symbolis adornatus, &c.* Pagina verò 167. ita prosequitur: *Constructio autem Numismatis hoc artificio, seù potiùs superstitiosa cærimonia concinnatur à Magis, teste Abenpharagi Arabe.* (Hic forsan est Rabbènu Nissìm de quo modò agimus.) *Accipe sex drachmas auri puri, & fac ex eo laminam rotundam, in qua insculpes tabulam Sigilli Solis existentis in sua exaltatione, vel in proprio gradu* ridiculi, *vel decimo nono gradu Arie-*

tis,

Moncada ex Iudæo conuerſo, vbi in Præfat. libri *Ali Ibn Hhaytim De Imaginibus cæleſtibus*, quę ex Arabico in Latinum tranſlatæ, & Federico Vrbini Duci S. R. E. Vexillifero tranſmiſit, dicit: *Ego quoquè vidi Caput tantùm Leonis in lamina aurea ſculptum manu patris mei Rabbì Niſsìm Abu elpharàgh inuolutum in bombyce odorifera muſco & nuce muſcata: & à tergo hi characteres erant, quòd facilem partum mulieribus dedit collo parientium alligatum. Numeriſue igitur & experimento nihil eſt veriùs.* Codex eſt mſc. Pergam. in 4. ſub num. 514. Biblioth. Vrbin. apud Vaticanum. Nulla poteſt in eò eſſe virtus naturalis in hiſce characteribus numericis, quia numeri nullam virtutem innuunt habere, niſi eam quæ ad proportionem, & relationem numerorum inter ſe contingit. Negatur autem auctoritas referentis, & ſi aliquando partus accelerati & faciles inuenti ſint, ex accidente, & à cauſis naturalibus id eueniſſe dicendũ eſt, partibus illis ampliatis, vt fœtus faciliùs emerſerit & roborata natura. Numerorũ autem proprietates, & proportiones mirabiles quidem ſunt, & à Cabaliſtis non omnes ritè perceptæ mirificos effectus ſuæ Cabalæ tradiderunt, quæ nihil cum Cabala commune aliquod habent. Cabaliſtæ, vt ſuam Cabalam extollant, dicunt: quòd ad nomen Dei אהיה אשר אהיה *Ehieh aſcèr Ehieh, Ero quod ero*, quod Exod. c. 3. 14. habetur, redduntur omnia verba, quę reperiuntur in S. Scriptura tamquam lineæ ad vnum centrum, ita vt in numeris decadem non excedant, aut minuantur, ſeruata tamen hac regula vt literæ ſumantur ſecundùm valorem monadum, etiamſi decadem excedant, vt

tis, ſcilicet ad finem Menſis Niſàn: quo facto ſuffumigabis eam cum croco(eſt enim crocus vegetabile Solaris naturæ) *& lambis aqua roſacea, in qua ſint diſſoluta muſcus & camphora* (idem Solaris naturæ ſpecie) *Deinde inuolue in ſerico croceo* (quibus omnibus Solarium rerum catena ne dicam diabolica indigitatur) *& porta. Sequitur iam fortuna ridicula, qua portans eam beari creditur. Abenpharagi eius virtutem his verbis exponit: [Reddet huiuſmodi lamina portata te benè fortunatum in omnibus rebus, & timebunt te omnes homines, & impetrabis à Regibus & Principibus quidquid volueris pro te, vel per nuntium aliquem ad illos miſſum, recuperabis amiſſa, & Deus ponet benedictionem in te, & in omnibus rebus tuis. Et in figura Solis, & in Sigillo eius, quod à tergo ſcribi debet, eſt magnum ſecretum, & vocatur Creator, Lux, Perfectus, Potens, Glorioſus, Vita, Virtus, Refulgens, Magnus, & Virtute lucens: Angeli autem Solis ſunt Anael, & Raphaël:] Effectus verò, quos in geſtantibus illud præſtat, iſti ridiculi ſunt & vanitate conferti, ita ne plùs æquo curioſis ſcandalo ſim conſultò omittenda duxi.* Hactenùs Pater Kircherus. Iſtæ ſunt doctrinæ, quas Cabaliſtæ ab Arabibus hauſerunt, vt putant nonnulli, ſed ſceleſtiores inter eos negant hoc, & Patriarchæ noſtro Abrahæ huiuſmodi Cabalam, ſeù veriùs Magicum flagitium attribuunt, cùm filijs concubinarum in munera legauerit, vt refert R. Salomon ex Rabbinis, & nos notauimus in Parte I. pag. 703. col. 2.

Neque diſſimile cenſendum eſt Sigillum Iudaicum Rabbènu Niſsìm nobis exhibitum à Guillelmo Raymundo de

dentes denariũ num., quòd ſi excedant, iterum ad monades redigantur. Hinc ſequitur quod reliquæ dictiones numerum 12. vocis אהיה non excedant. Sed & hoc ſemper verum non eſſe apparet in ipſis radicibus verborum, quæ in literis ח, & ת, vel in decades excedentibus, vt ס, ע, & פ literis incipientibus, vel concurrentibus reperiuntur, vt חפר numerum 18., חפש 15. &c. Hinc enim apparet, quomodocumque hæ literæ ſumantur per Cabalam, ſemper huiuſcemodi artem vanã & inanem eſſe, nec fundamentum ſtabile ac firmum, ſuper quod fundata ſit hæc ars Cabaliſtica, aſſignari poſſe.

ס׳ רפ״ם רבינו נסים ראש ישיבת בבבל ספר תפלת השומרים ספרדים ביום הכפורים ומתחי׳ רבינו של עולם קדם כל דברי אין לי פה להשיב וגו׳ ונמצא בסדר תפילות לימים נוראים מנהג הספרדים דף קצ״ עמוד ב׳ ברביע :

1185 RABBE'NV NISSI'M Princeps Academiæ in Babel, compoſuit Orationem, quam recitant Synagogæ Hiſpanorum in die Expiationum, & incipit: *Domine noſter Rex mundi, ante omnia verba mea non habeo os ad reſpondendum &c.* Reperitur in libro Precum in diebus terribilibus recitandis iuxta ritum Hiſpanorum pag. 190. b. in 4.

ס׳ רפ״ו רבינו נסים בעל הדרשות תלמיד הרמב״ן ואינו רן״ מפרש רב אלפס שנפטר שנת ב״ם: כן אמר בעל ספר יוחסין דף קל״ב עמד ב׳ :

1186 RABBE'NV NISSI'M Auctor fuit.

דרשות *Daraſciòth, Concionum*, diſcipu-

vt verbi gratia א 1. ב 2. ג 3. ד 4. ה 5. ו 6. ז 7. ח 8. ט 9. י 1. כ 2. ל 3. מ 4. נ 5. ס 6. ע 7. פ 8. צ 9. ק 1. ר 2. ש 3. ת 4. Sic אהיה ſi reſoluatur in numeros, 1.5.1.5. fiet ſumma 12. Circa hanc ſummam quodcumque nomen oblatum ex Scriptura circumagetur tamquam circa ſuum centrum, ſit exemplum: Detur nomen אברהם. א 1. ב 2. ר 2. ה 5. מ 4. 14.

Aliud exemplum שרה 3. 2. 5. 10.

Aliud, יצחק 1. 9. 8. 1. 19.

Aliud יעקב 1. 7. 1. 2. 11. Ex ijs licèt nullum excedat denarium numerum אהיה, attamen alia ſunt nomina propria, quæ verè vagantur & excedunt, ac longè abeunt à denaria vocis אהיה, vt יהשוע 1. 5. 3. 6. 7. 22. Quòd ſi extra nomina propria vagari liceat, nonnulla inueniemus adeò exorbitantia à regula hac Cabaliſtica, vt prorsùs vanam & fictitiam eam eſſe deprehendamus, præſertim in vocibus, pronominibus affixis, vel præfixis literis ſeruilibus ornatis, vt in hoc exemplo למשפחותיכם apparet, cuius literarum valorem numericum aſſignatum ſupra 40. tranſcendit. Quòd ſi in nominibus proprijs, vel vocibus primitiuis longè abire, & à numero 12. vocis אהיה non longè recedere deprehendantur, hoc ſanè non euenit à virtute aliqua Cabaliſtica, ſed à proprietate & naturali virtute numerorum: quia cùm omnes voces in numeros reſoluantur, non exce-

1289 RABBENV NISSI'M GERVNDENSIS BAR R. RVBEN Commentator Operum Ràu Alphès, interrogatus à Sapientibus Barcinonæ circa diuersas quæstiones legales, & præsertim circa materiam excommunicationis, inter quas proposuit: An aliquis possit excommunicare se ipsum? nam quidam Vir de Vrbe Perpiniani, qui erat שליח ציבור *Sciáliàch Tzibùr*, *Mandatarius Synagogalis*, & in Insulis Balearijs per idem tempus huiusmodi officium exercebat, acceperat super se excommunicationem. Interrogatur à R. Abrahamo Scialòm Barcinonensi, vtrum licitè potuerit continuare suum officium, & in Synagoga eo fungi חזן בה *Chazàn Præcentoris*? Et respondit affirmatiuè. Præfatæ Interrogationes cum suis Responsionibus reperiuntur mmssc. in Bibliotheca Vrbinat. apud Vaticanum partim in membrana, partim in charta in 4.

Istæ sub nomine -

שאלות ותשובות *Sceelòth vtsciuuòth*, *Quæsita & Responsa*, & licèt quamplurimi apud Iudæos sint istiusmodi libri, tamen propter huius Rabb. præstantiam, & doctrinæ famam, liber mole sua aliàs modicus, valdè apud eos redditur illustris. Excusus reperitur Romæ anno ש'ה' 305. min. supput. Chr. 1545. per Isaacum Ben Immanuelis de Làttas, & socios Beniamin Ben Ioseph de Ariniano, & Magistrum Antonium Balada, in 4. Scripsit secundùm aliquos -

חדושים על כמה מסכתות *Chiduscim al cama massachtòth*, *Nouellas explanationes super aliquot Tractatus Talmudicos*. Impressæ fuerunt Riuæ Tridenti anno ש'י'ט 319. minoris supputationis, Chr. 1559.

pulus *Harrambàn*, hoc est R. Mosis Bar Nachmàn, non verò ר'ן *Ran*, id est R. Nissìn Commentator רב אלפס *Ràu Alphès*. Hic enim R. Nissìm obijt anno ר'ח' 208. min. supput. nempè sexti millenarij, id est anno Domini 1268. teste *Iuchassìn* pag. 132. b.

ר' נסים בר' יעקב

א' רפ"ו ר' נסים בר' יעקב כתב
מאמרים לקוטים מן הגמרא ונקרא זה החיבור היבור יפה מחישועה: נדפס פה פירארא בשנת שי"ז לפ"ק בבית ל אברהם מן אושקי:

1287 R. NISSI'M BEN R. IACOBI scripsit exempla virtutum, quæ nuncupauit -

חיבור יפה מהישועה *Chibùr Iaphè mehaiesciùah*, *Compositio pulchrior salute*. Sunt Historiæ morales excerptæ ex Ghemarà, & genero suo Donasc Donato nuncupauit. Impressus Ferrariæ anno ש'י'ז 317. min. supputat. Christi 1557. apud Abrahamum Abèn אושקי *Oscki* sub Hercule Estensi Ferrariæ Duce.

ר' נסים יצחק ספורנו

א' רפ"ח ר' נסים יצחק ספורנו
כתב אגרת על ספר הכוזרי: ונמצא בקבלת ספרי:

1288 R. NISSI'M ISAAK SFORNO scripsit -

אגרת *Ighèreth*, *Epistolam* super librum הכוזרי *Haccuzari*, de quo fusè egi suprà Par. III. pag. 60. in *R. Iuda Hallevì Bar Samuelis Hallevì*: ibi si placet, videnda sunt.

רבינו נסים בן ראובן מגירונדה

א' רפ"ט רבינו נסים בן ראובן
מגירונדה חבר שאלות ותשובות אשר פירש רב אלפס וחידושים היה כמו בשנת ה"קל ליצירה ונקמין דף קל"ב ע"ב ונפטר בשנת קח"י לפ"ק יוחסין קל"ב ע"ב:

in 8. Gesnerus addit, excusum etiam esse Venetijs. Scripsit ·

ספר דרשות *Sèpher Derasciòth, Librum Concionum*.

ר' רנ"ג **נתאי הארבלי** היה מוסר כמה דברים לתלמידיו על תורת הקבלה גם כתוב פ"א היה אומר הרחק משכן רע ואל תתחבר לרשע : ואל תתיאש מן הפורענות :

1290 NITTA'I HAARBELITES, multa dictando discipulis suis ex traditionibus Iudaicis tradidit, atque scripsit. Dicere enim solebat:

הרחק משכן רע ואל תתחבר לרשע : ואל תתיאש מן הפורענות :

Recede à vicino malo, & ne appropinques impio, neque desperes à supplicio, *Pirkè Avòth* cap. 1. num. 7. Claruit annis 200. ante Christum natum: nam anno 3560. à creatione mundi recepit traditionem à Iosè Ben יועזר *Ioèzer*, Christus verò Dominus nascitur anno mundi 3760. Ergo 200. annis ante Christi natiuitatem. Ex computo R. Samuelis Algazæi.

ר' רנ"א **הנרבוני** הם הספר עיין בספק פלוני אלמוני :

1291 HANNARBONI' NARBONENSIS, incerti nominis Auctor. Vide inter פלוני אלמוני *Peloni Almoni*, Anonymos Auctores litera פ.

ר' רנ"ב **נסתור כמר** פילוסופ דתו ונעשה יהודי חבר ספר נגד הנוצרים ונמצא כ"י בוואטיקאנו על כתיבת נייר :

1292 NESTORIVS MONACHVS Apostata à Fide Christiana ad

Iudaismum, scripsit *Librum pro Iudæis contra Christianam Religionem*. Reperitur msc. in Bibliotheca Vaticana in 4. Papyr. sub num. 68.

ר' רנ"ג **רבי נפתלי בר אהרן מרדכי** אב בית דין וריש מתיבתא בקהל ריגנשבורג הסכים גם כן על ספר עשרה מאמרות לר' מנחם עזריה : עיין שם בלשון הזה :

1293 R. NEPHTALI' BAR AHARO'N MORDOCHA'I Pater Domus Iudicij, Princeps Senatus, & Caput Academiæ Vniuersitatis Retiburgensis; approbauit librum עשרה מאמרות *Assarà Maamaròth R. Menachèm Azarià*. Vide ibi hoc nomen.

ר' רצ"ד **רבי נפתלי אשכנזי** יושב צפת תוב"ב בגליל העליון חבר ספר אמרי שפר והם דרשות א' לשבת בראשית : ב' לשבת ויחי : ג' לשבת מילה ולשביעי של פסח : ד' לשבועות : ה' לסוכות וכו' :

1294 R. NEPHTALI' ASCHENAZI' GERMANVS natione & cognomine, incola Saphèth Vrbis superioris Galileæ, scripsit librum

אמרי שפר *Imrè scèpher Eloquia elegantia*, Tit. ex Gen. 49. 21. Sunt quædam Conciones pro aliquibus diebus festiuis, & Sabbathinis, vt pro Sabbato sectionis Genesæon; pro Circumcisionis tempore; pro septima die infra octauam Paschæ, & pro tempore festiuitatis Tabernaculorum, &c. Excusus Venetijs anno mundi 5356. Christi 1596. repurgatis per R. Samuelem Corcos, & R. Balemàn Abèn Deiasùs, & diligenter correctus per R. Isaacum Gersonem, iussu Danielis Zaneti in ædibus suis: & in fine cum Indicibus locorum Sacræ Scri-

bus eos distinctos fuisse asserit Auctor *Iuchasin* pagina 43. b. De Babylonia ascendit in terram Israël, ibique factus est quoque Pater Domus Iudicij Iudicum Princeps, de qua re conquerebatur רשב״ג *Rischbàgh*, quasi non contentus honores Babylonicos, quin & Ierosolymitanos appetijsset Nathan, qui & multos libros in Babel composuit videlicet Miscnicos, vt ait *Iuchasin*, & אבות *Auòth*, qui communiter dicuntur פרקי אבות דר׳ נתן *Pirkè Auòth de R. Nathàn*, *Capitula Patrum Rabbini Nathan Babylonici*. Reperiuntur in Syntagmate Talmudis, vt memorauimus in Par. III. pag. 770. Hic Rabbinus viuebat ætate tertia Tanaitarum, contemporaneus fuit רשב״ג *Rischbàgh*, id est Rabbàn Simeonis Ben R. Gamalielis, qui viuebat circa annum mundi 3881. Christi 121. Cæterùm fuit hic vnus ex ijs Doctoribus Miscnicis, quorum nomine scriptæ sint Constitutiones, & Decreta per vniuersum Miscnicum Opus dispersa, vt notauimus in 1. capite, vbi huiusmodi Doctores recensentur, vt videre est Parte III. pag. 336.

ר״נו ר׳ נתן בן ר׳ יחיאל בן אברהם

ממשפחת הענוים בעו מחבר ל׳ הערוך הקבוע׳ בהקדמת ספרו בקרא צמח דוד בולר ברומא שנת

1296 R. NATHA'N BEN IECHIEL BEN ABRAHAM nascitur Romæ in quinto millenario Iudaico, incerto tamen anno. Florere cœpit, inquit Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica, anno Domini 1050. & obijt Romæ anno 1106. quod idem affirmat *Iuchasin* pag. 131. lin. 4. ר׳ נתן בעל הערוך נפטר

Scripturæ, & Concionum. In 4.

Est & Commentarius in Legem cum eodem titulo אמרי שפר *Imrè Scèpher*, huius Auctor est R. Absalom מזרחי *Mizrachì* Orientalis, memoratur à R. Abrahamo de Balmes in suo מקנה אברם *Peculium Abræ* in litera F. 2. Huiusmodi Commentarius editus est Lublini, teste Buxtorfio in Bibliotheca Rabbinica pagina 315. Non contradico Buxtorfio, qui dicit hunc Commentarium R. Absalonis Mizrachì esse Commentariũ in Legem excusum Lublini, quia in citationibus tum Auctorũ, tùm eorum Operum animaduerti eum esse admodum fidelem & exactum, sicuti est in hoc loco de Abrahamo Balmesio: at in litera F. 11. linea 9. & 10. vbi citatur *Imrè scèpher*, sanè ex hoc loco non intelligitur, hunc librum esse Commentarium in Legem, vt habet Buxtorfius, sed potiùs euidenter patet, eum de re Grammatica agere, cùm Auctor suus Absalom Orientalis fuerit Grammaticus, vt ibidem dicitur. Non mirum est igitur, si quandoque bonus dormitat Homerus.

ר״נה רבי נתן הבבלי

היה אב בית דין בימיהם של רשב״ג אביו של רבי : והוא היה אב ראש גולה שבבבל והיו ראשי גליות רגילין ללבוש חגורות לשונן קצרי בהיא רחבה יותר שלבשנו מכסף וזהב לעמוד לפני מלכי פרס : ועלה ר׳ נתן לארץ ישראל והיה אב בית דין : ואמר לו רשב״ג שלא דילך ולא דאבהתך לך להיות גם נשיא : ועשה ספרים הרבה למו משניות ואבות דרבי נתן :

1295 R. NATHA'N BABYLONIVS Pater Domus Iudicij; ac parens eius erat Æchmalotarcha, qui cingulo peculiari latitudine reliquos excederat in ornatu argenti & auri. sic coram Rege Persarum à reliquis homini-

נפטר שנת תת״ס״ו *R. Nathan* (inquit) *Auctor* הערוך *Haarùch obijt anno* 866. hoc est Domini 1106. Non minùs incertum est ex qua familia fuerit. R. Dauid de Pomis in הקדמה *Præfatione* ad suum צמח דוד *Tzemàch Dauìd* familiæ suæ התפוחים *Hattepuchìm, de Pomis* cum aggregat, *Scialscèleth hakabbalà* pag. 41. b. versatur in ancipiti: nam primò videtur indicare familiam huius Rabbini esse ענו *Anàu, de Humanis*, seù *de Mansuetis*, & hæc familia inter Hebræos vsque ad hodiernum diem Romæ conseruatur, & hodie inter viuos pauperrimam vitam ducit N.

Postea dicit se vidisse in Mordochì, quòd Nathanum Auctorem ערוך eum faciat de familia יצחק *Isaacidis*. Et quia nullus alius inter Auctores Hebræos de hoc Rabbino luculentiùs agit, quàm Auctor *Scialscèleth hakabbalà* pagina nuper citata 41. b. verba, quæ ibi leguntur, libet hùc transferre, quæ sunt -

רבינו נתן בעל הערוך היה בימים האלה ראש ישיבה ברומי ושם משפחותו ענו והראיה שהיה בדור הזה הוא שאם תביט בספרו אינו מביא ראיה משום חכם אלא מהאחרונים אצלו שהיו רבינו חננאל ורבינו ניסים שהיו בדור ראשון מהרבנות וגם רש״י מביאו בפירוש הגמרא וגם כי בא לידי ספר הערוך כ״י ישן נושן עם ב׳ שירים אחריו שחבר זה הגאון המגיד שהשלים זה החבור בט״ו לירח ג׳ שנת דתתס״ה ליצירת שהיה אלף ל״ג לחרבן אלף ת״יג למנין שטרות: ובשיר השני ומיחיע שנולד לו בן וקראו יתיאל ומת בן ל׳ יום: והשני בנימין ומת בן א׳ שנים: הג׳ שבתאי ומת בן ג׳ שנים: הד׳ לא זכה למילו: וראשון לבלם היה ראובן שאז היה חי: ואומר כי בשנת ד׳ תתס״ב הוא ואביו ובית אביו עשו כנסת בביתם עם מקוה מים ת״י שהיו יכולים לנקות המים ובלילה א׳ שבים ונותן תודה מהכל והשירים אינם שקולים והם אצלי: ויבל להיות כי ר׳ נתן שמביא רש״י בפירוש דברי תימים בבנין בהים הוא זה ואם תבינו בספרו ובערך ער תבין ונראה כמענו בקרוב שחית אז כמו שנת דתשׂ״נת: ואומר ספר יוחסין שמת שנת ד׳ אלפים תת״כו וראיתי בהגהת בספר המרדיכי דשבת פ״י אומר נשאלה שאלה זו ברומי מן מר שלמה ומר דניאל ומצ אברהם אחים בני מתא ורבנא רב נתן גאון שחבר ספר הערוך ושם אומר שהיו ממשבחת יצחק, והשיבו שכבר נשאלה שאלה זו בבית מדרשי של מר יחיאל גאון והשיב בשם רבינו יעקב גאון ריש מתיבתא דמתא דרומת דמנהג כשר הוא להיות המילה סניף לקריאת התורה ולתקיעת שופר וכו׳: וראיתי בספר האמונות כי זה רבי נתן בעל הערוך היה חכם בכל החכמות ובקבלה: וראיתי בהגהה שאחרי הרמב״ם הלכות גרושין חמזביר רבי נתן בעל הערוך ורבינו אברהם אמו ורבינו יחיאל בנו: וראיתי בקונטרים ישן וושן שזה חרב לקח לו לאשה בתו של רבונו חננאל מרמי הנזכר בהגהת הלכות חמץ ומצה בהרמב״ם פ״ה ומקומות רבים אחרים:

Rabbènu Nathàn Auctor ערוך *Arùch fuit in diebus istis* (id est ætate vnica ante Rambàm, de quo vide suprà Parte hac IV. pagina 86.) *Princeps Academiæ Romanæ: ibi enim est familia eius, quæ dicitur* ענו *Anàu. Quòd autem fuerit hac ætate, inde probatur, quòd si intueâris in suo libro, nunquam adducit auctoritatem alicuius Doctoris nisi ex posterioribus, qui ab eo procul non fuerunt, ut est Rabbènu Chananel, & R. Nissìm, qui fuerunt ætate superiori. Etiam Rasci hunc Auctorem citat in Expositione Ghemaræ. Et etiam idem probatur ex ipso libro Arùch vetusto manu scripto cum duobus Canticis in calce libri compositis ab hoc Auctore, vbi dicitur compositus fuisse huiusmodi liber ab eodem, & absolutus decimo quinto die Tertij Mensis anni* 4865. *à creatione, qui quidem est annus* 1033. *ab exustione Templi, &* 1413. *à computo Contractuum. Et in Cantico secundo numerat annos suos, dicitque: sibi natum* fuis-

Auctor Haarùch sapiens fuerat in omnibus scientijs, & in Cabalà. Et vidi in annotationibus, quæ post Harrambàm, Codice גרושין *Gheruscìn, quibus fit mentio Ràu Nathanis Auctoris Haarùch, & R. Abrahami fratris sui, & Rabbènu Sechiel filij sui. Et vidi in quaternione admodùm vetusto, quòd huiusmodi Magister duxit vxorem filiam Rabbènu Chananel sublimis, sed nescio an fuerit filia Rabbènu Chananel Gahonis prioris generationis, vel Rabbènu Chananèl de Roma memoratus in Animàduersionibus ad Tractatus de Fermentato & Azymo apud Harrambàm cap. 5. & alijs quamplurimis locis.* Hactenùs Ghedalià Abèn Iachijà in *Scialscèleth hakabbalà*, ex quibus nihil certi de R. Nathan Romano affirmare possumus, nisi quòd fuerit insignis Doctor versatus in omni scientia, sed præsertim ad Thalmudicarum vocum proprietates spectante, quas adeò ex vtroque Talmude tàm Babylonico, quàm Ierosolymitano collectas, enucleatè in suo libro ערוך *Arùch* nuncupato declarat, vt quotquot post ipsum Lexicorum exoticarum vocum fuere Auctores, ex hoc primo R. Nathano tamquam faces deferente omnia sua Dictionaria excerpserint. Hinc Auctor *Meturghemàn*, & *Tesbì*, ex *Arùch* suos libros compilauit. Hinc qui nostri in Hebraicis versatissimi Buxtorfij pater, & filius, Lexicon Chaldaicum, Talmudicum, & Rabbinicum ex Rabbino Nathan, & ex suo ספר הערוך *libro Haarùch* hauserunt, licèt raro, & ferè nunquam hunc librum in eodem Lexico memorarint. Est enim Opus æterna memoria dignum, cui R. Dauid de Pomis addidit interpretationem Latinam & Vulgarem, ita vt adiuncta He-

fuisse filium, & vocatum Iechiel, qui post 30. dies expirauit. Secundum quoque Beniamin, & post octo annos eum obijsse. Tertium nuncupatum Sabbathài, & ad tertium annum ætatis tantùm peruenisse. Quartus quoq; ad diem circumcisionis non peruenit. Omnium autem primus fuit Ruben qui adhuc superuixit. Addit: quòd anno 4862. ipse & fratres eius, & domus patris eius ædificauerunt Synagogam in domo eorum cum balneo aquarum viuentium, & poterant immergi in aquis, & nocte sedebat, & ex omnibus dabat confessionem laudis. Versus autem huius Cantici sunt inelegantes sine mensura pedum, & apud me modo inueniuntur. Potest autem esse quòd R. Nathan, quem citat Nisài in Commentarijs in 2. Paralipomenon, cùm in eis agit de ædificatione Templi, quòd sint ista. Quòd si reperias in libro suo in Arùch quousque intelliges eum fuisse circa annum mundi 4798. Dicit autem liber Iuchasìn, quòd mortuus sit anno 4866. Et vidi in notis libri Mordochì Cod. de Sabbatho cap. 10. vbi dicitur: Postulaui petitionem hanc Romæ à Domino Salomone, à Domino Daniele, & à Domino Abrahamo fratribus filijs Domini mei & Magistri mei Ràu Nathan Illustris, qui composuit librum הערוך *Haarùch, ibique dicitur, quòd fuerit de familia* יצחק *Isaacitæ, & responderunt, quòd olim eiusmodi Petitio, seù quæstio proposita fuit in Schola Domini* יחיאל *Iechielis sublimis, & responsum fuit nomine Rabbènu Iacobi Gahonis Principis Academiæ Vrbis Romæ secundùm vsum approbatum, vt non sit necesse dictioni facere additamentum, vt legi possit in Lege, aut buccina clangi, &c. Et vidi in Libro* האמונות *Haëmunòth, quòd iste R. Nathan*

sus fuit in fol. anno mundi 5313. Christi 1553. apud Aloysium Bragadinum in fol. Pernæ Rempublic. regente Duce Marco Antonio Treuisano anno eius primo. Scripsit quoque R. Nathan Auram ערוך *Arùch*, vt dicitur in *Iuchasʃ.* pagina 131. ex libro *Haëmunà* quòd scripserit libros Sapientiales & Cabalisticos.

א׳ רצ״ז ר׳ נתן בן יצחק יעקב

אב בית דין ור״מ במגנצא עשה הסכמה על ספר עשרה מאמרות לרבי מנחם עזריה בעיר אלפלד יום ה׳ י״ד ניסן ת״ח לפ״ק : עיין לעיל מנחם :

1297 R. NATHA'N BEN ISAACI IACOBI Pater Domus Iudicij, & Princeps Academiæ in Vrbe Moguntiæ, approbauit librum decem Sermonum R. Menachèm Azariæ in Vrbe Alpalad die 5. decima quarta Nisàn 408. min. supput. Vide *R. Menachèm* &c.

א׳ רצ״ח ר׳ נתן חבר ספר איסור והתר נדפס בקראקא ברביע :

1298 R. NATHA'N, nescio cuius sit filius, scripsit librum super vetitum & licitum. Excus. Cracouiæ in 4.

א׳ רצ״ט ר׳ נתן בן יואל פלקייארה

חבר ספר צרי הגוף כתב ספר תקונות הפלוסופים ומבקר הרפואות תקונות הרפואות :

1299 R. NATHA'N BEN IOE'L PALKIIE'RA, scripsit de Medicina sententiæ compilatæ ex Operibus Hippocratis, Galeni, Auerrois, Auicennæ, & R. Mosis Ægyptij. Tractat etiam de Pulsibus, de Vrinis, & de metho-

Hebraica, in vnoquoque libro quatuor voces haberentur interpretatæ, Hebræa, Extranea, Latina, & vulgaris Itala, quæ tamen non omnibus numeris absoluta videntur: nam exempla, quæ Hebraicè adducuntur, raró profectò in lingua Latina explicantur. In ערוך *Arùch* huius Auctoris non est necesse vt aliena lingua voces illæ explicentur, & interpretentur, cùm eiusdem vocis si diuersum significatum habere deprehendatur alijs exemplis allati, dignosci facilè possit, vt ver. gr. פְּתַךְ miscere significat in *Berescith Rabbà Parascià* 10.

נטל הקב״ה ב׳ פקעיות אחד של אש ואחד של שלג ופתכן זה בזה הפירוש עירבן :

Sumpsit Deus sanctus benedictus duos globos, Vnum ignis, & alterum niuis, & miscuit hunc cum illo, explica (פתכן עירבן *mixtionem*) *& comple. & creauit cælos.* Stylus itaque Auctoris est Alphabeticus, declaratque in hoc suo Dictionario vocem quamlibet auctoritate vtriusque Ghemaræ, quæ est Talmudis Ierosolymitani & Babylonici, & vt faciliùs loca adducta adinueniri possint, citantur in margine libri pagina Talmudis impressionis Venetæ apud Danielem Bombergum, ibi enim adamussim reperientur. Huius laboris auctor fuit R. Samuel Ben Elkannà Iacob de הארקיוולטי *Haarkeuolti.* Excus. Pisauri in fol. anno 275. minoris supput. Christi 1515. In eius fine extant quædam Carmina in laudem Auctoris & libri composita à R. Elia Leuita Germano. Biennio post iterum ibidem excusus fuit scilicet anno 277. min. sup. Christi 1517. typis Hæredum Impressorum de Soncino: nisi fortassis solus titulus libri sit immutatus. Item & recu-

thodo medendi. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4. Scripsit & de compositione Sphæræ, & Quinque Capitula de motu animorum. Extat etiam msc. in eadem Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

ס׳ ס׳ **ר׳ נתן נסטולי מפראג** עיין יואן ריטאנגליום : דף כ״ח :

1300 R. NATHA'N NESTOLI PRAGENSIS memoratur à Ioanne Rittangelio pag. 28.

ס׳ סא׳ **ר׳ נתן שפירא** חבר ס׳ מגלת עמוקות פי׳ על שלשה ראשי פסוקים של פרשה ואתחנן : וחבר ספר טוב הארץ :

1301 R. NATHA'N SPIRA scripsit -

מגלת עמוקות *Meghillàth Amukòth. Volumen profunditatum.* Sunt Expositiones super tria capita versiculorum *Parasciæ* ואתחנן *Vaethchanàn, Et deprecatus est.* cap. 3. ver. 13. Deuteronomij. Excus. Cracouiæ anno ת׳ 400. min. supp. Christi 1640. in 4. Scripsit quoque -

טוב הארץ *Tòu haàretz, Bonum terræ:* De laudibus terræ Israëlis, & de Cabalà. Impress. Venetijs anno ת׳ט׳ו 415. min. supput. Chr. 1655. in 8.

ס׳ סב׳ **רבי נתן ידידיה בן אליעזר מאורבייטו** העתיק בלשון הקדש אל לשון איטלקי ס׳ ברכי נפשי לרבי בחיי בר יוסף עם ספר ודוי יום הכפורים :

1302 R. NATHA'N IEDIDIA'H BEN ELIE'ZER VRBEVETANVS transtulit Carmina Hebraica & spiritualia, quorum initium est: *Birchì Naphscì* R. Bechaij Bar Ioseph, quæ Venetijs prodierunt cura Angeli Alatrini Hebræi anno Domini 1628. in 8. Italico indito titulo *L'Angelica Tromba di M. Angelo Hebreo Alatrini*; cui additur *Confessionis formula generalis in die Expiationum* facienda. In 8.

ס׳ סג׳ **ר׳ נתן** עשה מסכת אבות וסיימו על מ״ח פרקים : ונמצא בב״ו בווטיקאנו על הקלף כרך :

1303 R. NATHA'N composuit Tractatum *Auòth, de Capitulis Patrum,* & 48. capitulis absoluit. Reperitur in Bibliotheca Vaticana Pergam. in fol.

ס׳ סד׳ **ר׳ נתנאל טריבותי** כתב מאמר ארוך עד מאד מהמקואות הנשים ונגדו כתבו כמה ישיבות איטאליאה ורבנים דרומא סכמו אותו : והקודם בין ר׳ מנח קורקוש זקן : ונמצא בי״ כרומה אצל היהודים :

1304 R. NATHANE'L TRIBO'TTI scripsit prolixum Tractatum de -

מקואות נשים *Mikuaòth Nascìm, Balneis mulierum,* vbi multas quæstiones proponit & resoluit. Contra illum aliqui Synagogarum Italicarum Rabbini scripserunt, sed approbatus fuit à Rabbinis Romanis, inter quos R. Menòach Korkòs Senior primum locum obtinet circa annum Domini 1644. Hodie reperitur msc. apud Iudæos Romanos.

ס

ס׳ סה׳ **בן סירא** עיין בן סירא בחלק ראשון דף תרע״ח ע׳ א׳ :

1305 BEN SIRA'. Vide *Ben Si-*

Sirà Parte I. pagina 678. columna 1.

ס״ה **סנדאבר** ראש חכמי הודו עליו אמר
שנקרא ספר משלי סנדאבר והוא נחבר כתוב עם מ׳ דברי הימים
של משה נדפס בויניציאה שנת ד״ש לפ״ק:

1306 SANDABA'R Princeps Sapientum Indiæ. Eidem attribuitur liber inſcriptus -

משלי סנדאבר *Miſclè Sandabàr, Prouerbia Sandabar*, in quibus agitur de aſtutijs fœminarum, & quomodo ſua ſapientia atque prudentia filius Regis Indorum à morte liberatur. Reperitur impreſſus Venetijs anno ש״ד 304. min. ſupputat. Chriſti 1544: inter libellos appellatos *Chronicum Moſis* in 8.

ס״ו **סעדיה גאון** היה מבני בניו של שילוני
והיה פיתום של מצרים ובלותו הזמן לא היה בעולם ששמיש אשר
שבבל חכם וראוי לישיבה: אבל דוד בן זכאי ראש גלות לקח אורג
אחד ששמו רב יום טוב ומינהו: ואחר כך שלח לארץ מצרים והביא
משם רב סעדיה אל ישיבה היא פיתום של מצרי׳ והיה לראש ישיבה
בשנת אחת ב׳ שנים: אחר כך היתה מריבה גדולה ומחלוקת בינו
ובין דוד בן זכאי; כי ראשי גליות אלו לא היו בעלי תורה: והיו
קונים כסא אותם מן המלכים כמו מוכסים: והיה לדוד בן זכאי דין
ונתנו לו פסק דין ברצונו ולא כהוגן ושלחו לרב סעדיה לקיים
לא רצה: ושוב פעם שנייה שלחו ביד ובלו בנו לבוא לרב סעדיה
ואמר לו אם לא תקיימנו אכה את ראשך במקל: מיד ועקו בני
הישיבה וקמו כלם בלים אחד ושבו את בן הנשיא הרבה והלך
לפניו עלם ונכווה: והתחזק אחיו במלכות ובכח גדול שמקבל
ורב סעדיה בכח לקרות שקבל והעבירו את ושיבו בן זכאי
לראש גלות תחת דוד אחיו ואחר כך בתחזק דוד והקים במלכות
והסיר את אחיו ובקש להרוג את רב סעדיה: ונחבא רב סעדיה
והקים דוד בן זכאי רב יוסף בר רב יעקב בר רב מרדכי:
ואחר כך עשו שלום דוד הנשיא ורב סעדיה: באותה כך לא הוסר
רב יוסף ולא שב רב סעדיה לגאונות ורב יוסף היה גאון י״ד שנה:
ואחר כך עם דוד בן זכאי ואסרו במסר רב סעדיה בשנת ד׳
אלפים תש״ב והיה בכן ל׳ שנה מן היום המסורה ואסרו מסכר
ביום סעדיה: כי חבר על שלשה וסדרם ועל אמורי ביולם

ושמועות רבות בגולה ושפק שמועות: ופירוש התורה בלשון ערבי
כמו שאמר ן׳ עזרא בפרשת בראשית:

1307 SAADIA'H GAHO'N natione Ægyptius de Vrbe Al Fiumi, quæ eſt פיתום *Pithòm*, doctus & imperterritus animi, qui à ſententia dimoueri de facili non poterat. Euocatur in Babel à Dauid Ben Zachài Principe captiuitatis Babylonicæ, qui totum cœtum Hebræorum in captiuitate exiſtentium auctoritate Regia ſibi à Monarchis Chaldæis attributa abſoluta ferè poteſtate vniuerſum populum Iudaicum regebat. Hic vocabatur ריש גלותא *Princeps Captiuitatis*, Αἰχμαλωτάρχης: de Domo Dauid à Regibus Chaldæorum & Perſarum conſtituebatur. Hic præſidebat, ne Academiæ peſſundarentur negligentia, vel ignorantia Rectorum: nam Principis Captiuitatis munus erat prouidere de idoneis Magiſtris, quibus laborabat Academia Sorana. Poſt mortem enim Ràu Iacobi nullus idoneus Rector reperiebatur, qui Soranā Academiam, vt par erat, regere poſſet: nam textorem quemdam Dauid Ben Zachài Princeps Captiuitatis ex plebe ordinauit, & Academiæ præfecit, quam per aliquot annos minùs decenter rexerat. Volens huic malo occurrere Princeps Captiuitatis Dauid Ben Zachài miſit in Ægyptum accerſitum R. Saadià anno 4687. Chr. 627. qui magna prudentia, doctrina, & integritate, quantum licuit Viro infideli, & in humanis literis verſato, Academiam Soranam per duos integros annos pacificè rexerat. Interea Dauid Ben Zachài excedens limites ſuos, qui intra gubernium Reipub. ſe continere debebat, perſonam Iuris periti agere voluit, fa-

mul excusis Mantuæ per manus humiles Impressorum Iacobi Cohèn de Gazulo anno שׁ׳נ׳ב 352. min. supput. Christi 1592. in 8. Et scripsit -

פירוש התורה בלשון ערבי *Perùsc Hattorà bilsciòn Arabì*, *Commentarium in Legem Arabicè*.

Scripsit præsertim in Danielem prolixum Commentarium, quem habes in magnis Biblijs Hebraicis vnà cum alijs Abrahami Abèn Ezræ Comment.

על אסורי ביאה *Al assurè biàh*, *Super concubitus illicitos*, vt commemorat idem R. Abraham Abèn Ezræ in *Parascià* seù sectione *Berescìth*. Imò & super quædam loca Ghemaræ, vt commentum scripsisse innuit. Hæc etiam testatur *Scialscèleth hakabbalà* pagina 35.

Elapsis 7. annis pacificatus est Saadià Gahòn cum Dauìd Ben Zachài, sed ob id restitutus est in dignitate sua Gahòn, neque ab ea remotus est, fuit itaq; Gahòn 14. annis. Postea mortuus est Dauid Ben Zachài, post duos annos obijt etiam Ràu Saadià anno videlicet 4702. Christi 942. ætatis suæ an. circiter quinquagesimo. Ita omnes Scriptores Hebræi *Iuchasìn* pagina 161. *Scialscèleth hakabbalà* pag. 35. & *Dauid Ganz* ad annum 701. quinti millenarij. Docuit contra sententiam de transmigratione animarum, & vt ab ea omnes Iudæi recedant, studuit, vt testatur R. Scem Tòu in suo libro האמונות *Haëmunòth*: ita refert Auctor *Scialscèleth hakabbalà* pagina 35. nuper citata.

ר׳ סמן טוב בן אליה גזרא

כתב פירוש על פירוש ן׳ עזרא על חמשה חומשי תורה ; נדפס בקושטנטינא .

facta decisione quadam contra Iura patria, & Leges maiorum; hanc misit R. Saadiæ subscribendam, vt charactere suo firmata valorem acciperet. Renuit R. Saadià. Iterùm misit filiū suū Zachæus, vt omninò decisionem Principis Captiuitatis subscribat. Pergit Zachæi filius Dauidis Principis Captiuitatis ad Saadià, & instat vt subscribat, alioquin franget illius caput pessulo. Statim indignati sunt studentes in Academia, & quasi vir vnus insurgentes in filium Principis, percusserunt plurimùm, & reuersus est ad patrem suum ignominia affectus, & contemptus. Et roboratus est pater eius à Regno, & à populo non paruo. Alia pars populi, quæ sequebatur Ràu Saadià, deposuerunt Dauidem Ben Zachài, & constituerunt sibi Principem Iosiam Ben Zachài in Principem Captiuitatis loco Dauidis fratris sui. Postea roboratus à Regno Dauid Ben Zachài quæsiuit remouere fratrem suum; & interficere Ràu Saadià, qui abscondit seipsum septem annis. Interim in hac solitudine totum se dedit lectioni, & scriptioni, composuitque varia Opuscula lingua Arabica & Hebraica. Horum primum est -

אמונה *Emunà*, vel ספר אמונות *Sèpher Emunòth*, *Liber Fidei*. Continet tractatū de Deo, de Mundo, de Anima, de resurrectione, deque promulgatione Legis. Editum est Constantinopoli in 4. Et Amstelodami 1647. in 4. Scripsit -

ביאור על ספר יצירה . *Biùr al Sèpher Ietzirà*, *Elucidationem libri Ietzirà*, seù de formatione, cum alijs quatuor Commentarijs R. Abrahami Ben Dior, R. Mosis Bar Nachmàn, R. Mosis בוטריל Botrìl, & R. Elièzer de גרמישא Garmisa si-

366. minoris ſupput. Chriſti 1606. in 4. & in fol. ibid. apud Zanettum Zanetti anno שס״ו 366. Chriſti 1606. cui adiuncti ſunt Commentarij הרמ״בם *Harambàm*, R. Moſis Bar Maijmonis.

☩ ש״יא עובדיה ספורנו באיטליה

הרופא בן ר׳ יעקב ספורנו חבר ספר אור עשם והוא באור על התורה על דרך הפשט ונדפס בפירארה שנת לא נכתב: ובויניציאה שנת שכ״ז על ידי יואן גריפו בריבוע: וחבר ובסוף זאת הבאור וכתב כונות התורה:

ביאור חמש מגלות ר״ל על שיר השירים: רות: אסתר: קהלת ואיכה: על דרך הפשט ועל דרך הקבלה האמתית: ונדפסו בויניציאה: וחבר -

פירוש על ספר תהלים על אותו הדרך: ונדפסו בויניציאה על ידי יואן די גארה שנת שמ״ו: וחבר -

ספר אוהב משפט וספר משפט צדק והם ביאורים על איוב: והביאו אל הדפוס ר׳ יוסף מולכו ונדפסו על יד יואן דגארה בויניציאה שנת שמ״ט והשלימו לחדש חשון שנת ספיר לפק:

וחבר ספר אור עמים ונדפסו בבולוגנא שנת הש״י:

1311 ABDIAS, ſiuè R. OBADIAS SPHORNVS, ſiuè SIPHRONIVS, SVPHORNVS, ſeù ZIPHRONÆVS, Medicus Italus claruit ſuperiori ſæculo: fuit filius Iacobi Sforni, alijs Sippornæi: quædam edidit in Legem, vocauitque -

כונת על התורה *Cheuanàth al hattorà*, *Intentiones in Legem*, quibus Leges Moſaicæ data opera cum intentione & ſtudio fuerunt promulgatæ, & literaliter plerumque expoſuit. Sunt & alia Opuſcula ab eo explicata. In Legem vocauit

אור השם *Or haſcèm*, *Lucem nominis*, id eſt *Domini*. Eſt expoſitio literalis. Excuſa Ferrariæ anno non notato, Venetijs an. שכ״ז 327. Chriſti 1567. apud Ioannem Grifo in 4. Scripſit -

באור על חמש מגילות *Bijùr al chamèſc meghillòth*, *Elucidationem ſuper quinque* par-

1308 R. SIMA'N TO'V BEN ELIÆ GHAZARA' ſcripſit *Commentarium ſuper Commentarium R. Abèn Ezra in Pentateuchum Moſis* Barcinonæ anno mundi 5166. Chriſti 1406. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. in 4. Papyr.

ע

☩ ש״ט עבדיה הגמון של בבל

כתב בלשון עברי עשרה ספרים מתחרות השלוחים של ישוע נוצרי ונעתק בלשון לטין מיוליוס אפריקאנו: ונדפס בבאסיליאה על ידי יואן אופורינוס שנת שי״ב: ונמצא כ״י בוואטיקאנו:

1309 ABDIAS BABYLONIÆ EPISCOPVS, & Apoſtolorum diſcipulus, ſcripſit Hebraicè Hiſtoriam certaminis Apoſtolici libros X. Iulio Africano, cuius ſubinde Hieronymus meminit, interprete. Baſileæ ex Officina Ioannis Oporini anno Chriſti 1552. in fol. cum nonnullis alijs Opuſculis. Vide in Bibliotheca Vaticana ſub numero 2794. pag. 120. vbi reperitur Vita S. Matthiæ Apoſtoli Hebraicè ſcripta ab Anonymo.

☩ ש״י ר׳ עבדיה ברטנורה

התחיל לחבר פירוש על המשניות בארץ מולדתו באיטליה והלך לארץ הצבי ושם השלימו: ומת שנת ר״ן:

1310 R. ABDIAS BARTENORA, breuitèr dictus ר״ע Ràa à Bertenoro, quæ eſt Vrbs Italiæ, in Romandiola, cæpit præclarum Commentarium in Miſcnaijòth, dum adhuc in Italia eſſet. Poſtea pergens in terram Iſraël ibidem eum abſoluit. Hoc Opus ita acceptum eſt apud omnes Iudæos, vt plerumque contextus Miſcnæ ſine tali Commentario impreſſus non ſit. Reperitur pluriès excuſus in diuerſis formis Venetijs, & alibi. Venetijs anno ש״כו

Moritur circa annum mundi 5310. Christi 1550. Dauid Ganz in צמח דוד.

ר׳ ס״ט **עבדיה בן שלום** בלשון ערבי נקרא **עבדאללה אבן שלם** מהיהודי נעשה ישמעאלי אחר ויכוח אשר היה עם מחמד נביא השקר של הישמעאלים כמו כתוב באלקוראן שלהם וזאת הויכוח כתוב שם והעתיק אל לשון לטין ונדפס בוויניק שנת אלף וחמשה מאות ושלש וארבעים. לכולם תשובתו וזה בן שלום יקראוהו בין ישמעאלים עבד אללה בן שלום:

1312 R. ABDIAS BEN SCIALO'M Rabbinus in Alkorano commendatus cũ tribus ſocijs ipſum Mahumethem Pſeudoprophetam adijt, de Lege Moſaica diſputaturus. Ex qua centum quæſtionibus excerptis eas ſecum in ſcriptis attulit, & Mahumethi per ordinem propoſuit, quibus ſingillatim reſpondit; & quæ Iudæo difficiles & obſcuræ videbantur, eas portentoſis fabulis Mileſianis, & Apuleianis enormioribus non ſoluit, nec dilucidat, ſed denſioribus tenebris inuoluit, ac indiſſolubilibus tricis implicat. Omnia concedit R. Abdias, & in fine diſputationis doctiſſimus hic Iudæus exclamans ait: Viciſti optime Mahumeth. Siſte, & recipe confitentem me. Hinc inter Saracenos annumeratur *Abdias*, deinde Arabicè vocatus fuit *Abdallà Ibn Seleh ſiuè Scelem*, quo maximè vſus fuit Mahumeth in ſecta ſua ſtabiliẽda, tamquã primogenito ſuo ex Iudaiſmo. Hæc diſputatio habetur in fine Alkorani, & magnę auctoritatis eſt apud Mahumethanos, quamuis à Mahumethe ſcripta non fuerit, ſed ab alio eiuſdem ſpiritus Pſeudopropheta, qui in Dialogi forma ſummatim omnia præcipua Mahumethis dog-

parua Volumina, id eſt *in Cant. Cantic. Ruth, Eſther, Eccleſiaſten, & Threnos eadem via*. Ibidem in 4.

Expoſuit & *Pſalterium*, cuius expoſitio eſt impreſſa Venetijs per Ioannem de Gara anno ש׳מ׳ו 346. minor. ſupput. Chriſti 1586. Scripſit -

אמרי נועם *Imrè Nòam*, *Verba iucunda*, Conciones, vel Commentarios in Legem. Conſtantinopoli anno 300. min. ſupp. Chriſti 1540. in 4. Et Cracouiæ. Scripſit -

ספר אוהב משפט וספר משפט צדק *Sèpher Obèu miſcpàtt*, *Vesèpher miſcpàtt tzèdek*, *Librum Diligens iudicium*, *& librum Iudicium iuſtitiæ*, Tit. ex Pſal. 33. v. 5. Sunt duo tituli Commentariorum in Iob. Primus tamen dictus אוהב משפט *Obèu miſcpàtt*, *Diligens iudicium*, habet Auctor ר׳ כר צמח ר׳ל׳ ר׳ שמשון. Repertus fuit in domo Rabbì Menachèm Azariàh de Fano, & in domo R. Nathan אוטולינגי׳ *Otolengi*. Et ſecundus, qui eſt משפט צדק *Miſcpàtt tzèdek*, *Iudicium Iuſtitiæ*, huius eſt Auctoris Abdiæ Sphorni. Repertus fuit in domo R. Samuelis ארקיוולטי *Arkiuolti*. Expoſitus vterque fuit publicæ luci per R. Ioſephum מולכו *Molchò*, & excuſus Venetijs per Ioannem de Garà anno ש׳פ׳ו 350. minoris ſupput. Chriſti 1590. in 4.

אור עמים *Or amìm*, *Lux populorum*. Liber eſt Medicus, inquit Buxtorfius, impreſſus Bononiæ anno Chriſti 1550. Iudaico 5310.

Eſt & alius eiuſdem nominis continens Quæſtiones quindecim de Deo, & Anima. Ita Buxtorfius ex Geſnero.

Spizelius in Bibliotheca Vniuerſali hunc librum אור עמים huic Auctori attribuit, cùm reuera Auctor illius ſit Ioſeph Iachija.

mei. Et surrexit homo sanus. Cui Christus: Tu quis es? Respondit: Ego Iapheth filius Noë. Cui Iesus: Itane viuus inter nos es? Respondit: Nequaquam, sed in hac ipsa hora putans me ad diem Iudicij surgere metu viuus effectus sum. Præcepit ergo ei Iesus vt omnem historiam Arcę discipulis rogantibus exponeret. Tunc ille omnem à primordio narrans, cùmque peruenit ad locum, vbi erat secessus, inquit, pondere egestionis Arcam inclinare timuimus valdè. Consuluit itaque pater Deum. Cui Deus: Adduc, inquit, Elephantem, & verte posteriora eius super lorum, & fecit. Vbi ergo Elephas fimum suum hominum iniecit, surrexit sus grandis. Satisne videtur ergo causa Abdia vitandi cùm animal immundum sit? Certè satis. Dum prosequaris: quod profecerit hac necessitate editus? Respondit: Quæ cùm omnem (inquit) massam illam in rostro sessorio dispergeret, conceptum ius vtens naribus fœtorem efflans, murem edidit. Qui deinde cùm tabulas indesinenter roderet, consuluit pater Dominum, Leonem in furore permisit. Leo concitus flacci anhelo Cattum muribus eiecit &c. Et hæc videtur causa cur Cattus murem insequitur ac deuoret, ne videlicet asseres corrodat.]

Sed aliam assignant causam Iudæi apud בן סירא *Ben Sirà* in altero Alphabeto pagina 25. & est: Interrogauerat eum aliquando Rex hoc modo:

מפני מה החול אוכל העכבר יותר מכל השרצים
אמר לו בתחילה חתול ועכבר חברים היו פעם אחת.
הלך העכבר והלשין לחתול להקב״ה אמר לו נשתתפנו
ואין לנו מה לאכול אמר לו אתה הלשנת את חבירך
כדי שתאכלנו עתה הוא יאכל אותך ואתה תהיה לו
מזונות : אמר לו רבונו של עולם ומה עשיתי : אמר

dogmata complectuntur. Ex Arabico in Latinum versa fuit ab Hermanno Dalmata, vt dicitur in titulo, cùm esset peritissimus vtriusque linguæ Latinæ scilicet & Arabicæ. Et in Alkorano Latino ad pag. 189. reperitur editionis Tigurinæ anno 1543. in fol.

Et quamuis in ea multa mendacia sint, & multa ridiculosa, attamen in ænigmate de Eua, & dę Christo ab Abdia proposito, Christi æternam generationem videtur concedere, cùm de Virgine natum asserat: nam R. Abdias illum ita compellat. Quæ fœmina ex masculo tantùm, & quis masculus de fœmina tantùm sit natus? Respondit, Eua ex Adamo solo, Christus ex Maria Virgine.

Inferiùs referens historiam, seù verius fabulam: Cur Iudæi carnem suillam non comedant? Introducit Christum miracula facientem in nomine Patris sui. Cùm enim Christus Patrē in terris non habuerit, consequens est, vt Pater eius fuerit Deus non per adoptionem tantùm, sed per veram æternamque generationem. Libet hìc totam fabulam referre, prout ibidem ex versione Hermanni reperitur. [Inquit Abdias Iudæus: Eam (scilicet carnem porcinam) siquidem à nobis Iudæis, & scio non sine causa prohibuit Deus: quam velim nisi pigeat, per Deum obsecro inter cætera dum locus est edisseras. Respondit Mahumeth: Placet, dum studiosus ades: nam Iesus Christus dum rogaretur à discipulis vt modum Arcæ Noë habitumque superstitis in ea generis humani exponeret, tacitus rogantes audiens formulam ex luto inter manus suas coniectum iecit humi, & ait: *Surge in nomine Patris*

לו אי שרץ טמא והלא למדת משמש וירח שהיו שוין בקומה ובתואר ועל שהלשינה הלבנה לשמש הסרתי ממאורה והוספתי לשמש : כן גם אתה הלשנת על חבירך שתאכלנו לפיכך הוא יאכל אותך : אמר לי רבונו של עולם אם כן נאבד אני וזרעי: אמר לו אני אשאיר לך פלים כמו עשיתי לירח : מיד הלך העכבר ונשך החתול בראשו וקפץ החתול והשליך העכבר בארץ ונשכו ומת : באותה שעה נפל אימת החתול בעכבר ולפיכך יאכלנו :

Cur Cattus murem insequitur & comedit plusquam alia reptilia faciant? Respondit ei (Ben Sirà) *In principio Cattus & Mus amicitiæ fœdere iuncti erant. Aliquando Mus contra Cattum coram Deo oblocutus est, dixitque ei : Associasti nos nec habemus cibum ad manducandum. Dixit ei* (Deus) *Tu qui calumniatus es socium tuum, tu eris illius cibus. Dixit ad eum : Domine mundi, quid feci? Respondit ei : Non est reptile immundũ? Et nonne istud didicisti à Sole & Luna, quòd eùm luminaria æqualia in quantitate, & qualitate essent, tamen quia Luna calumniata est Solem, diminui lumen eius, & illud Soli addidi? Sic etiam & tu, quia calumniatus es socium suum super cibum qui comedetur, idcircò ipse comedet te. Dixit ei : Domine mundi, si sic erit, peribimus simul ego & semen meum. Dixit ei : Ego relinquam tibi effugiũ sicut feci eum Luna. Illicò abijt Mus, & osculatus est Cattum in capite, & prosilijt Cattus & proiecit Murem in terram, momordit eum, & mortuus est. Eadem ipsa hora cecidit formido Catti in Murem, & ideò comedit illum.* Apologus sine sale conditus, quales plerique sunt, qui in officina Rabbinica cuduntur.

ב' שי''ג **עבדיה קעטי** חבר פירוש על איסור ואתר : נמצא בוואטיקאנו סימן קע''א על הנייר ;

2313 ABDIAS CONTIVS CONTI, scripsit *Commentarios de cibis prohibitis*. Reperitur in Vaticano msc. Papyr. in 4. sub num. 171.

ב' שי''ד **ר' עזריה מן הארומים ממנטובה תושב בפיראר״ה**
חבר מאור עינים ונחלק לג' חלקים : החלק א' נקרא קול אלהים וידבר על הרעשים שנתחדשו בפירארה זה כוונתו שלו :
והשני נקרא הדרת זקנים שהוא נקרא הדרת זקנים שהוא ספור מעשה הזקנים פותרים התורה לתלמי המלך במצרים אשר העתיק מן יוני לרומיי והשני ללשון הקדש :
והשלישי נקרא אמרי בינה אשר נחלק והוא לארבעים מאמרים כוללים ששים פרקים על דרשים כוללים בכל הכללים מן הלוח בקצה הספר כדרך בעכסוקה שנת של''א לפ''ק :

2314 R. AZARIAS DE HAADOMI'M id est DE RVBEIS, patria Mantuanus, incola Ferrariensis, in lectione librorum Christianorum, & Philosophorum valdè exercitatus, quos sæpissimè in suis scriptis citat. Scripsit librum inscriptum -

מאור עינים *Meòr enàim*, *Lumen oculorum*, Tit. ex Prouerb. cap. 15. v. 30. quem in tres Partes diuisit, Prima קול אלהים *Kol Elohìm*, *Vox Dei*. Tractat diffusè de Terræmotu occasione terræmotus, qui anno ab Orbe condito 5331. Christi 1571. die 18. Nouembris Ferrariæ accidit.

Secunda Pars dicitur הדרת זקנים *Haddèreth zekanim*, vel *Adràc zekanim*, hoc est *Munificentia Seniorum*, vel *Lectio Seniorum*. Tractat de translatione Legis Mosaicæ à LXXII. Interpretibus Ptolemæi Regis Ægypti in Græcam linguam.

Tertia nominatur אמרי בינה *Imrè binà* *Eloquia intelligentia*, quæ & subdiuiditur

in

fcripfit librum de Præceptorum ratione, vbi modum, omnemque, quæ ad immolandam Pafchalem victimam pertinerent admiranda rerum copia defcripfit.

ט׳ סי״ו **ר׳ עקיבה בן יוסף** גר צדק

הגדול שבחכמים ; ובפרק ד׳ דיבי עמוקות ובפרקא קמא דעבודה זרה זה ספר תולדות אדם שהראה לו דור ודור ופרנסיו בין השבים לדורות של רבי עקיבא שמח בתורתו בחייתו והוא היה ק״ב שנה שהוא נשא אשה בת כלבא שבוע בזמן שבית והיה עד שנכבשה ביתר כ״ב שנים אחר חורבן הבית לו ע״ב שנים לדעת דורות ; ובסוף סיפרי ק׳ שנה חיה חכמים וג׳ שנה פרנס את ישראל ; ואמר הרמב״ם בסוף השפטים כי היה נושא כליו בוזיבא מלך ביתר שיחשב שהיא משיח אבל בדרשות לא מצאנו שהיה נושא כליו אלא בעבור שהיה משנה יסודה והיה עושה עלמות וגבורות ונעלים חשב עליו שהוא משיח והנה דרך כוכב מיעקב וכל וכיון שראוהו שלא היה משיח הרשעים הבא׳ והרימו בידם הרם וכול׳ בקיומם ממנו וזה מורה גדול במבין שמשים כבקר פנים :

והנה של ר׳ עקיבא היה כמוס אים גם זו ולמה נקרא בן שהיה אומר גם זו לטובה ובן תלמידו ר׳ עקיבא לאמר שמנו שהיה אומר כל דעבדין מן שמיא לטב בראשה בסוף ברכות : וזה ר׳ עקיבא נכנס לפרדס ונכנס בשלום ויצא בשלום : וזה יותר ע׳ לשון : ונשא בת כלבא שבוע ואחרי בן אשת טורנוס רופוס שר גדול מהיומה שהרם שהיכל שנתגיירה והיתה יפה בלר ועם עושר גדול ; והפולמוס של אדריאנוס שמפני שבעה של בן כוזיבא סרקו את בשרו של ר׳ עקיבא בן יוסף במסרקות של ברזל כל זה היה בקשעם באו שנת ע״ב לחורבן הבית :

וחבר ספר ונקרא ספר אותיות של ר׳ עקיבא על מקבלה גם כן ספר מכלתא וספר יצירה ויש אומרים כי ספר יצירה חברו אברהם אבינו בזו אמרו למקבלה בחלק ראשון באותו הספר :

1317 R. AKIBA' BEN IOSEPH ex Tanaitis Magiftris in terra Ifraëlis temporibus Titi Vefpafiani, & maximè Adriani Imperatorum floruit. Nafcitur anno mundi 3760. ex Patre Pro-

in 4. Differtationes, & 60. capitibus comprehenfa, quibus de varijs rebus pertinentibus ad Sacros Codices, Vrbem Ierofolymam, populumque Iudaicum fedulò pertractatur, vt in Tabula capitulorum in fine libri defcriptorum videre eft. Eft enim liber curiofus & vtilis, & varijs eruditionibus refertus. Excufus eft Mantuæ anno 334. minoris fupput. Chrifti 1574. in 4.

In fine libri extat R. Mofis Prouenzalis de diebus Mundi cum refponfionibus Auctoris. Vide *R. Mofes Bar Abrahami Prouenzalis*.

ט׳ סי״ו **עמנואל טרימילליוס ופראנציסקוס יוניוס** [illegible]

עברי עתקו אל לשון לטין עם פירוש קצר ונדפסו [illegible] שנת [illegible] שס״ב :

1315 IMMANVEL TREMELLIVS, & FRANCISCVS IVNIVS Teftamenti Veteris libros Latinos ex Hebræis fecerunt, eofque Scholijs illuftrarunt. Excufus liber Hanouiæ typis Wechelianis apud Claudium Marnium, & Hæredes Francifci Ioannis Aubrij 1602. in fol. paruo.

Eorumdem interpretationem Syriacam Noui Teftamenti Hebraicis literis defcriptam Latino fermone reddiderunt, cui etiam Grammatica Chaldaica & Syra calci Operis adiecta eft. Excudebat Henricus Stephanus anno 1569. in fol.

ט׳ סי״ו **עמנואל ברונדו** חבר ספר על [illegible]

[illegible] ונדפס בשנת [illegible] :

1310 IMMANVEL BRVNDO

Dùm hæc ſcriberem, venere in manus meas *Acta Eruditorum* à Cl. Viro Ottone Menchenio Moralium Profeſſore in Lipſienſi Academia conſcripta pro *Menſe Decembri anni* 1686. vbi pagi-

נרבוני *Narbonì, Narbonenſis*, nomen libri ſic nuncupati à Patria Auctoris Anonymi, & forſan eſt R. Meìr, qui ex Narbona Toletum venit, vbi Legem docuit, & quamplurimos diſcipulos inſtituit, eoſque reliquit Menſe Marcheſcuàn Luna Octobris 5024. Chr. 1264. quo obijt. Fit mentio de eo apud *Iuchaſsin* pag. 163. b. & nos ſuprà in litera נ *Nun* pag. 260. num. 1291. diſtulimus hìc recenſendum, quia Auctor non eſt certus, licèt ſuſpicari poſſimus quòd ſit ipſe prædictus R. Meìr.

פי׳ מר״ם פ״א – לוחות שנים :

1618 PELONI' ALMONI'.

לוחות שנים *Luchòth ſcianìm*, ſunt *Tabulæ annorum*, vel ad libitum, vel continentes Cyclum 19. annorum, quæ habent nomen מחזור *Machazòr*, id eſt Cycli. Aliquarum nouimus Auctores, ſed compluriuм ignoramus. Eas hìc recenſere opus non eſt. Occurrunt facilè etiam peruoluentibus has quatuor noſtræ Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ Partes. Sed in omnibus tamquam certum ab Hebræis ſupponitur, annos mundi 3760. concurrere cum anno, quo nos Chriſtiani incipimus numerare primum Æræ vulgaris Chriſti; & quiſquis de computo Hebræo agit, pro certo id ſibi debet figere. Neque ideò mens eſt determinare quæſtionem illam implexam, quonam anno mundi reuera Chriſtus fuerit natus. Paulus enim de Middelburgo plurimas ſententias proponit, vt videre eſt in ſua Paulina lib. 4. de die Paſſionis Domini, & nos quoque diuerſitatem ex parte retulimus Par. I. pagina 81. & pag. 84. & pagina 177. nec facilè diri-

gi-

nempè Orientalium 5500. Vide Par. I. p. 84. Id enim prouenire potest ex difficillima annorũ cõputatione, & ex ignorantia Hebræorum in historijs exoticis, ex quibus pendet annorum mundi series, cùm olim ex annis regnantium desumeretur. Nos iu Par. II. de hebdomadibus Danielis agendo ostendimus, quomodo omittunt aliquos Reges Persarum. Confer pag. 349. cum pagina 347. Imò in historijs suæ gentis anachronismis abundare & hallucinari Iudæos non ex malitia, sed ex oscitantia in qualibet Parte Bibliothecæ est videre passim. Non tamen idcircò argumentum nobis est inutile ex doctrina Domus Eliæ, vt ostendamus iam venisse Messiam: nam cùm se tulerit occasio, ex assertis Iudaicis de aduentu Messiæ nos intulimus iam venisse; idque est, vt Auctor Actorum Eruditorum benè notat, κατ᾽ ἄνθρωπον arguere: vt videant quouis modo explicent tempus aduentus Messiæ, se compelli ad fatendum fluxisse illud tempus.

Dices. Arguent Iudæi, se non posse agnoscere Iesum Nazarenum Dominum nostrum pro Messia ex illa doctrina Domus Eliæ, quia in fine quarti millenarij non venit, sed 240. annis ante illum finem.

Resp. Nos quoque Iudæis reponemus. Finitum est quartũ millenarium, quare adhuc dicunt Messiam non venisse? An Deus ob peccata ipsorum distulit tempus beneficij? At Deus non reperitur distulisse, sicut legitur præuenisse tempus promissionis etiam iuxta doctrinam Rabbinorum, vt ipsimet docent in liberatione ab Ægypto 200. & pluribus annis ante præfixum tempus

400. gina 588. proponit III. Partem meæ Bibliothecæ, & mirabili sanè diligentia quicquid conatus sum explicare, singillatim per multas paginas recenset Encomiasten agens perpetuum, benignumque defensorem aduersùs quosuis, si qui essent, obtrectatores ob ea quæ fortè obijci possent tam magnæ molis Operi. Sed sicut multum debeo illius humanitati eximiæ, & singulari affectui, atque existimationi tenuitatis meæ supra mensuram, quam cumulatissimis laudibus extollit; ita debeo quoq; veritati, quam à me expectat summopere dilucidari. Putat enim Vir Cl. Iudæos arte mala, & dolo talem Epocham instituisse, vt sic vim argumenti aduersùs ipsos ex traditione Domus Eliæ eluderent, secundùm quam in fine quarti millenarij Messias erat venturus: ne scilicet Iesus Christus Dominus noster dici posset verus Messias, quoniam 240. annis ante finem quarti millenarij natus, imò & crucifixus fuerit. Ingeniosè causas exquirit, & occasionem, varias Rabbinorum technas tùm antiquiorum, tùm recentiorum prodit, & quomodo alij ante Herodem, alij post Herodem Domini nostri natiuitatem statuerunt. Quæ nunc examinare non vacat, cùm spectent, vt optimè aduertit laudatus Auctor, ad Dissertationem de Christo, quam pollicitus sum sæpè, & si Deus vitam concesserit, exsoluam.

Interim dico, quòd Æram mundi qua vtuntur Iudæi, sine dolo inductam fuisse posset defendi, sicut sine dolo aliç Æræ à Christianis Latinis & Græcis assertæ sunt, quarum aliquæ accedunt ad Hebraicam, & longè ante finem quarti millenarij sunt, aliæ longè post finem

virtute Spiritus Sancti patrabantur ab Apostolis, legimus in Actis non modò Sauli seù Pauli prædicationem, qua confundebat Iudæos statim post suam conuersionem cap. 9. sed etiam quomodo Apollo aliàs Iudæus Alexandrinus *potens in Scripturis contulit multum his qui crediderant. Vehementer enim Iudæos reuincebat ostendens per Scripturas esse Christum Iesum*. cap. 18. Multò magis postea cùm desiere tam copiosè fieri miracula, vt patet ex disputationibus, vel Tractatibus per Neophytos scriptis. Fixa Æra quacumque solemus ad retroacta tempora eam extendere, ac si præextiterit. Vnde non mirum, quòd etiamsi Epocha annorũ mundi non fuerit in vsu tempore Christi apud Hebræos, per introductam ab ipsis longè post numerationem mensuremus omnia tempora; sicut hoc etiam facimus in Æra Christi.

Hæc indicasse sit satis ex occasione לוחות שנים *Tabularum annorum*; properamus enim ad absoluendos Anonymos.

ס׳ קרוי פ״א — שמות כמה עשבים ופשוטים
מאחד מחבר בספרי קיסר בלשון הקדש׃

1619 PELONI' ALMONI'.

Nomenclatura quorundam simplicium Auctoris Anonymi. Extat msc. Hebraicè in Bibliotheca Cæsarea.

ס׳ קטן פ״א — על מרקחות נמצא בי״בליותיקא
קסרי׳

1620 PELONI' ALMONI'.

De diuersis experimentis medicis Anonymi. Extat msc. in eadem Bibliotheca.

400. annorum seruitutis & afflictionis, vt respondimus Par. I. pag. 171.

Instabis. Numeratio annorum mundi fuit longè post aduentum Christi Domini nostri, nempè paulò ante tempora Mosis Ægyptij, vt nos fatemur Parte III. pag. 430. inducta, & postea substituta Æræ Contractuum. Habetur ergo fundamentum asserendi Iudæos annos mundi ita fixisse, vt primus Christi esset 3760. ne argui posset contra ipsos ex fine quarti millenarij.

Resp. Etiam numeratio annorum Christi longè post eius natiuitatem cæpit induci sub Dionysio Exiguo Abbate, cùm antea Consulum calculo vterentur publicæ Tabulæ, vel etiam Regũ, Imperatorum, & Pontificũ annis. Hispani Christiani Æra Hispanica 38. annis ante vulgarem Æram vtebantur, Æra scilicet Augusti, & ex *Iuchasin* à nobis allegato Par. II. pag. 851. Christiani Hispani anno 141. minor. supput. Christi 1381. cæperunt relicta ea Æra Hispanica numerationem à Natiuitate Christi. Nec tamen hæc inducta est ad infirmandum aliquod argumentum Aduersariorum Religionis Christianæ: etiamsi, vt dixi, annus primus Natiuitatis Christi verè poneretur antecedere per aliquot annos. Eodem pacto possunt facilè Iudæi fixisse Æram mundi, itaut 3760. esset primus annus nostræ Æræ absque eo quod intenderent eneruare vim argumenti petiti ex Domus Eliæ doctrina de sex millenarijs annorum mundi. Alia scilicet communiter argumenta vrgebantur præsertim ex Danielis 70. hebdomadibus contra Iudæos, & ex Scripturis, quibus conuicti Iudæi ad fidem Christi accedebant. Initio etiamsi miracula

ס' ערכו פ"א - על דפק הגידים :

1621 PELONI' ALMONI'.
Tractatus de Pulsibus. Extat msc. in eadem Bibliotheca.

ס' ערכו פ"א - ויכוח על המשיח משום אלהותו ואדם יחד : בכתב בואטיקאנו כ"ב מיון ה' אלפים תרכ"ב דף קצ"ז בתוך ספרי לטין :

1622 PELONI' ALMONI'.
Disputatio, Vtrum ex Sacris Scripturis receptis à Iudæis possit efficaciter probari Saluatorem nostrum fuisse Deum, & hominem. Extat inter mmssc. Latinos Bibliothecæ Vaticanæ sub numero 5622. pag. 197. Est & alia suprà pag. 316. num. 1552.

ס' ערכו פ"א - על מנהגי היהודים בזמן הזה נכתבה בלשון אשכנז · והעתיקה בלשון לטין קונרדו שלומיר טיגורינו :

1623 PELONI' ALMONI'.
De Imposturis, & Cæremonijs Iudæorum nostro temporis Tractatus ab Auctore Anonymo Germanicè editus, postea in Latinum conuersus à Conrado Husero Tigurino, editusque Basileæ anno 1575.

ס' ערכו פ"א - סלוק ומסיבות נגד היהודים :

1624 PELONI' ALMONI'.
Dialogus de altercatione Ecclesiæ & Synagogæ.

ס' ערכו פ"א - ויכוח בין נוצרי ויהודי : בכתב בואטיקאנו מיון ד' אלפים תרע"ח ·

1625 PELONI' ALMONI'.

Dialogus inter Christianum, & Iudæum Auctore Anonymo. Extat msc. Latinè in Bibliotheca Vaticana sub numero 4678. Compositus fuit anno Domini 1551. die 24. Septembris.

ס' ערכו פ"א - מבוא · אל אותיות העבריות : דפוס בפיזרו שנת ה' ר"ע :

1626 PELONI' ALMONI'.
Introductio ad literas Hebraicas: ignoratur Auctor. Excusa Pisauri apud Hieronymum Soncinum anno 1510. in 8.

ס' ערכו פ"א - מורה נגד היהודים :

1627 PELONI' ALMONI'.
Tractatus valdè vtilis ad conuincendum Iudæos de errore suo, quem habent de Messia adhuc venturo, & obseruantia Legis Mosaicæ, Auctoris Anonymi.

ס' ערכו פ"א - מאמר על ביאת משיח : וגם בכתב ... :

1628 PELONI' ALMONI'.
De Aduentu Christi contra Iudæos Anonymi Auctoris. Extat in Bibliotheca Vaticana sub num. 4265. vbi Quæstiones *Nicolai de Lyra* de Incarnatione Christi Domini contra Iudæos in principio libri existunt, in 4. Papyr. Vbi & alia Disputatio notata superiùs pagina 316. num. 1552.

Atque sic imponimus finem enumerationi Anonymorum, quos partim ex Tribus Partibus iam impressis in suis literis, partim ex Catalogis aliorum, partim ex schedis collegimus. Sed & alia Opuscula occurrent inter legendum, præ-

ex Monte S. Sauini Neophytus, Lector Hebraicæ linguæ in Collegio Neophytorum Romæ, lingua vernacula Italica composuit librum, cuius Titulus -

Dialogo della Fede fra il Catecumeno, & il Padre Catechizante, nel quale si risoluono molti dubij, che sogliono fare li Hebrei contro la verità della santa Fede, con raggioni efficacissime, per li Santi Profeti, e per li Dottori Hebrei. Primò excusus fuit Romæ apud hæredes Antonij Blandi Impressoris Cameralis anno Domini 1582. in 4. Postea multis additionibus auctus, & ab eodem Auctore Cardinali Laurentio Blanchetto dicatus secundò imprimitur ibidem an. 1611. apud Gulielmum Facciottum, in 4. Nos Par. III. indicauimus ex quibusnam scriptis alterius Neophyti plurima decerpserit Fabianus. Vide ibi p. 818. col. 2.

Idem scripsit nonnulla Carmina Hebraicè cum interpretatione Latina in laudem Gregorij XIII. Collegij Neophytorum Fundatoris, & in laudem Eminentissimorum Cardinalium Sirleti, Iulij Antonij S. Seuerinæ, & Philippi Guasta Villani, qui fuerunt deputati ad illius Collegij regimen.

Item aliud Hebraicum ad eundem Papam Gregorium Fundatorem eiusdem Collegij, cum Latina interpretatione. Reperiunrur in Bibliotheca Vaticana inter Codd. mmss. Latinos sub num. 6212. pag. 114. & 115.

Item aliud ad eundem cum interpretatione Carminibus Latinis expressa, quæ incipit: *Sis latus Pastor; Cor latum; Lætaque sit frons, &c.* Ibid. pag. 116.

ס' קה"ל פאולוס גאפוסטולוס

רוצה לומר שליח ישוע המשיח המכונה מורה של גוים היה יהודי

præcipuè quæ sub nomine פירוש *Perusc* seu *Expositionis* scribuntur, & quò facilior est Auctoris ignoratio, eò maior crescit numerus Anonymorum. Isti tamen 304. numero conclusi sufficiant benigno Lectori, qui si ordinem Alphabeticum viderit perturbatum, id tribuat rerum conditioni; nam prçter corporis infirmitatem, quç de fine cursus mei me monet, & ad festinandum sollicitat, Catalogus librorum præsertim Anonymorum nouo accessu semper crescit, nec potest ordo seruari. Imò cùm plures collegissem ex Tribus Partibus, iterũ paralipomena diligenter quçsiui ad pleniorem Catalogum exhibendum eorum, quæ mereantur nomen *Pelonì Almonì*.

Literam porrò פ *Pè* ab isto titulo incçpi, tùm quia primo præcedere debet id, cuius Auctor ignoratur tamquam quid confusum, deindè Auctoris certi notitia subsequitur: tùm quia licèt פלוני *Pelonì* incipiat à פל, vnde sic annotauimus in superiori margine paginarum, tamen reuera consideratur à nobis quasi פ"א ex primis duabus literis פ & א duarum vocum פלוני אלמוני *Pelonì Almonì*, vt sic detur locus Auctoribus, qui Alphabetico ordine in hac litera פ *Pè* procedunt, quorum primus sit -

ס' קה"ם פאביאנוס פיוגי מה"ר סאן סאוין

גר צדק מעיר סאנקטו ואלמד בלשון הקדש בקוליגיו די ניאופיטי ברומי חבר ספר בלשון איטליקי נגד יהודי' בשו"ת הרב שואל ותלמיד משיב נדפס בתחלה ברומא שנת שלף ואחר שלות פ"ב ואחר כך שם בשנת שלף ושם שלות וי"ל ברבוע :

וגם כן חבר כמה שירים בשנת שלפ"ב גרגוריו י"ג : ונמצאו בב"ו הואטיקאנו סימן ו' אלפים ל"ב :

1629 FABIANVS FIOGHI

יהודי משבט בנימין ונולד בטרסוס של קיליקיאה ונקרא שאול ובהיות לכן מולדתו תחת ממשלת רומיים הוא היה שר ונכבד ורומאי ונשואר עם כל ביתו והעתיקו בית מושבו עירכי של רומא ונשלח עם הוריו לירושלם : יש אומרים שנולד במקום גושכלים בארץ יהודה אלא שהגלוהו בטרסוס ולא נכון שדבר זה :

והיה תלמידו של רבן גמליאל הזקן והיה חכם גדול בתורה ובספרי קודש ובקבלת אבות ישראל ואינו צדוקי אלא פרושי, וקנא קנא על תורת משה ועל קבלת אבותיו מכל חבריו בני גילו שונא דת נוצרים ותלמידי ישוע משיחנו ושם עומד בריקתם ושומר בגדי המסקלים סטיפאנוס : והביא צרה גדולה לנוצרים וירדפם גם חוץ לארץ ונשא אגרת מכהן הגדול לבתי כנסיות דמשק כדי ללכוד כל מאמין ומודה ישוע משיחנו : אבל בבואו אל דמשק נראה לו בדרך אור גדול מהשמים סביבו וישמע קול איש הקורא ויאמר אליו שאול שאול, וישאל שאול אדונו ויאמר מי אתה אדני : ושמע, אני ישוע שאתה רודפני, קשה לך לבעוט נגד דרבן : ויאמר שאול אדוני מה תצוה לי שאעשה, ויען ישוע קום ולך בתוך העיר דמשק ושם תשמע מה שצריך לך לעשות : ויקם שאול והיה עור עיניו רוב כאור והאנשים אשר עמו תמהו לפי ששמעו כל דברי קול ולא ראו איש אחד והוליכו והביאו אותו על ידיהם לדמשק והוליכו שם בבית יהודה ושאול לא אכל ולא שתה שלשת ימים והיה מתפלל בכל לבבו לפני ישוע : ונראה ישוע אדונינו לחנניה איש ירא ישוע ונודע ומשובח מכל היהודים שהיו שם ויגד לו ישוע בחלום שילך אל שאול הטרסי שוכן בבית ישר בבית יהודה : ויען חנניה : אדוני אני שמעתי כמה רעות עשה האיש הזה לקדושיך : ויאמר ישוע לך כי כלי מבחר יהיה לי איש הזה לשאת שמי לפני גוים ומלכים ובני ישראל : וילך חנניה ויבא אל שאול שהתפלל ויאמר לו, שאול אחי אדונינו ישוע שנראה לך בדרך ודבר עמך הוא שלחני לפקוח את עיניך כדי שתחזה והשם יתברך אלהי אבותינו רצה שתדע את רצונו ותראה את הצדיק ותשמע קולו מפיו ותהיה לו עד לפני כל בני אדם בכל אשר ראית ושמעת, ויסמך חנניה את ידיו על שאול ונפקחו עיניו וירא ויטבול אותו בטבילת ישוע משיחנו ויתחיל שאול לבשר בכנסת בישוע הנוצרי הוא המשיח בדקדוק ומתוק ויתמלא מרוח הקדש וכל היהודים אשר היו בדמשק תמהו לאמר הלא זה שאול שלקח אגרת מהכהן הגדול והיה רודף כל מי שמאמין בשם ישוע הנוצרי ואיך עתה מבשר את שם הזה : והביא שאול כל ראיותיו מפסוקי התורה והנביאים והכתובים והביא אל דת השמים אדונינו רוב מישראל ומגוים והיה הולך במדינות ומסבב לארצות ובמקומות שלשת בדברים ובבינים לשר מכבד ומוכיח בשם דוחיים כגיסא קיבלום

ושמו הרגיל שאולוס גם שאול מכאן ואילך נקרא פאולוס :

ומי יכול לספר כל מעלתו וגדולתו ומכותיו ומסירותיו ומסכנותיו למען אמונת הקדושה משיחנו הלא כתובים קצתם בספר מעשה שכתב לוקס הקדוש ובאגרותיו של פאולוס : ולאחר שאמר את היהודים אשר ורב שבתם והתעסק להודיע להם את אמת והם עשו פנים רעים ואלולות אמר להם : הואיל לכם שמים ובוז לכן שבתחלה נשלח לכם את דברו ואחר כך לגוים אבל לפי שאלתם שמועת שמים הנכם הופכים את פניכם ובמורתנו אל הגוים :

והסיר מהשלומות והמכבי עולם את עבודת אלילים והדריכם מכל סורם ומכל רעת כמה וישיבם אל טוב ואל כל קדושת שמים :

ואחר נכתב הרבה ספרים והם אגרות גדולות ולרחבות לאומות ולקהלות הקדושות : אג״ק של רומים א׳ : אג״ק של קורינתו ב׳, אג״ק של גלאטיאס א׳, אג״ק של אפיסוס א׳ : אג״ק של פיליפי א׳ : אג״ק של קולוסים א׳ : אג״ק של טלוניק ב׳ : ולתלמידיו לטימוטיאוס ב׳ : לטיטוס א׳ : לפילימון א׳, גם כתב אגרת לכל אומת ישראל והיא אגרת לעברים אף על פי שקדמונינו בחלקו בדבר הזה בכל מקום כל הקהל ידע שחבר אותה פאולוס ואולי אחר כתב בלשון אחרת : גם כן יש אומרים שכ״ב אחרים ספרים ואגרות גם כן ואין מקבל אותם הקהל :

בכל דבריו ואגרותיו שופך חכמת שמים ובינה עמוקה ונפלאות גדולות שכללו גם להורות דרך מדות וגדרים שמקרא ועבודת השם ואמונת משיחנו ובינת המדות לאמונתנו הקדושה :

ואחר שנוסר פעמים ושם שנה כשמם בכל גבול ארץ ישראל עד שפרד בדרג בדרג ברומא חוץ לעיר בלשר מסך במבור אמונת ישוע מעשים רבים במקום שנקרא שלשה עיינות כי ראשו בדלוג שלשה דילוגים הוציא שלשה עיינות מים מתוקים : והיתה כבדם מיתתו ביום כ״ט לחדש יוניו בשנת דומיינוס וביום ההוא גם נתלה בגן בשר שנקרא ואטיקנו הקדוש פייטרוס ראש השלוחי משיחנו שהיה ראש השלוחי של פאולוס : והיתה מיתתם היא כי נירון המלך וקיסר רומיים היה עובד אלילים ואכזר מאד עד להרוג הנוצרים לאו ומפני שמתקיו אוכסלביאה ובומיאה שרה ופיניקא מלכה ושוב רמע והולך אחר יגר מרע ובקש לו לבלוף : ובעבור שפאולוס כהכם בבית המלך ובימר דרך אמת והסיר הנטים מסך מהזנות על כן חרה אפו של נירון והמיתו בשנת ס״ו מעולד ישוע משיחנו :

1630 PAVLVS APOSTOLVS cognomento *Doctor Gentium*, antea Saulus in Iudaismo, Tarsi Ciliciæ natus de Tribu Beniamin nobili genere, & Ciuis Ro-

cunctis, quòd adeò ferox aduersarius Christianorum repentè Prædicator, & Apostolus effectus fuisset. Numquam interposita mora iugiter omnes plagas perlustrans, plurimos tùm Iudæos, tùm Gentiles ad fidem conuertit, inter quos Sergius Paulus Proconsul Cypri, vnde creditur sumpsisse nomen Pauli loco Sauli. Eius Acta, prædicationes, disputationes, miracula, persecutiones videre est partìm in Actis Apostolorum, partim in Epistolis eius; sed plurima silentio sunt obuoluta. Sicut enim inter persecutores Ecclesiæ olim cæteros superauerat, ita in eius propagatione, & in laboribus pro nomine Iesu, & Ecclesia sua cæteris Apostolis antecelluit: quamobrem iure dicitur Apostolus antonomasticè. Illuminauit tamquam Sol humanas mentes ad fidem Christi, ad cultum Dei, & ad sanctiorem vitam ac cælestem animas conuertens, itaut Ecclesia Deum laudet, quòd B. Pauli prędicatione vniuersum mundum docuerit.

Notissima sunt ista & Sole clariora, neque indigent textuum allegatione, cùm constent ex Noui Testamenti paginis. Sed mirum planè est, quòd Sixtus Senensis lib. 1. suæ Bibliothecæ in Paulo scribat Paulum natum in Giscalis Oppido Iudææ, educatum Tarsi in Cilicia, cùm oppositum doceat ipse Apostolus lingua Hebræa allocutus populũ Hierosolymitanum dicens, vt refertur Actor. Apost. c. 22. v. 3. *Ego sum vir Iudæus natus in Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista Ciuitate, secùs pedes Gamaliel eruditus iuxtà Veritatem paternæ Legis æmulator Legis, sicut & Vos omnes estis hodie*. Et vt plurimùm nomen à Patria non à loco educationis desumitur: quo-

Romanus. Adhùc adolescens dedit Hierosolymis operam sacris literis, & Hebraicis studijs sub Rabàn Gamaliele Seniore: suosque coætaneos non modò ingenij acumine, cæteris animi dotibus, Sacrarum Scripturarum, & Rabbinicarum Traditionum scientia & intelligentia, sed etiam zelo Iudaicæ Religionis superabat, supra modum æmulator existens paternarum suarum traditionum: inde immaniter infensus Christi discipulis eorum neci animum applicabat.

Stephanum lapidantium vestes adolescens Saulus custodiebat, vt sic omniũ manibus eum lapidaret. Ex tunc spirans minarum & cædis in discipulos Domini non modò Hierosolymis, & in Palæstina sed extra, vt Beniamin lupus rapax prędam capere affectabat impetratis literis à Summo Pontifice ad Synagogas Damasci, vt omnes planè in Christum credentes siuè viros, siuè mulieres vinctos perduceret in Hierusalem. Iam omnium aures fama impleuerat timentibus omnibus Christi fidelibus. Sed in via Dominus Iesus ex ignorantia, & mentis cæcitate sæuientem Saulum in Ecclesiam suam repressit: luce de Cælo oculos corporis claudens, & verbis, ac interna gratia oculos mentis aperiens prostrauit lupum, agnum reddidit, Ananiæ ministerio visum restituit, baptismi charactere insigniuit, & Vas electionis sibi constituit. Tam gloriosũ Ecclesię diem omnes Christiani quotannis celebrant nomine Conuersionis S. Pauli. Vix baptizatus Spiritu Sancto plenus prædicauit Euangelium, conuincens Iudęos peruicaces, & Scripturarum testimonio probans, quòd Iesus Nazarenus erat Messias à Prophetis prænunciatus, mirantibus

Neque tunc Pharisæi habebant ea, quæ postea diuisi in varias sectas habuerunt, & in Talmud מסכת סוטא fol. 22. b. irridentur. Sed erant, vt habet Elias Aschenazì in suo Tiscbì פרושים והם הפרושים מדרכי העולם הזה כמו שהיו הנזירים *Peruscim*, vel *Pharisæi sunt separati à vijs sæculi huius vt erant Nazaræi*. Harrauàd in sua Kabala, sub Alexandro Magno refert diuisum populum in duas sectas, cùm scilicet Cuthæi obtinuerunt ab ipso Templum in Garizìm אז יחלק עם ישראל לחצי *Tunc diuisus est populus Israël in duas partes*; חצי medietas sequebatur Simeon Iustum, & Antigonos isc Socò; הצדיק & medietas Samballàt &c. חצי וצדוק עם ביתוס חבירו היה לראש : זאת היתה תחילת הצדוקים *Et Sadùk cum Baitòs socio suo erat caput. Hoc fuit initium Sadducæorum*. Et prosequitur dogmata ab istis addita, quibus opposita pars erat Pharisæorum.

Si quisquam alius in hac Bibliotheca nostra Rabbinica locum habet, præ cæteris habere debet Apostolus Paulus vtpotè Magni Gamalielis discipulus, Iudæus, & Iudæorum Doctor, Christianæ Religionis propagator. *Hebræi sunt*, dicebat de Iudæis Doctoribus Christianorum 2. Cor. c. 11. v. 22. *& ego; Israëlitæ sunt, & ego; semen Abrahæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt, (vt minùs sapiens dico) plùs ego*. Si doctrina respiciatur; Hebraicè populo Conciones habuit innumeras, & Gentilibus tùm publicè, tùm priuatìm Græcè Græcis, & fortè Latinè Romanis prædicabat. Quomodo enim Ciuem Romanum Romanam linguam ignorasse, aut in Cilicia natum Græcam, aut Iudæorum Hierosolymis magnum Doctorem Hebraicam arbitremur? Præcipuè cùm Regem Agrippam

niodò igitur à Tarso Saulus Tarsensis dictus est, nisi ob natiuitatis locum? Vnde cap. 21. ver. 39. dixerat Tribuno militum: *Ego homo sum quidem Iudæus à Tarso Ciliciæ non ignotæ Ciuitatis municeps*, nempè Romanus, vt clarum est ex cap. 22. ver. 25. dicente Paulo: *Si hominem Romanum, & indemnatum licet Vobis flagellare?* attestante Tribuno: *Hic enim homo Ciuis Romanus est*, imò & interrogante Paulum: *Dic mihi si tu Romanus es? At ille dixit: Etiam. Et respondit Tribunus. Ego multa summa ciuilitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait: Ego autem & natus sum*. Quibus dictis *Tribunus timuit postquam resciuit, quia Ciuis Romanus esset*. cap. 23. ver. 34. *Cùm* Præses *interrogasset, de qua Prouincia esset* (Paulus), *& cognoscens quia de Cilicia: Audiam te, inquit*, &c. Educationem suam refert Agrippæ Regi cap. 26. v. 4. *Et quidem vitam meam à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Hierosolymis, nouerunt omnes Iudæi præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundùm certissimam sectam nostræ Religiinis vixi Pharisæus*. Educatio igitur Pauli Hierosolymis fuerat, non Tarsi. Quod autem addit de Pharisæatu, duæ sectæ vigebant eo tempore, quæ Iudæos diuidebant; vna Sadducæorum negantium resurrectionem mortuorum, altera iustior Pharisæorum, de qua suam familiam fuisse testatur idem Paulus cap. 23. ver. 5. *Sciens autem Paulus, quia Vnà pars* (in Concilio Hierosolymitano Iudæorum) *esset Sadducæorum, & altera Pharisæorum, exclamauit in Concilio: Viri fratres, Ego Pharisæus sum filius Pharisæorum, de spe & resurrectione ego iudicor*.

niam eius certitudo post cæteras fuit habita. In omnibus istis Epistolis cælestis planè fulget eloquentia, & efficacia; & ex ijs quasi ex fontibus quisque Sapiens siuè Christianus, siuè Iudæus, siuè Gentilis potest haurire sapientiam, & arcana intelligentiæ, & mirabilis vitæ sanctimoniam.

Dicitur & alias scripsisse Epistolas; nempè ad Laodicenos, eo'quòd in fine Epistolæ ad Colossenses Apostolus scribat: *Salutate fratres qui sunt Laodiciæ, &c. & cùm lecta fuerit apud vos Epistola hac, facite, vt in Laodicensium Ecclesia legatur, & eam, quæ Laodicensium est, vos legatis*. Sed licèt alij aliter respondeant, placet mihi D. Chrysostomi sententia quòd non dicat Apostolus Epistolam ad Laodicenses, sed Laodicensium: non erat ergo sua, sed illorum. 2. Fertur scripsisse Epistolam tertiam ad Corinthios, quia in prima Epistola ad eosdem dicit cap. 5. v. 9. *Scripsi vobis in Epistola: Ne commisceamini fornicarijs*. Sed potest optimè intelligi in hac Epistola superiùs; subiungit enim ver. 11. *Nunc autem scripsi vobis non commisceri*. 3. Epistolam tertiam ad Thessalonicenses. Sed ab ipso Paulo exploditur in 2. ad Thessal. c. 2. v. 2. *Neque terreamini per Epistolam tamquam per nos missam*. 4. *Euangelium Pauli*, cùm 2. Tim. cap. 2. v. 8. ait: *Memor esto secundùm Euangelium meum*. Sed est euangelizatio & prædicatio eius, addit enim: *in quo laboro vsque ad vincula*. 5. *Actus Pauli*, qui olim inter libros dubios Sacræ Scripturæ, sicut & *Liber Pastoris* habebatur, teste Eusebio l. 3. Hist. Eccles. cap. 25. Sed postea vtrumque reiecit Ecclesia. 6. *Acta*, seù *Periodos Pauli & Theclæ*. Sed

Agrippam alloquens citato cap. 26. Actorum dicat de suo statu in Iudaismo: *Et ego quidem existimaueram, me aduersùs nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere: quod & feci Hierosolymis, & multos sanctorum ego in carceribus inclusi à Principibus Sacerdotum potestate accepta: & cùm occiderentur, detuli sententiam. Et per omnes Synagogas frequenter puniens eos compellebam blasphemare, & ampliùs insaniens in eos persequebar vsque in exteras Ciuitates*. Non solùm igitur doctrinæ laude præstabat, dum Iudęus erat inter Iudæos, sed etiam auctoritate puniendi, & ferendi sententiam in Synedrio.

Scripsit autem ad Ecclesias Christi fidelium plures Epistolas: hoc ordine eas enumerabo, sicut in Vulgata sunt propositæ. Ad Romanos vnam; ad Corinthios duas; ad Galatas vnam; ad Ephesios vnam; ad Philippenses vnam; ad Colossenses vnam; ad Thessalonicenses duas; pręterea ad discipulos suos, nempè ad Timotheum duas; ad Titum vnā; ad Philemonem vnam. Ad vniuersum Israël Epistolam scripsit, quę est *Ad Hebræos*, & quoniam stylus ipsius alius videtur, quàm in alijs Epistolis, fuit olim controuersia inter Patres, aliquibus eam admittentibus tamquam D. Pauli fœtum, alijs eam tribuentibus Barnabæ cum Tertulliano, alijs Lucæ Euangelistæ, alijs Clementi Romano, vt videre est apud D. Hieronymum, alijs affirmantibus eam dictasse S. Paulum, sed alium scripsisse alia lingua retento eodem sensu verborum. Sed Ecclesia Christi, cuius est controuersias dirimere, in Catalogo Epistolarum Pauli posuit & istam ad Hebræos in fine omnium, quo-

ס׳ תרל״ב **פאולוס ווידנירוס אשכנזי** פילוסוף ורופא של קיסר כתב ספר כנגד היהודים : ונדפס בוינא ברבוע :

1632 PAVLVS WEIDNERVS ex Iudęo Christianus Germanus, Philosophus & Medicus Imperatoris, Hebraicę linguę Professor Viennæ, scripsit an. 1559. loca præcipua fidei Christianæ collecta, & explicata contra Iudæos, atque anno 1560. iussu Imperatoris Viennæ publicè coram Iudæis concionatus fuit, & disputauit, ita vt nonnulli eorum ad fidem Christianam conuersi sint. Quem sermonem postea in lucem edidit. Itemque Sententias Hebraicas ad vitæ institutionem perutiles. Viennæ anno 1563. in 4.

ס׳ תרל״ג **פאולוס קארטאגינה**

ס״א **פאולוס די בורגוס** ; עיין שלמה לוי :

1633 PAVLVS CARTHAGENA ex Iudæo Christianus, dictus à S. Maria, Episcopus Burgensis in Regno Castellæ, plura scripsit, quæ infrà videbis in שלמה הלוי *Scelomò Halleuì*. Obijt anno Domini 1435. die 29. Augusti.

ס׳ תרל״ד **פאולוס ריקיום ישראלי** בא אל אמונת משיחנו ישוע וחבר כמה ספרים בלשון לטין כנגד יהודים : ונעתקו בוולטיקלנו כמה מקומות כמו שנעתקו בלשון לטין :

1634 PAVLVS RICCIVS Israëlita ad Christianam fidem conuersus, & Maximiliani Cæsaris Physicus, composuit librum sub titulo *Statera Prudentum*. Impressus fuit Germaniæ anno 1532. Diuiditur in Capitula, siuè Theo-

Sed inter fabulas & Apocrypha recensuit D. Hieronymus; & definiuit Gelasius Papa. 7. *Ascensum*, seù *Raptum Pauli*. Sed confictus liber à Gnosticis fuit, teste Epiphanio. 8. Tandem sex Epistolas ad Senecam breues responsiuas octo Epistolis Senecæ, quas Ioannes Faber Episcopus Viennensis cum cæteris veris Apostoli Epistolis edidit cum breuibus suis Commentariolis: idem etiam præstat cum Epistola ad Laodicenses. Tam istam, quàm etiam eas Epistolas videre est apud Sixtum Senensem Bibl. lib. 2. in Paulo. Sed cum eodem etiam eas repudiare quisque potest.

Epistolæ quatuordecim enumeratæ à nobis versæ sunt in plures linguas, & ab innumeris Commentatoribus tùm Græcis, tùm Latinis illustratæ, & in dies illustrantur.

Cæterùm Apostolus Romę passus est Martyrium sub Nerone anno Domini 67. die 29. Iunij ad tres fontes extra Vrbem, quos effecit sacrum caput tribus saltibus, dulcem aquá, & saporem lactis reddentes.

ס׳ תרל״א **פאולוס די אירידה ספרדי** מן היהודי בעבס משיחנו וחבר ספר על אמונתנו סודות רזיות כנגד יהודים :

1631 PAVLVS DE HEREDIA HISPANVS, ex Iudæo ad Christianam fidem conuersus, scripsit ferè de omnibus fidei nostræ mysterijs librum, quem ex arcanis Iudæorum Rabbinicis, & Cabalisticis multa scitu dignissima in Latinum sermonem pro Christianis transtulit. Impressus est in Italia anno 1480.

Catholicę fidei veritas planiùs; altiùsq; elucescat.

De nouem doctrinarum ordinationibus, & totius Peripatetici dogmatis nexu Compendium, quo exponuntur verba Galeni ab initio Artis paruę, quid doctrina, quid ordo, quę ordinis necessitas atque pręstantia, quotuplex in doctrina ordo, Oratio resolutiua de triplici doctrinę ordine. Conclusiones, quibus Aristotelem triplicem doctrinę ordinem exercuisse, & totius eius dogmatis nexum dijudicare poteris. Eadem (excepta *Statera Prudentum, & Disputatione contra Iudæos*) ac insuper alia, quę infrà subijcientur, impressa sunt Augustę Vindelicorum anno 1541. in fol. Antea impressa fuerunt hęc omnia Papiæ per Magistrum Iacobum de Burgofranco anno Domini 1510. in 4.

Item de Cęlesti agricultura ad Carolum V. Cęsarem, & Ferdinandum eius fratrem libri 4.

De arcana Dei Prouidentia, Commentariolus in Psalmum *Beatus Vir &c.*

De Anima Cęli iuxta Sanctorum, & Philosophorum traditionem Compendium.

De ratione, & partibus Proœmij secundùm Rhetores cap. 4.

De modo indagandi, statuendique cuiuslibet scientię subiectum.

In virulentam, immanissimamque Turcarum rabiem, ad Principes, Magistratus, Populosque Germanię Oratio.

Ex Talmudęorum Codice excerpta ad petitionem Maximiliani Cæsaris farrago.

Item scripsit de Imaginibus sacris, & earum cultu. Habetur msc. in Bibliotheca Vaticana inter manuscriptos numerata 28. de Mosis Lege, Christo, & Euangelio. Hęc *Statera Prudentum* tamquam erronea condemnatur; contra quam scripsit Ioannes Faber Episcopus Viennensis Themata quatuor. Reperitur msc. in Bibliotheca Vaticana sub num. 3918. pag. 75. ex Papyr. in fol. inter Codices mmssc. Latinos.

Eiusdem varia Opuscula impressa Augustæ Vindelicorum apud Ioannem Miller an. 1515. in 8. Sunt sequentia-

De sexcentis & tredecim Mosaicæ sanctionis, seù Pentateuchi edictis liber, cuius prior pars negatiua, posterior verò affirmatiua præcepta continet: singulis interpretatio breuis subiungitur, Philosophica, Prophetica, ac Talmudica pro Christiana veritate tuenda, cum iuniori Hebræorum Synagoga, mirabili ingenij acumine Disputatio in tres diuisa Tractatus, quorum Capita recensentur ab initio in Præfatione Auctoris. Summa huius indaginis intentio est, sacram Christi Religionem à Iudęorum calumnijs protegere, eandemque Cabalistico intellectu comprobare, vt non omnimodè noua construendo, sed vt quędam iam constructa, insipida tamen sal ipsum, vt in Leuit. dicitur cap. 5. apponendo, sapida reddantur. Vnde & *Sal fœderis* pręsens nostrum (inquit ille) appellare libuit.

Primus Tractatus causam Iudęorum perfidiæ ostendit.

2. Quòd omissis Mosaicę obseruantiæ fundamentis, verus Christicola salutem assequitur.

3. Quòd nemo nisi per Christi fidem fieri potest beatus.

4. Tractatus quędam Cabalistarum recondita aperiet fundamenta, quibus

contra Iudæos, ſub nomine Petri & Moſis. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana. Vide ſuprà *Moſes*. pag. 68. n. 1193.

פ' תרל"ח **פייטרו אפוסטולוס**

כיפא שהוא שליח ישוע משיחנו היה יהודי ונולד בבית צידה בגליל ושמו שמעון בן יוחנן או בקיצור בר יונה וכשהיה תלמיד ישוע נקרא כיפא בלשון ירושלמית ויונית פיטרוס ומורה צור או סלע כי הוא נקבע ראש השלוחים וכהן גדול ועליו נוסד כל קהל הנוצרים : לא היה חכם ותלמיד חכמים כי אם דוג מכל מקום נתמלא רוח הקדש וילכד הדוג הזה ברשתותיו ריבבות דגים המדברים אל דת נוצרינו וכתב בחכמה עמוקה שתי אגרות ואחר שהיה ברומה שנתים כ"ה שנה נתלה בעץ במצות נירון הקיסר וביום אחד גם כן נהרג בחרב פאולוס ריעו : וכמו שהיה פאולוס בראשונה לגוים היה פיטרוס ליהודים :

1638 PETRVS APOSTOLVS Domini Noſtri IESV CHRISTI Iudæus ex Bethſaida Galileæ, & antea Simon filius Ioannis, vel per compendium Ionæ filius, Andreæ frater, è cymba Piſcatoris à Chriſto ad Apoſtolatum, totiuſque Eccleſiæ Principatum vocatus anno Æræ Chriſtianæ 30. accepto Spiritu Sancto die 24. Maij anni 33. Chriſtum audacter prædicare cœpit Iudæis, quorum ſpecialem curam ſuſcepit, ſicut Gentium Paulus, Romam venit anno 43. die 18. Ianuarij, Claudij tertio. Scripſit duas Epiſtolas. Tum elapſis 24. annis ſub Nerone Martyrium in Cruce ſubijt die 29. Iunij anni 67.

פ' תרל"ט **פילון** היהודי מתושבי אלכסנדריאה של מצרים מהכהנים היה כמו שנת ג' אלפים תתש"ע והוא חכם גדול ונפרס בלשון יון וחבר ספרים רבים ופירש התורה וי"א שחבר ס' הנקרא לספיאינציאה רוצה לומר חכמה אבל באמת חברו שלמה המלך ויוסיפון מגיד מהפלגת חכמתו : ואומרים שלהעת קיסר קליו גזר על היהודים להעמיד צלמו במקדש שלחוהו לרומה להתפלל על זאת הגזרה ונראותו גרם גדולה גזר בזמות ותפילות על

numero 6162. pagina 155.

Item librum *Ietzirà* & *Sciaarè*, & quædam alia ex Talmude in Latinum vertit. Buxtorfius fil. in Præfat. ad Cuzarì.

Inſuper ſcripſit Orationem Apologeticam ſpiritali eruditione plenam ad Adrianum VI. Pont. Max. in allegorizantium, ſeù Cabalicorum dogma. Excuſus Norimbergæ an. 1523. in 4.

Item de modo orandi in nomine Τετραγράμματον reſponſionem ad Leonem X. ſcripſit. Excuſ. Auguſtæ Vindelicorum anno Domini 1519. in 4.

פ' תרל"ה **פאראגום יהודי** מלשון ערבי העתיק אל לשון לאטין תאקויינום על הרפואה של גופני :

1635 FARRAGVS IVDÆVS, ex Arabica lingua in Latinam tranſtulit Tacuinos ægritudinum, & morborum humani corporis, Buchatylyhæ Byngezle Arabis. Liber impreſſus Argentorati apud Ioannem Schotum in fol. Vixit tempore Caroli Magni.

פ' תרל"ו **פידיליס** הרופא ישראליתה כתב ספר על דעת אלהים בלשון ערבי .

1636 FIDELIS Medicus Iſraëlita ſcripſit Opus de cognitione Dei. Extat apud Guilielmum Poſtellum Arabicè.

פ' תרל"ז **פייטרו אלפונצו** מן יהודי היה משיחיי כתב ספר דיאלוגו כנגד יהודים בין משה ובין פייטרו : עיין למעלה בשם משה דף ס"ח : ע"ב :

1637 PETRVS ALPHONSVS vel ALPHONSI ex Iudæo Chriſtianus, antea Moyſes &c. ſcripſit Dialogum

nunc in manibus eſt, Philonis Opus, nec alterius antiquioris, ſed Salomonis Regis, conſtabit infrà in Salomone.

Volumen eius ingens plures continens libros ad ſe perueniſſe conuerſum à Lilio Tiphernate, Bibliothecæque Vaticanę dicatum, teſtatur Volaterranus. Lilius Ægidius Tiphernas edidit interpretationem Philonis Iudęi in Volumina quatuor ad Sixtum IV. Pont. Max. quæ mſc. ſeruantur Romę in Bibliotheca Vaticana, quorum argumenta pete ex Geſnero. Extant autem Græcè adhuc libri 38. cùm alibi, tùm in Bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum: & alibi lego ſermones Philonis vnum ac quinquaginta extitiſſe apud Illuſtrem Virum D. Didacum Hurtadum Venetijs Oratorem; Philonis quoquè Sermones 48. in duobus Voluminibus. Inuenio præterea librum eius Græcum haberi: *De Virtutibus. Fortitudine, Pietate, Pœnitentia &c.* Philonis Allegoriæ ſacrarum Legum extant Florentiæ in inſigni Bibliotheca Laurentiana Medicea. Catalogum exhibeo humaniter mihi tranſmiſſum à Cl. Viro Antonio Magliabechio, Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ doctiſſimo Bibliothecario.

In Pluteo X. Cod. 20. Bibliothecæ Laurentianæ reperiuntur Philonis Iudæi Opera ſequentia mmſſce.

1. *Allegoriarum liber primus*. 2. *In illud: Faciamus adiutorium ſecundùm eum*. 3. *De Sacrificijs Abel, & Cain*. 4 *De Cherubim*. 5. *De Agricultura*. 6. *De eo quòd Deus ſit immutabilis*. 7. *De Gigantibus*. 8. *De Abrahamo*. 9. *De Migratione eiuſdem*. 10. *De congreſſu quærendæ eruditionis gratia*. 11. *De ſomnijs*. 12. *De Mundi opificio*. 13. *De* Le-

כל ח: והנה פילון יונית וידידיה בלשון עברי:

1639 PHILO IVDÆVS ex habitatoribus Alexandriæ Ægypti de genere Sacerdotum, floruit tempore Caij Imperatoris circa annum mundi 3800. Scripſit multos libros mirabiles Græca facundia repletos. Primus omnium fuit, qui ſuper Vetus Teſtamentum Græcè ſcripſerit: ſed & de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam Eccleſia eũ ſcripſiſſe docent Hieronymus, & Suidas. Enumerantur autem omnes libri à Philone ſcripti à Suida, quos & Hieronymus in lib. de Viris illuſtribus recitat, & ante ipſum Euſebius Cæſarienſis lib. 2. hiſtor. cap. 18.: & inſuper *De vita Moſis*; *In Cherubin*, id eſt in flammeam rhomphæam; *In Pentateuchum Moſis, & in ipſum Moſen* libros quinque; & alia. Quid Hebræi de Philone ſentiant, accipe ex *Scialſcel. hakabbalà* p. 104. b.

אמרתי להודיעך כי כמו ק׳ שנה קודם חרבן הבית היה יהודי אחד חכם גדול ביהודית ופלוסוף נפלא והיה נקרא פילון היהודי מתושבי אלכסנדריאה של מצרים: וחבר ספרים רבים על כל חכמות בלשון יון ובפרט פי׳ התורה וספר נקרא לספיאינצה ויא״ שחברו שלמה המלך וזהוא שהשימהו האומות בכלל הביביאה: *Dico ad notificandum tibi, quòd centeſimo fermè anno ante deſtructionem Templi fuit Iudæus quidam Sapiens magnus in Iudaicis, & Philoſophicis admirabilis, appellabatur verò Philo Iudæus ex habitatoribus Alexandriæ Aegypti, & compoſuit libros multos ſuper quauis ſcientia in lingua Græca, peculiariter verò expoſitionem Legis, & librum qui dicitur Sapientia. Et ſunt qui dicant, quòd illius Auctor fuerit Salomon Rex; & iſte eſt quem populi* (Chriſtiani) *poſuerunt in Canone Bibliorum*. Sed non eſſe eius, qui

renſe Interprete, num. 6319. pag. 170. mſc. in Bibliotheca Vaticana inter Codices Latinos.

Philonis Iudæi Alexandrini libri aliquot impreſſi Baſileæ apud Adam Petri anno 1527. & recuſi apud filium eius Henricum Petri anno 1538. Sunt autem iſti 31. *Antiquitatum Biblicarum* incerto Interprete liber 1. Trithemius hunc librum inſcribit: *De Generationis ſucceſſu*. 34. *Quæſtionum & ſolutionum in Geneſin lib.* 1. 32. *De ſtatu Eſſæorum*, id eſt Monachorum, qui temporibus Agrippæ Regis Monaſteria ſibi fecerant lib. vnus. 35. *De Nominibus Hebraicis* per ſingulos libros Veteris Teſtamenti. 12. vel 22. *De Mundo* liber Guilielmo Budæo Interprete, qui & Græcè impreſſus eſt Baſileę apud Walderum anno 1533. cum Ariſtotele de Mundo &c.

Ferè autem omnia Gręca Philonis Opera aſſeruantur Romæ in Bibliot. Vaticana. Eius Commentarij in Geneſeos & Exodi libros incerto Interprete cum Pręfatione Beati Hieronymi extant Viennæ apud Wolffangum Lazium. Philonis Opera, quę extant omnia, *De Mundi opificio*, *Hiſtorica*, *Legalia*, *Monobibla* Græcè excuſa ſunt Pariſijs ab Adriano Turnebo an. Dom. 1552. in fol.: item Gr. 1599. Baſileę. Et Latinè Sigiſmundo Gelenio Interprete, in Officina Frobeniana anno 1553. Eiuſdem libri *de Vita Moſis* Græcè Latinè excuſi ſunt Pariſ. Adriano Turnebo Interprete.

Trithemius eum claruiſſe ſcribit anno Domini 50. quod verum eſſe non poteſt, quia tunc non ſub Caio floruiſſet, ſed ſub Claudio, qui anno Domini 42. ſucceſſit Caio, & 55. obijt, & tamen *Legum idea*. 14. *De ſpecialibus legibus, quæ referuntur ad duo Decalogi capita*, continēt de Circumciſione, & de Monarchia Tractatum vnicum. 15. *De ſpecialibus legibus, quæ referuntur ad cætera præcepta Decalogi*, videlicet à tertio vſque ad decimum. 16. *De Vita Moſis libri quinque*. 17. *De Fortitudine*. 18. *De Ioſepho*. 19. *De vita contemplatiua*. 20. *In Flaccum*. 21. *De Legatione ad Caium*. 22. *De Mundi generatione*. 23. *De plantatione Noë*.

In Pluteo X. Cod. 23. mſc. Gr.

Philonis Iudæi 16. *De vita Moyſis libri tres*. 24. *De Virtutibus*. 25. *De Hærede rerum Diuinarum*.

In Pluteo 69. Cod 11. mſc. Gr.

Philonis 16. *De Vita Moyſis libri tres*, & alia duplicantia ex ſuprà recenſitis. 26. *De mercede Meretricis*. 7. *De Gigantibus*. 6. *De eo quòd Numen ſit immutabile*. 14. 15. *De Decalogo*. 1. 27. *Allegoriarum primus liber & ſecundus*,

Reperiuntur etiam tria Opuſcula eiuſdem, in quorum primo agitur; 28. Quare quorundam in ſacris literis mutata ſint nomina; 29. In ſecundo de formatione Euæ, & lapſu &c.; 30. In tertio eſt Allegorica expoſitio ſomniorum Ioſephi & Pharaonis, Græcè edita ſtudio, & opera Dauidis Hœſchelij, eiuſdemq; Annotationibus illuſtrata. Francofurti apud Ioan. Wechelium 1587. in 8.

Item Græcè & Latinè extant alij Philonis libri, videlicet, 31. *Antiquitatum Biblicarum*. 32. *De ſtatu Eſſæorum* habetur in Mitropreſbyteron edito Baſileæ in fol. pag. 358.

Item 33. De ijs, qui apud Iudæos olim ſacrificabant, liber Franciſco Tur-

והעתיק בלשון לטין ספרים והוא היה יהודי ואחר כך כתבם
עפיקוני : וחבר והעתיק ספרים אחרים וגם כן חבר בלשון עברי
מעריך המערכות שכולל כל תיבות המקרא והתלמוד ורבנים ולועזים :

1640 PHILIPPVS AQVINAS ex Hebræo Christianus, vertit in Latinum 13. modos R. Ismaëlis celebres apud Iudęos, quibus demonstratur, quomodo possit Pentateuchus interpretari, cum Titulo: *Veterum Rabbinorum in exponendo Pentateucho modi tredecim*. Accessere & octo eruditiorum Rabbinorum Commentaria in Psalmum 119.

Item vertit in Latinum פרקי אבות *Pirkè Auòth, Capitula Patrum*, & Hebręo-Latinè edita. Vide Par. I. p 8. col. 2.

Item scripsit Theologię Mysticę Quęstiones X. & excerptas ex Zòhar, alijsq; libris sententias, quibus Orthodoxę Fidei articuli quidam contra contumacem Iudęorum impietatem defenduntur. Excus. Lutetiæ Parisiorum ex Officina Niuelliana, sumptibus Sebastiani Cramoysi via Iacobæa sub Ciconijs anno 1620. in 4.

Item scripsit Dictionarium Hebraicum, Talmudico-Rabbinicum, omnium absolutissimum, quod vocauit מעריך המערכות *Maarich hammaarachòth, Ordinans dispositiones*. Complectitur autem voces omnes Hebręas, Chaldæas, Talmudicas, Cabalisticas, & Rabbinicas: præterea variarum Legis Cęremoniarum, sententiarum, ac locorum difficiliorum in Rabbinorum libris passim occurrentium explicationem, nec non abbreuiationes omnes Hebręorum. Excus. Paris. in magno fol. charactere elegantissimo, Typographiæ Antonij Vitray, anno Domini 1629.

Item vertit ex Hebraica in Gallicam lin-

men sub Caio eum secundùm melioris notæ Chronographos floruisse prædicant Latini, Gręci, imò & Hebræi Auctores cum *Scialscèleth hakabbalà* pag. 104. col. 2. Nam ad Caium Romam missus legatione suæ gentis functus est; tradunt enim Iudæi, Caium voluisse fieri Deum, ideòque iussisse simulacrum suum in signum affectatæ diuinitatis statui in Templis omnibus. Quod tam impium scelus detestantes Iudæi negarunt in Templo Dei collocari. Sed quoniam Imperatori displicere huiusmodi repugnantiam optimè nouerant, Legatum ad Caium destinarunt Philonem, qui suam legationem irritam videns indicto publico ieiunio, & precibus Deo persolutis, fusisque lacrymis hanc auertere tribulationem studuit. Occiso Caio ex preces visæ sunt Iudęis à Deo exauditę.

Cęterùm Philonis Iudęi *De Nobilitate* ex Græco in Latinum liber conuersus est ab Hermanno Neheusio Tremoniano, & Basileę excusus à Leonardo Ostenio anno 1580. Philon autem Græcum nomen est, & ab Hebręis redditur ידידיה *Iedidiàh*: sed Φίλων meliùs verteretur ידיד *Iedìd*, vel דוד *Dauid*, hoc est *Dilectus*; *Iedidiàh* enim *Dilectum Dei* significat quod Græcis Φιλόθεος *Philotheus*.

Pręter hunc Philonem Alexandrinum Iudęum & Platonicum excogitarunt quidam recentiores alierum Philonem 140. annis antiquiorem item Iudæum, cuius mentio fiat apud Iosephum. Sed apertum mendacium ipse Iosephus detegit, eum adducens tamquam Historicũ Gentilem lib. 1. co. Apionem, vocatque *Seniorem* ad discrimen aliorum iuniorum.

* מ״ה פיליפוס די אקוין ...

tek Germano Bohemo Pragenſi habui, qui Auctorem ſępè allocutus eſt, & ab eo audiuit multa cùm Viennæ in Auſtria eſſet typotheta, refertque duos libellos in 8. à Ferdinando Franciſco editos Germanicè Viennæ, alterum de Cęremonijs Veteris Teſtamenti comparatis cum Nouo Teſtamento, eique concinentis; alterum de vita Ieſu Crucifixi, iuxta Hebręos, occultatum quidem à Iudęis, vtpotè plenum blaſphemijs in Chriſtum, in Beatam Virginem, in S. Ioſephum, ab ipſo verò detectum.

Horum primus fortè eſt ſub Titulo מורה הדרך *Morè haddèrech, Oſtendens viam*. Secundus eſt ſub Titulo תולדות ישו *Toledòth Ieſù, Generationes Ieſu*; Vterque impreſſus Viennę anno 1640. apud Matthęum Rictium. Sed huius Pſeudochriſtiani memorabilē hiſtoriam refert Io. Wagenſeilius in ſuo libro inſcripto *Tela ignea Satanæ*, in confutatione Carminis R. Lipmani pagina 188. quam, vt ipſe aſſerit, Viennæ partìm à Chriſtianis, partìm à Iudęis olim didicit. Licèt autem indignus eſſet, vt plura de ipſo diceremus, nihilominùs vt diſcant tùm Catholici, quam fidem tribuere poſſint aliquibus conuerſis ex Iudaiſmo, & vt Hebręi cœcitatem ſuam agnoſcant, & non eſſe pœnam conuerſionis mortem illatam, ſed fictæ & non ſinceræ; & quòd Chriſtiana Religio non patitur ſcelera: lubet hic Wagenſeilij relationem & verba producere, apparebit enim & quid ſcripſit, & totius rei ordo.

Quidam Iudæus Bohemus, cui Rabbi Chaiìm, quod vulgò Ioachim valere volunt, nomen, quique ne leuiter quidem ſuæ gentis eruditione imbutus erat, ex Pragenſi Synagoga neſcio quid vaſorum argenteo-

linguam librum בחינת עולם *Bechinàth Olàm, Examen Mundi*. Pariſ. in 8. anno Domini 1629. apud Io. Lacquehay. De eo mentionem facit Allardus Vchtmannus in Annot. ad eundem, pagina 282. & 920.

א' קרמ״א **פיליפוס המשיחיי** אמרו
שכתב אגרת אל תיאודורוס העברי בימי יוסטיניאנו קיסר :

1641 PHILIPPVS CHRISTIANVS ſcripſiſſe fertur Sermonē ad Theodorum Hebręum, tempore Iuſtiniani Imperatoris, in quo illum hortatur vt Chriſtianam Religionem ſuſcipiat, cum reſponſione Hebręi, in qua fatetur notum eſſe Iudæis Chriſtum Filium Dei eſſe; quæ ſcriptura videtur enumeranda inter Apocryphas. Extat in Bibliotheca Vaticana inter manuſcriptos Latinos numero 3180.

א' קרמ״ב **פירדינאנדו פראנציסקו**
אינגילסבירגיר בוהים היה יהודי
רבי חיים מוהל ואחר כך משומד ונעשה
מומר כתב בלשון אשכנז ספר תולדות ישוע או ישו כמו שכת׳
א' קר״ם בערכם בויאינה דאוסטריא. על יד ריקציו ועלדיין בגרע
לשונו ואחר כך נהרג ; ומכר גם כן ספר נגד היהודים ואחר כך
בעצמו מומר :

1642 FERDINANDVS FRANCISCVS ENGELSBERGER BOHEMVS in Iudaiſmo vocatus *R. Chaiìm*, relicta Iudaica ſuperſtitione ſcripſit librum contra Iudæos ſtabiliens Chriſtianam Fidem, & Religionem, qua poſtea publicè eiurata, ad Iudaiſmum rediit, & מומר *Mumàr Apoſtata* effectus. Ego aliqualem notitiam à ſolertiſſimo Typographo Zacharia Dominico Acſami-

Dienst williglich wieder / vnd mirs nicht achten vor vngut / zu gedencken ich ließ das Buch drucken auß stolzen muth / damit zu rühmen vnd hoch zu steigen / welches ich will mit Gott bezeugen / daß meine gedancken sein auff das beste gestelt / auch von wegen der bösen Welt / die mich in Leute Mäuler herumben tragen / alß wann nicht des Glaubens halber ich mich hette tauffen lassen thuen sie sagen / sondern allein nur von bösen stucken / dessentwegen lasse ich das Buch drucken / zu sehen dran / daß ichs mit guten Gewissen habe gethan / wie auch eines theiles habe schon bereit / ein Außlegung auff die Evangelien in kurtzer zeit / in Druck lassen außgehen / damit der gemeine Mann kan auch verstehen / was er im Buch thut lesen / vnd was die Wunder Gottes sein gewesen / auß diesen Büchern zu nehmen gute Lehr / auch meinen lieben Vatter vnd Gefatter zu Ehr / jeden nach seinem Stammen / Graffen / Herrn / vnd Bürger / das demütiglichs bitten Ferdinandi Francisci Engelsberger / welcher da hat geheissen Rabi Chagim zuvor / ein Rabiner vnd Lehrer auch Beschneider vnter den Juden war.

Quæ hic Neophytus Germanicè scripsit, omisit Latinè reddere Wagenseilius: sed ne curiosus Lector idipsũ ignoret, & quoniam libri cuiusdam edendi pro Christiana Religione meminit, habita ab eodem D. Zacharia Dominico versione, sic eam Latinis literis expressi. *Itaque pro modulo meo rogo honestos & optimos Viros, iuxta proprium cuiusque statum & dignitatem, quibus seruire debeo, ne mihi vitio vertat, quòd hunc librum quasi ex mera superbia typis tradam, ad hoc nempè vt ista re glorier, & proficiam: sed accipio Deum in testem, quòd cogitationes meæ ad bonum directæ sunt, & quòd id agam etiam propter malignũ hunc mundum, dicentem, quòd non fuit in causa baptismatis mei fides, sed iniquitas mea, & malorum colluuies. Idcircò hunc librum typis edo, vt quisque ibi tamquam in speculo videat, me id egisse ex conscientia sincera & recta. Et iam præparaui magnam partem expositionis supra Euangelia, quæ breui prodibunt typis, vt quisque priuatus possit percipere ea, quæ in eodem libro leget, & quæ*

& quæ

teorum furto abstulerat. Id cùm innotuisset, atque homo iste iam inter suos honestè securèque ampliùs agere non posset, anno huius seculi sexto supra trigesimũ ad Christianos defecit, & vnà cum liberis tribus, postridie festi Natalitij Domini nostri, Raconitij, quod Bohemiæ Oppidum est, baptismo fuit lustratus, in quo Ferdinandi Francisci nomen accepit. Cùm verò Iudæi non dissimularent, quod scelus ipse perpetrasset, & tantùm ob malam conscientiam transfugam factum assererent, tùm ad horum accusationes amoliendas, tùm vt apud Christianos gratiam iniret, libellum perexiguum eum quidem composuit, מורה הדרך, *siuè* Der Catholische Wegweiser / (*id Latinè*, Hermes Catholicus *transferas licet*) *inscriptum. In illo dogmata communia Christianorum, quadam etiam Romanæ Ecclesiæ propria, ex Veteris Testamenti Scripturis confirmare suscepit, meruitque P. Aegidij Schiesel Pragæ in Conuentu S. Mariæ ad Niues Guardiani & SS. Theologiæ Lectoris publicam approbationem. Habeo libellum ad manus, cui ipse nequam Auctor, quia typis Hebraicis carebat, quod illa lingua significandum erat, calamo inscripsit, in quem finem passìm spatia vacua à Typographo fuere relicta. Sunt ibi, fateor, quædam inserta Sacrarum Literarum testimonia: ea autem vbi quis segregauerit, cæterà insulsum est scriptum, suisque friuolis & ieiunis rationibus magis comparatum, vt Iudæorum obstinationem adaugeat, quàm vt ijs inijciat scrupulos. Attamen inficetis barbarisque numeris circa finem sic is homo paratragœdiat:*

Also nach meinen sitten / thue ich fleißig bitten / alhier zu dieser zeit / alle gute ehrliche Leut / ein jeden nach seinem Stammen hoch vnd nieder / meinen

cipit ſacram Hoſtiam. Interim in ſinu ſuo indubiè ſperabat, nunquam eventurum, vt ſibi pereundum ſit; ob illam, quam ſemper pleniſſimam expertus fuerat, Cæſaris indulgentiam.

Aderat morti dicta hora, cùmque videret Ferdinandus Franciſcus, omnia ſeriò agi, neque ad ſolum terrorem, ceù ipſe hactenùs crediderat, iniiciendum ſcenam parari; in Prætorio, quod in foro piſcario eſt, conſtitutus, & magnam Chriſti crucifixi imaginem ligneam manibus tenens, poſt recitatam publicè condemnationis feralem formulam, percontatur, an ſic ergo omnis ſalutis ac veniæ præcluſa via ſit? Reſpondet, qui ei commonendo aderat, Societatis Ieſu Presbyter; non cogitaret ampliùs de terreſtri vita, nam de hac iam tranſactum eſſe, potiùs ad mortem, & futuram vitam ſe diſponeret. Quibus auditis, furcifer ille collectis viribus, Chriſti imaginem tanto impetu in ſolum proiicit, vt in fruſta diſſiliret. Ac, quando omninò moriendum eſt, *inquit*, nunc ſic ex animi mei ſententia dico, edico, haud alium quàm Iudæum me moriturum, atque Chriſto Chriſtianæque fidei, ceù clanculùm à me ſemper factum eſt, nunc palàm ſeriò renuncio, eiuſque rei, vos, quotquot adeſtis, teſtes voco. *Obſtupuere omnes, imprimis verò Ieſuitæ, qui homini in mentem reuocat, vt paulò ante τὰ ἅγια ore ſuo ſumpſerit. Tum furcifer:* Sanè quidem in os, verùm haud vltra admiſi turpes ſuperſtitiones veſtras, & diriſſimum panem. Nam illicò in ſudarium expuens, poſt in laſanum conieci abominamentum; atque vera me proloqui comperietis, modò faciatis explorationem. *Abit Ieſuita, deprehendique rem ita ſe habere, prout dixe-*

& quæ mirabilia ibi Deus patrarit, & bonam doctrinam haurire ad honorem Patris mei, meique Patrini. Cuique iuxta gradum & dignitatem, ſiuè Comitum, ſiuè Dominorum, ſiuè Ciuium, ſunt humillimæ preces mei Ferdinandi Franciſci Engelsberger, antea appellati R. Chaïm inter Iudæos Rabbini, & Mohèl ſeù Circumciſoris. Sed pergit Wagenſeilius.

Confecto libro Viennam abit Auctor, & Diuo Ferdinando III. Cæſari quaſi qui quondàm Magiſter Iſraëlis, & Rabbinorum longè eximius fuiſſet, commendatus, facilè magna eius frui cepit gratia; ſic enim erat ille ſanctimonia, & clementia ante omnes alios Principes. Optimates quoquè hominem in oculis ferre, illique benè facere: ipſe contrà voluntati indulgere, & curare ſe molliter. Sed tandem temporis proceſſu, cùm, ceù fieri ſolet, otio ſuo & nimia proteruitate, quam ſatìs ſuperque pertulerant, pleriſque moleſtus euaderet, & iam iſtud benefaciendi erga ipſum ſtudium ac contentio refrigeſcerent, fodere non valens, mendicare verò erubeſcens, ne genium defraudare cogeretur, animum ad furandum iterùm appulit. Ipſam igitur Domum Auguſtam, & ſacrum Cæſaris gazophylacium cum Iudæis duobus ſociis violare auſus, cimelia ſummi pretij ſurripit. Non diù cludere poterat hoc ſcelus accuratiſſimam diligentiam eorum, qui in latrones inquirebant, atq; Ferdinandus Franciſcus accuſatus, captus, conuictus, à Iudice ſententiam accepit, enorme facinus laqueo luendum eſſe. His nunciatis ſimulat continuò præparationem ad mortem, & ea facit omnia, quæ capitalis ſupplicij candidati ſolent peragere. Reſoluit ſe in lacrymas, precatur aſſiduè, auſcultat libens ſolantes, edit peccatorum confeſſionem, re-

loris edidisse dicitur fur, trifur, trifurcifer, sed preces semper Hebraicas mussitasse: eùmque dextra resecaretur, hac pœna meritò se affici asseruit, quia in contemptum Iudaicæ Religionis manu illa scripsisset. Quamdiù autem vita supererat, nunquam desijt trunco brachio pectus tundere, lingua trunca raucum & inconditum aliquid mugire, atque imprimis voces illius exceptæ sunt תהי מיתתי כפרתי Sit mors mea scelerum meorum expiatio. *Cineres exusti vnà cum ipso cespite in Danubium effudit supplicij executor carnifex, atque muro Prætorij Viennensis inserta ænea Tabula est, quæ etiam nunc ibi visitur, cum hac duplici inscriptione:*

Anno 1642. 26. Aug.

Joachim Engelsberger ein Jüdischer Rabiner in Böhmen / zu Rackonitz getaufft / vnnd alß ein Christ Ferdinand Frantz genannt / hernach neben zweenen Juden im Diepstall ertapt / vnd zum strang verdammet / ist nach verlesenen Vrtheil / vor dem sitzenden Gericht vnd allem Volck von Christo zu der Judenschafft wieder abgefallen / vnd hat das H. Crucifix grimmiglich zur Erden geworffen / die H. Dreyfaltigkeit / vnd das H. Sacrament des Altars grausamblich gelästert / so gar dasselbe auß seinem Mund abscheulich vertilgen wollen. Daher er von neuen ins Gefängnuß geführt / wol examinirt / vnd mit gerechtem Vrtheil verdammet / vnd krafft desselben auff vier Plätzen zwenmahl mit glüenden Zangen gezwickt / zwenmahl Riemen auß seinem Rucken gerissen / von dannen auff die Richtstatt die Gänß-Weide geschleifft / jhme die rechte Hand abgehauen / vnd die Zung auß dem Rachen gerissen / so dann mit den Füssen auffgehenckt / lebendig verbrennt / vnd die Aschen in die Thonau zerstrewet worden.

Andern seines gleichen zum Abschen / vnd
zu Vertilgung seiner Gedächtnuß /
GOTT aber zu Vermehrung
seiner Glory vnd Ehr.

Ioachim Engelsberger olim Hebræus & Rabbinus, postea Christianus Rakonitzij in Baptismo Ferdinandus Franciscus nominatus: ob enorme furtum captus, ad laqueum

con-

xerat sacrilegus.

Interea loci confluxerat ingens hominum multitudo in forum piscarium, spectatum nebulonis processum ad furcam, atque bis multi Iudæi vtriusq; sexus immixti erant, nimiùm gaudentes, malè periturum suorum sacrorum malum desertorem. Cùm omnes in expectatione starent, Prætorium egressus Iesuita, inque summis scalis consistens, ad plebem conuersus, clamare occipit: Enimuerò vos frustrà prꝑstolamini, vt Ferdinandus Franciscus supplicio afficiendus prodeat: magnum & incredibile quid accidit, quod pœnam differre iubet. *Narratis deinde breuiter, quæ euenerant, addit supremis verbis:* Mirum nullum esset, si maledicta Iudæorum gens penitùs è medio tolleretur. *Vix ista enunciauerat, & iam in Iudæos tela & saxa volabant; tundebantur per Vrbem, prosternebantur; nummi, & annuli quoquè, resectis etiam quorundam vnà digitis, ijs adimebantur; tabernæ omnes fiebant prædæ. Aegrè, tardèque tumultuantes sedare potuerunt militum hinc inde immissa turmæ: at quòd motibus occasionem dederat flagitium hominis, in carcerem reductum, post quatriduum nouam audiuit, ipsoque facto subijt sententiam.*

Imponebatur primùm currui mortalium perditissimus, atque in foris celebrioribus quatuor, alternis, iam candenti forcipe frustum è pectore illi euulsum, iam lorum è tergo exsectum est. Alligabatur deinde equo, & ad locum supplicij per Vrbem raptato iuxta patibulum amputata manus, præcisa lingua fuit. Postremò patibulo pedibus affixus, lentoque igne tostus est, additis ab vtroque latere canibus, qui pendentem assiduè vellicabant, lancinabantque. In tantis tormentis vix sensum do-

condemnatus, sententia lata publicè Christianam fidem abiurauit, Iudaismum iterum induit, Crucifixi imaginem in terram Iudicibus populoque spectantibus contemptim abiecit, in Sanctissimam Trinitatem, SS. Eucharistiam horrendùm blasphemus, quam ficto Christianismo sumptam irreuerenter tractauit, ideò rursùs examinatus, pertinax, candentibus forcipibus vstus, loris excisis, ad locum supplicij per vrbem tractus, abscissa dextra, excisa lingua, pedibus suspensus viuus exustus est, cineribus in Istrum dispersis iusta sententia Deo vindicante in vindictam sceleris, & horrorem sui similibus.

Anno 1642. 26. Augusti.

Hactenùs Wagenseilius. En finis eorum, qui ficto corde Christianam Religionem suscipiunt, vel ob scelus in Iudaismo commissum, vel à Synagogæ iugo se subtrahendi causa. Martyrem fortasse iactabunt Iudæi furem in Synagoga, furem in Baptismate. Ardeat infœlix, & sint flammæ suorum scelerum ipsius merces, doceatque alios, quàm colenda sit Christiana Religio, & contemnenda Iudaica superstitio.

ט׳ קרמ״ג **פלאויוס יוסף עברי בן מתיה בן יוסף בן קירטו** היה כהן ותושב אלכסנדריאה והלחם נגד רומיים בירושלם בזמן שסבבוה והקיפו את העיר וכבשוה ונגלה לרומא מטיטוס וכבד מאוד מהקיסר ויספסיאנוס שקרא אותו פלאויוס כתב כמה ספרים בלשון יונית : ואלו יוסיפון :

1643 FLAVIVS IOSEPHVS Hebræus Alexandriuus filius Matthiæ, fil. Ioseph, fil. Cyrtò, Historiographus notissimus, diligens, & elegantissimus Græcè scripsit varia Opera, quorum Catalogus est, qui sequitur.

Antiquitatum Iudaicarum lib. X.

De Bello Iudaico lib. VII.

Contra Apionem Apologetici libri II. Interprete Ruffino Presbytero.

De insigni Machabæorum martyrio liber vnus, castigatus ab Erasmo Rotherodamo. Excus. Coloniæ Agripp. in ædibus Eucharij Ceruicorni an. 1524. in fol.

De hoc locuti sumus in III. Parte pagina 831. vbi eum distinximus à Ioseph Ben Gurion, vt & pag. 799. Scripsit & *Vitam suam*, quæ additur libris Antiquitatum. Erat Sacerdos, & Dux, & Philosophus, ita vt videatur esse Iudæorum Xenophon: in sui Vita refert genus suum ex Sacerdotum familia, suum parentem Matthiam, & quòd in obsidione Hierosolymitana per Titum facta strenuè se gesserit in bello, vt fusiùs habet in libro de Bello Iudaico, & quomodò Flauij Pronomen ab Imperatore Vespasiano habuit, cui erat charus ob doctrinæ, & virtutis militaris, ac prudentiæ laudem, sed fortè etiam ob adulationem, ob quam Messiæ à Iudæis expectati titulum Imperatori tribuebat. Adeò res certa apud Iudæos erat, tempus aduentus Messiæ tunc fluxisse.

ט׳ קרמ״ד **פלאטון יון** ראש הפילוסופים ותלמיד ארסטו חבר כמה ספרים יונית ונעתק מהם בלשון עברי ספר ההנהגה..

1644 PLATO celeberrimus Philo-

מהמוראים : עיין בחלק ג': דף תרצ"א : עצ"ד,

1648 R. PINCHA'S VRVVA' eſt vnus ex Amorraitis, vel Ghemariſtis, quē vide in Catalogo eorum à nobis expoſito Par. III. pag. 691. col. 2. Et cenſuram ſententiæ huius R. Pinchàs inter cenſuras noſtras Ghemaricas pag. 494. b.

Neque temporis anguſtia hìc moram facere permittit, iterum recenſendo ea, quæ ſuprà ſatis retulimus de Ghemaricis, ſeù Amorraitis, & Tanaitis, cùm ibi videre quiſque pro libito poſſit.

ה' תרכ"ט **פראנציסקוס סיסטוס רומיניקאנוס** הנקרא סיסטוס סינינסים מן היהודים טבול בימי הקדושים בין המשוחים כתב ביבליותיקה הקדושה וספרים הרבה :

1649 FRANCISCVS SIXTVS Ordinis Prædicatorum communitèr dictus Sixtus Senenſis ex Iudæo baptizatus ſub auſpicijs B. Pij V. ſcripſit eruditione & multiplici doctrina refertam Bibliothecam Sanctam, & alia Opera. Hebraicis, Græcis, & Latinis literis excultiſſimus. Obijt anno 1569 Genuæ, vt refert P. Iſidorus Azzolinus Dominicanus in ſuis *Pompis Senenſibus* Par. I. tit. 14. cap. 26. fol. 350.

ה' תכ"ב **פרוספרו רוגירו :** עיין שלמה מאיר נואורה :

1650 PROSPER RVGGIERVS. Vide *Salomon Meir Nauarra*.

ה' תרכ"ח **ר' פרופט יהודי** כתב קנון על אלמנק והוא היה מערמילייה חכם גדול אסטרונומיא כמונפיליר כ"י סבת אלף תמ"ו :

1651 R. PROFATIVS IVDÆVS DE MONTE PESSVLANO, licèt alij

loſophus diſcipulus Socratis, & Magiſter Ariſtotelis Socraticam doctrinā eleganter in Dialogis ſuis Græcè expreſſit, & ſuam Philoſophiam præcipuè moralem docuit. Ex ijs Opus *De Republica* habetur in Bibliotheca Vaticana mſc. Hebraicè Papyr in 4. De Platone fit mentio in *Scialſcèleth hakabbalà* pag. 104.b. & vocatur aliquando cum præfixo א vt אפלאטון fortè ex Arabico artic. ال *Al* quod *A* etiam legitur aliquando, & vt vna vox אפלאטון א *Aleph* pro ה *He* הוריעה

ה' תרפ"ה **פפירקון יהודי** מומר מלשין נגד קרבן הלחם ונגדע לסוכו בהלה מקום כסרך :

1645 PFEFFERKON IVDÆVS relapſus Sacramentum Euchariſtiæ contemnens Halæ Saxonum comburitur. Munſteri Chronographia Eccleſię Chriſtianæ Heinrici Pantaleonis Baſileenſis. Baſileæ 1550. in 4. Aliquid ſcripſiſſe contra Iudæos audiui.

ה' תרפ"ו **ר' פנחס בר שלמה לוניר** כ"י ר' אבי יוסף בר יצחק :

1646 R. PINCHA'S BAR SCELOMO' LVNI'R manuſcripſit Opera Auì Ioſeph Bar Iſaaci.

ה' תרפ"ו **פנחס שולחני מאנקון** חבר שיר בשבח הספר כסאות לבית דוד : עיין חלק ג': דף ע"א :

1647 PINCHA'S SCIVLCHANI' ANCONITANVS ſcripſit Carmen in laudem R. Iehudà Azaèl Auctoris libri *Sedes ſuper Domum Dauid*. Vide Parte III. pagina 70. col. 1.

ה' תרפ"ה **רבי פנחס ערובא** אחד

lio decimo sexto Augusti 385. Refertur ab Hottingero in Appendice Smegmatis Orientalis lib. 3. Par. II. Vide illius Bibliothecam Orientalem in fine.

ה' ערה״ **פרץ הכהן** תלמיד ר' יצחק מקוצי בעל חסמ״ג והיה תלמיד רב יצחק בר ששת מגהים ס״ה והיה בפרק ה' לאלף הששי והוא ר' פרץ חבר הגהות על התלמוד ומערכת אלהות :

1654 R. PERETZ, vel vt nos dicimus PHARES ex gente Sacerdotali ortum duxit, ex primis & opulentibus familijs, quæ in Gerundensi Ciuitate circa annum ab Orbe condito 5001. habitabant ibidem. Igitur circa eundem annum, qui est Domini 1341. nascitur. Adhuc adolescens traditur studio Legis, qui adeò sub disciplina R. Isaaci de Kòtzi Auctoris libri סמ״ג *Samàgh* profecit, vt insignis Legista, & Cabalista euaserit.

Scripsit librum Cabalisticum, quem מערכת אלהות *Maarechèth Elaùth, Ordinatio Diuinitatis*, appellauit. Tractat ex professo & enucleatè de decem Sephiròth numerationibus Cabalisticis.

Scripsit Commentarium Ràu Alphès in Opus R. Isaaci de Phes; docuit publicè Ius Iudaicum, & inter alios auditores habuit R. Isaacum Bar ששת Auctorem ס״ה *Decisionum Legalium*, vnde communitèr vocatur hic discipulus R. Peretz. Annus, quo perijt, ignoratur.

ה' ערה״ **ר' פתחיה** חבר סבוב של עולם לספר ובו מקר עמעות בכל העולם ונדפס בספרו בסוף מקום :

1655 R. PETACHIA' composuit סבוב *Sauiu Circuitum*, siuè *Itinerarium*, per quod describitur quicquid per cir-

alij dicant fuisse Massiliensem, fuit insignis Astronomus, & scripsit Canones Tabularum secundorum mobiliū cum æquationibus Lunæ, & medij motus capitis Draconis, cum Tabula longitudinis Regionum & Ciuitatum, quarum plurima pars sunt ex Regionibus Africæ, vel Asiæ. Extant in Bibliotheca Vaticana msc. inter Codices Latinos sub num. 3125. in Pergam. in 8.

Canones quoque super Almanach, dicitur eos in Monte Pessulano propria manu scripsisse anno 1447. 5. Februarij, & extant mmssc. in Bibliotheca Palatina iuxta modū Vaticanæ sub numero 1436. in fol. Papyr. pag. 23. & 24.

Hic Auctor numerauit declinationem Solis in grad. 23. min. 32. De eo fit mentio à Christophoro Clauio in Sphœram Io. de Sacro Bosco cap. 1. p. 253. Iustinus in Sphœram cap. 2. dicit floruisse anno Domini 1300.

ה' ערה״ **ר' פריפיטו דורנטי** חבר האפוד : עיין בחלק א' : דף ת״ד : ע״ב : סימן ר״פ.

1652 R. PERIPETVS DVRANT, vel DVRANT. scripsit librum, quem vocauit *Haëphòd*. Vide Par. I. pag. 404. col. 2. num. 280.

ה' ערה״ **פרעה העברי** מלשון כשדים העתיק בלשון ערבי ארבע ספרי בגליון כנמצאו בספרי האסקוריאל בספרד :

1653 PHARAO HEBRÆVS è Chaldaica lingua in Arabicam transtulit Quatuor Iesu Christi Euangelia, quę in Bibliotheca Laurentiana in Escuriali Regis Catholici reperiuntur mmssc. ex Catalogo confecto à Licentiato Castil-

làib Tzeuì, vt mox videbimus.

ת' תרנו רבי צבי בן ר שמשון מקראקא

חבר פירוש על מסכת אבות והוא פירוש נאה מאד על דרך הפשט בויניציאה שנת ת"ך :

1657 R. TZEVI' BEN SCIMSCIO'N CRACOVIENSIS composuit Commentarium in Cod. אבות *Auòth*, & est elegans Commentarium super *Capitula Patrum*. Excus. Venet. Vocauit נחלת צב *Nachalàth Tzeuì* duplici de causa, vt ipse dicit in fine Præfationis -

א׳ הואיל אין לו בן ובת לנחול אותו כל שכן חכמי׳ יש נוחלין והשנים שיתן לו ה׳ בנים חנוכיא וישרים בירא׳ ה׳ :

Cùm non haberet filios aut filias hæredes, eius hæreditas eiusmodi Opusculum esset. Secunda, Vt per huiusmodi laborem, Deus illi concederet & largiretur filios & filias lectissimas in hæredes. Excusus est vnà cum textu charactere quadrato cum *Perùsc Rascì* in interiori parte libri, & suo in exteriori literis Rabbinicis, & minusculis. Venetijs anno ת״ת 420. min. supput. Christi 1660. in 8. Correctum & emendatum per R. Mosem Zacutum.

ת' ת"ש ר' צמח

חבר שו"ת שאלות ותשובות שאלה על ספר אלדד הדני וכותב על נהר סמבטיון ועל בני משה רבינו :

1658 R. TZEMA'CH scripsit שאלות ותשובות *Sceelòth Vtsciuuòth, Quæsita & Responsa* anno 4720. Chr. 960. Tractat enim de libro *Eldàd Danhai, de fluuio Sabbatino, & de filijs Mosis Propheta.* Vide *Scialscèleth hakabbalà* pagina 39. pag. 37. a. b.

circuitum Mundi videret, sed fide non est inferior Itinerario R. Beniamin, vt testatur Buxtorfius in Grammatica Hebræa pag. 326. Est excusum alicubi lingua & characteribus Germanicis.

צ

ת' ת"ג רב צבי בן יוסף בן צבי

חבר פירוש על שלחן ערוך המסומן אורח חיים ואחר כך חבר ספר נחלת צבי והוא גם כן פירוש על שלחן ערוך על טור המכונה טור אבן העזר והוא נחלת צבי על שם הכתוב ואתן לך ארץ חמדה נחלת צבי ירמ׳ ג׳ וגם פירושי הלכות והדקדוקים ונדפס בויניציאה שנת ת"ג עם שוגג בעיון הספרי לר׳ משה בן ר׳ מרדכי זכות בבית ונשלמו בדפוסו על יד לוריכו ברגדינו :

1656 RA'V צבי TZEVI' COHE'N SACERDOS BEN R. IOSEPH BEN TZEVI', duo composuit Commentaria, quorum primum vocauit עטרת צבי *Attèreth Tzeuì, Coronam decoris Ràu Tzeuì*, & est -

פירוש הטעמים *Perùsc hataamìm, Explicatio accentuum* -

Et secundùm dicitur -

נחלת צבי *Nachalàth Tzeuì, Hæreditas decoris*, nempè *Ràu Tzeuì*, Tit. desumptus ex c. 3. v. 19. Ieremiæ, *Et dabo tibi terram desiderabilem*, נחלת צבי *hæreditatem decoris*. Est Commentarium breue & eruditum super librum שלחן ערוך *Sciulchàn Arùch* in tertiâ Partem אבן העזר *E'uen haèzer, Lapis adiutorij*, vbi agitur de Matrimonio, & de ijs, quæ ad Matrimonium spectare videntur. Excus. Venetijs anno ת״ג 403. minoris supp. Christi 1643. cum diligenti quoad fieri potuit correctione adornata per R. Mosen Ben Mordochài Zacùt apud Hieronymum Bragadinum in fol. Est & alius liber cum hoc tit. נחלת צבי *Nacha-*

rat , librum Inscripsit מקנה אברם *Miknè Auràm* , *Possessio Abram* , negans sibi conuenire *Abraham* , eò quòd המון *Hàmòn* , id est *multitudo* ei deerat , resumpturus illud, cùm filium genuisset . Edita est huiusmodi Grammatica Venetijs anno 1523. in 4. prolixa sanè , & nescio an tyronem expediat , an potiùs impediat, octo Capitibus comprehenditur, quorum vltimum de Accentibus , sed morte præuentus , vltimum Caput seù Tractatum Sacræ Scripturæ scribere non potuit . Et idcircò Bombergius *R. Caloem Calonymos* (sic eum vocat in Epistola ad Lectorem) ad complendum Opus hortatus est , & obtinuit , vt Latinam versionem simul adderet ad imitationem R. Abraham de Balmes . Verùm R. Kalonymos eiusmodi versionem de verbo ad verbũ fortè superfluam existimans , sententiam tantummodo Hebraicam Latinè reddere voluit, non abnuente Bombergio , vt ibidem monet , quia scilicet tyroni satis esse debebat præcedentium Capitum verbalis versio , & alius solidior cibus exhibendus erat . Specimen haberi potest ad rem nostram proficuum ex initio , sic enim incipit -

שער בטעמי המקרא לי הצעיר קלונימוס בן לאדוני החכם השלם רבי דוד נ״ע לבית קלונימוס להשלים ספר מקנה אברהם למ״ר אברהם דבלמש נ״ע אשר נפטר ולא זכה להשלים הספר :

Vertit autem sic : *Capitulum de Accentibus Sacra Scriptura mei Calo filij viri sapientis , & expertissimi Rabbì David Calonymos ad complementum libri* מקנה אברהם *eruditissimi Abraha de Balmis olim defuncti derelinquentis quidem librum ipsum non completum* .

In fine verò post plures excusationes & Tractatus commendationem sequitur

מה

ס׳ תרנ״ט צרי־סיהי . צרי ששת

הרפאה כתב ארבע ספרי על הרפואה בלעז בן סעעקי שמל בי אלעזי :

1659 TZERISEI MEDICVS Hebræus scripsit Quatuor Tomos de Medicina lingua Italica in fol. sub titulo *Secreti di Medicina Volgari* , ita audiui à quodam Hebræo .

ק

ס׳ תר״ס ר׳ קלו . קלונימוס בן ר׳ דוד קלונימוס היה חכם בדקדוק ובפילוסופיא ונבורס בימי ר׳ אברהם דבלמיש והשלים דקדוקו על הטעמים כפי הנקס עלמו דכיל בומבירגי ונדפס במקנה אברם שנת ש׳ רפ״ג לביאת משיחנו בלשון עברי וסוף ענינו העתיק הספר כולו בלשון לטין :

1660 R. KALO' seù KALONYMOS fil. R. DAVID KALONYMOS Venet. degebat eo tempore, quo Daniel Bombergius Antuerpiensis linguæ Hebraicæ studiosissimus elegantissimis typis Hebraicis plurimos Iudæorum libros edidit nullis parcens sumptibus , nullaq; posthabita diligentia . Vt fideles magis ad hæc studia accenderentur , rogauit Rabbì Abrahamum de Balmis , qui etiam erat Venetijs , & quem Medicinæ , Philosophiæ , & linguæ Hebraicæ præstantia commendabilem præ cæteris agnoscebat , vt plenam Grammaticæ cognitionem scriberet Hebraicè simul cum punctis , adderetque è regione Latinam versionem de verbo ad verbum ad studiosorum facilitatem : quam editurus esset in sua Typographia citissimè. Annuit R. Abraham , & quoniam duobus liberis , quos habuerat , orbatus tunc fue-

מה שהיה פה ויניציאה העיר המהוללה בחדש תמוז רפ״ג אני הוא המדבר הצעיר מכל בני משפחתו בחק ונימוס קלונימוס בר ר׳ דוד לבית קלונימוס לתשלם ספר מקנה אברם למה״רר אברהם דבלמש נ״ע אשר נפטר ולא זכה להשלים הספר :

Quæ verba ſic Latinè reddit breuiſſime. *Venetijs menſe Iulij 1523. idem Kalo Kalonymos qui ſuprà perfecit librum Mikné Abram pro Morênu Abrahamo de Balmes (requies eius ſit in Eden) qui obijt, & non potuit abſoluere.*

Conſtat igitur ex his R. Kalonymos appellatum fuiſſe quaſi dimidiata voce *Kalo* Latinè ad euitandam fortè repetitionem *Kalonymos Kalonymos*. Cæterùm in eo Capite ſeù Tractatu doctrinam ſuam oſtendit, cuius teſtimonium reddit Bombergius in Præfatione, in qua ſui fermè Magiſtri Felicis de Prato mentionem facit. Ex iſta, & ex Pręfatione Hebraica R. Abrahæ de Balmes, & ex ſupradictis verbis Kalonymi accepta ſunt, quæ dicta ſunt hic à nobis. Ideòque iuxta hæc explicanda, vel corrigenda ſunt, quæ in I. Parte noſtræ Bibliothecæ pag. 132. in *R. Abrahamo de Balmes* diximus.

ק׳ תרס״א **ר׳ קלונימוס** איש רומי נסמך שם : ראיתי בקונטרס ישן נושן כתוב שלמד תורה מרב האי גאון והיה רבו של רי״ף עד כאן דברי גדלים בעל שלשלת הקבלה דף י׳ : כתב על תענית ט״ב באב : עיין מחזור כמנהג בני רומא ט״ב באב : עם פירוש : נדפס כדרך שלם :

1661 R. KALONYMO'S Vir Romanus, ibique נמסך *accipit impoſitionem* manus, ſeù ordinationem nempè promouẽdi ad Rabbinatũ. *Vidi in quaternione Vetuſto ſcriptum, quòd didicerit Legem à Ràu Haai Gahòn, & quòd fuit* *Magiſter* ר״יף id eſt *Ràu Itzchàk Phes*. Ita *Scialſcèleth hakabbalà* pag. 40. circa annum mundi 4850. Chriſti 1090. floruit & ſcripſit de Ieiunio 9. menſis Iulij. Vide *Machazòr Synagogæ Romanæ* cum Commentarijs.

ק׳ תרס״ב **רבי קלונימוס בן רבי יהודה** היה אחי אמו של רש״י כנראה בפי׳ לד״ס בסו׳ שנת האלף החמישי כנראה במהרי״ק סי׳ ק״א בשם הרשב״א :

1662 R. KALONYMO'S BEN R. IEHVDA' fuit frater matris רש״י *Raſci*, id eſt R. Salomonis Iarchì, ſicut apparet in Commentarijs Deuteronomij eiuſdem Raſcì, vixitque circa annum 5000. De eo fit mentio in *Scialſcèleth hakabbalà* pag. 42. & in *R. Ioſeph Kalòn* num. 101. nomine *R.* הרשב״א hoc eſt *R. Scelomòh Ben Adèreth*.

ק׳ תרס״ג **ר׳ קלונימוס מלוקה ור׳ דוד בנו** שאמר בזמן הזה שאין בקיאים בפתרון חלומות אסור להתענות בשבת כנראה במרדכי שבת פ״ב :

1663 R. KALONYMO'S DE LVCA, & R. DAVID filius eius dixerunt: *Hoc æuo quo non probantur ſomniorum interpretationes, prohibitum eſt ieiunare in Sabbatho*, vt dicitur in Mordochì Tractatu *Sciabbàth* cap. 3. Vide *Scialſcèl. hak.* pag. 53.

ק׳ תרס״ד **ר׳ קלונימוס בן רבי מאיר** חבר ספר מלכים על הנדסה כזכר בספר שלשלת הקבלה דף נ״ג :

1664 R. KALONYMO'S BEN R. MEI'R compoſuit *Librum Regum* ſu-

gelium recitantur, quemadmodum & exemplar Parisijs editum, continet in fine 28. Argumentationes, quas Hebræi afferunt contra Euangelium, vt annotauit Ioannes Baptista Iona in Proœmio ad Euangelia ex Latino in Hebraicum sermonem versa.

Item transtulit de Græco in Arabicum אגרת בעלי חיים *Ighèreth baalè Chaiìm*, *Epistolam Animalium seù vitam habentium*. Vide Par. I. pag. 57. col. 1. numero 129. Buxtorfius tamen in sua Bibliotheca scribit hunc librum conuersum fuisse à R. Kalonymo ex Arabica vtique in Hebraicam linguam, quia primitùs ex Græca in Arabicam versus fuerat. Buxtorfius filius in Appendice iuxta Catalogum librorum Hebraicorum communicatorum sibi ab Antonio Legero Pedemontio, qui illum habuerat à Rabbì Iacobo Romano C. Poli degente, refert huius tituli librum, licèt alterum ex Græco in Arabicum fuisse versum ab Abu Siphè, ex Arabico in Turcicam à Laami Ahi Poëta Sultani Solymanni; nec non in Hebraicam. Tamen ex libri argumento mihi videtur non esse alter ab illo quem Buxtorfius Pater notaueirat, & sicut Pater R. Kalonymum interpretem dixerat ex Arabico, tacuerat interpretem ex Græco in Arabicum, ita filius aperit hoc posteriùs, reticet priùs. Quia tamen librum videre mihi non licuit, superiùs inter Anonymos recensui pag. 287. num. 1339. col. 2.

ש׳ תגס״ו **רבי קלונימוס בן קלונימוס** העתיק פירוש ן׳ רשד על ספר מה נעשה סנסטו וכמבלו כ״י בווסטיקלנו ברכוע :

1667 R. KALONYMO'S BEN KA-

super Geometriam. Huius fit mentio in *Scialscèl. hakab.* pag. 59.

ש׳ קרס״ס **ר׳ קלונימוס תלמיד הרמב״ם** חבר ספר מעניין תהשגחה :

1665 R. KALONYMO'S discipulus R. Mosis Maijmonidis scripsit librum *De Diuina Prouidentia*. Hic Tractatus extat in Bibliotheca Vatic. msc. Papyr. in 8.

Item scripsit משרת משה id est *Minister Mosis*. Sunt Conciones, siuè Orationes quas scripsit pro Mose Ægyptio, msc. Hottingerus, & Buxtorfius filius in Appendice, vocant eum Rabbì Kalonymos. Fortè est liber, quem inter Anonymos retuli in principio pagina 332. num. 1616.

ש׳ קרס״ו **ר׳ קלונימוס מבית קלונימוס** חבר אבן בחן :

1666 R. KALONYMO'S ex familia KALONYMO'S scripsit אבן בחן *E'uen bòchen, Lapidem Lydium*. *De vita humana recta institutione*. Excus. Venetijs in 4. anno 306. min. supput. Chr. 1546. apud Cornelium ארדלקינד *Adelkind*; & Cremonæ pariter in 4. anno 318. min. supput. Christi 1558. apud Vincentium Conti, regnante Philippo II. Hispaniarum Rege. Huius fit mentio in Bibl. Leidensi in legato Warneriano.

Est & alius liber sub hoc titulo אבן בחן Auctore quodam Hebræo nuncupato *Scem Tòu Sciprùth*, contra Euangelium, præcipuè Matthæi, vbi in fine cuiuslibet Capitis argumenta aduersùs Euan-

1670 R. KALI'D BEN IAZICHI' ò IAZECHI' scripsit librum *Secretorum Alchimiæ* translatum ex Hebræo in Arabicum, & ex Arabico in Latinum incerto Interprete. Ita mihi insinuauit R. Moses de Caui. Vide Theatrum Chimicum, Argentorati 1622. p. 209. in 8.

ס' ערל"א **בר קפרא** היה בדור רבנו הקדוש
כתב ספר בתקופה ליבירה וחבר עם הושעיא והוא היה תופר
מנעלים לנשים ברייתא לבד התוספתא הנקראת :

1671 BAR KAPHRA' synchronus Rabbènu Hakkadòsc, scripsit vnà cum Hosaanà crepidorum mulierum sutore ברייתא *Baraithà*, hoc est Extrauagantem explanationem libri Miscnæ eiusdem Rabbènu Hakkadòsc. Claruit circa annum mundi 3955. Christi 195. Paritèr post mortem Rabbènu Hakkadòsc scripsit התוספתא *Tosaphtà*, & fuit vltimus in generatione quinta, & vltima generationum Tanaitarum. De eo egimus in Parte III. pag. 697. col. 2.

ס' סרל"ב **ר' קרישקאש וידאל די קישלאר** העתיק ספר על הרפואות והנהגת
הבריאות של מאיסטרו ברנבה די לה נובה אשר עשה בלשון
לטין ונמצא בוואטיקאנו בי"ח על קלף ועל סביב יחד בריבוע
בינוני סמ"א : והעתקה הזאת היה עשוי בשנת ה' אלפי' ק"ג לבריאת
עולם : עיין חלק ג' : דף תרצ"ז : עמוד ב' :
וגם כן נכתב בשם אגרת אשר נמצא בין אגרות כ"י של
סרמ"ט :

1672 R. KRESKA'S VIDA'L DE KISCLA'D transtulit librum de Medicina, quem nuncupauit הנהגת הבריאות *Hannahaghà habberiùth*, *Regimen sanitatis*, à Magistro Barnaba de la Noue primò in Latinum compositum. Inueni-

KALONYMO'S traduxit Commentarios *Abèn Rasciàd* id est Auerrois in libros Aristotelis de physico auditu, de Arabico in Hebraicum an. 5076. Christi 1316.

Item eius Commentarium in Metaphysica. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

Item transtulit Tractatum eiusdem *De Anima beatitudine*, & *Epistolam de Intellectu*, quæ est in eadem libelli parte. Venetijs impresserunt Iunctæ cum Aristotelis, & Auerrois Operibus anno 1552. Idem fortè est ac Kalo Kalonymos.

ס' ערס"ח **ר' קולון צרפתי** חבר ספר
מהקרא שו"ת רבינו קולון עיין יוסף קולון מכונה מהרי"ק בחלק
ג' : דף תתכ"א וס"ה :

1668 R. KOLO'N GALLVS. Eius nomine circumferuntur *Quæstiones & Responsa Rabbènu Kolòn*. Ipse tamen est Rabbì Ioseph Kolòn, & per compendium מהר"יק *Mehararik*. Vide Parte III. pag. 821. & 65. vbi apparebit eius æmulatio cum R. Iuda, vel Messer Leone.

ס' ערס"ט **ר' קין בן משא** חבר מגן
ורמח :

1669 R. KAI'N BEN MOSA. composuit librum, cui Titulum imposuit מגן ורמח *Maghèn Varèmach*, *Clypeus & Lancea*. Est quædam Disputatio contra Christianos. Ex Hottingero.

ס' ערע' **רבי קליר בן יזיקי** או
יזאקי חבר ספר סודות אלקימיה והעתיק מלשון עברי
ללשון ערבי של לשון לטין. כן שמעתי מר' משה די קאוי :

nitur in Bibliotheca Vaticana partim Papyrac. partim charta scriptus in forma quadrata num. 366. Hæc translatio fuit facta anno 5087. à mundi exordio, Chr. 1327. Vide Par. I. pag. 699. col. 2.

Item scripsit quasdam Epistolas, quæ reperiuntur msc. inter Epistolas הר'מ'בם *Harrambàm*.

Porrò familia Kreskas videtur Hispanica fuisse, ex qua manserunt Barcinone, Cæsaraugustæ, vt in חסדי Chasdài Kreskàs est videre. Fuit etiam cum prænomine *Don*, vt דון חסדי קרישקאש Par. II. pagina 854.

ר

ס' תרע"ג ר' ראובן בר' חיים צבי

חבר ספר על מאמרים ופרושים על אגדות כמו אמר בעל ספר אמרי בינה דף קכ"ז ע"ב :

1673 R. RVBE'N BERABBI' CHAII'M TZEVI' scripsit מאמרים *Maamarim*, *Dicta* antiquorum Rabbinorum, & Explanationem אגדות *Aghadòth*, *Allegoriarum eorundem*. Huius meminit R. Azarià in suo libro אמרי בינה *Imrè binà*, pag. 127. col. 2.

ס' תרע"ד ר' ראובן ספרדי

חבר ספר הכלמה : וספר השלחן על הקבלה : כן מצאתי בסוף ספר יצירה דפוס מנטובה שנת שכ"ב :

1674 R. RVBE'N HISPANVS scripsit librum הכלמה *Hacchelamà*, *Inanitatis* super Cabalam.

Item alium librum Cabalisticum composuit, quem vocauit ספר השלחן *Sepher Hasciulchàn*, *Mensæ*, sic inueni in fine libri *Ietzirà*. Excus. Mantuæ anno 322. minoris supput. Chr. 1438.

ס' תרע"ה ראזי בן זכריה רופא

למלך אלמאנצור חבר ספר בשם המלך אלמאנצור :

1675 RAZI' BEN ZACHARIÆ scripsit librum, cui Titulus אלמאנצור *Almansor* in gratiam Regis Almansoris, cuius Medicus erat. Diuiditur in decem Partes. Prima tractat de partibus corporis humani, membrorum figura, eorumque vtilitate, ac de tota Anatomica arte; habet capita 26. Secunda Pars tractat de complexione & temperamento corporis; habet capita 60. Tertia Pars de virtute ciborum; habet cap. 26. Quarta Pars de conseruanda valetudine; habet capita 29. Quinta Pars de capillis, & pilis barbæ quomodo tingi & conseruari possint, deque colore faciei vel totius corporis conseruando, vel immutando; habet cap. 69. Sexta Pars tractat de iter agentibus, quomodo contra Solis ardorem, vel frigoris algorem resistere possint sine nocumento; habet capita 19. Septima Pars de infirmorum curatione, victu, & regimine; de vulneribus, ossium fractura, eorumque ligamentis; habet capita 55. Octaua Pars de venenis, venenosorum animalium, vel serpentium morsu, eorumque remedijs, & curatione; habet capita 55. Nona Pars agit de rebus fortificantibus stomachum: de Apoplexia, alijsque similibus infirmitatibus; habet capita 91. Decima Pars tractat de febribus; habet capita 35. Tandem tractat de necessitate, quam habet Medicus cognoscendi complexionem ægroti.

ס' תרע"ו רב

הוא היה שם אחד מן הקדמונים הרבים בזמן רבינו הקדוש ונולד בארץ ישראל וירד בבבל בסוף ימי רבינו הקדוש בשנת ג' תתקע"ט ומת בבבל רבי חייא והיה רב עליו

רב יצחק *Ràu Chijà Bar Ascie*, רב חייא בר אשי
רב חמא *Ràu Itzchàk Bar Asciàn*, בר אשיאן
רב כהנא *Ràu Chamà Bar Gorià*, בר גוריא
Ràu Chahanà Primus. הראשון Eo tempore viuebat in Terra Israël R. Iochanàn Auctor Talmud Hierosolymitani, de quo suo loco. Scripsit

מדרש רות *Midràsc Ruth*, *Expositionem in* librum *Ruth*. Aliqui volunt hunc fuisse Auctorem ספרא וספרי *Siphrà & Siphrì*, Explanationem eorum quæ in Miscnà difficiliora exoriri possent; inter quos R. Menachèm, & Auctor *Iuchasin* pag. 60. vt diximus suprà in *Peloni Almoni* pag. 298. col. 2. n. 1445. Et quia circa idem tempus, hoc est post quadrimillesimum ab initio rerum multi fuerunt conscripti libri, quorum Auctores etiam apud Hebræos ignorantur, vtpotè *Siphrà & Siphrì*, פסיקתא *Pesiktà*, quæ fuit composita anno 1427. ab excisione Vrbis Hierosolymorum tempore Tzedekiæ, qui est annus à cessatione Prophetiæ millesimus decimus septimus, & 1023. à vastatione Templi secundi.

Item conscriptæ fuerunt multæ Midrasciòth מדרש חזית *Midràsc Chazìth*, *Expositionem in Cant. Cantic.* Cur nuncupetur ab hac voce *Chazìth* vide suprà num. 1559. pag. 317. מדרש תהלים *Midràsc Theillìm*, *Expositionem Psalmorum*. דרך ארץ רבא *Dèrech èretz rabbà*, *Via Terræ magna*, & דרך ארץ זוטא *Dèrech èretz zuttà*, *Via Terræ parua*. Hinc consultò inter *Peloni Almoni* omnes reposuimus, de quibus etiam agitur in *Scialscèleth hakabbalà* pag. 33. b.

א׳ קרעו **רבה בר נחמני** היה ראש
ישיבה כ״ב שנים והוא חבר ברייתות רבה ושאר הרבות וברח לא
לאנס מפני מלשינות ומת שם נאנס בשנת ד׳ אלפים פ״ב ויסב

רב

בניו תלמוד ולא רצה לסמוכות ראש ישיבה כל ימי רבי שילא
עד שנפטר ועוד לא רצה להיות לראש בנהרדעא במקומו של
שמואל והלך לסורא מתא מחסיא והיה שם לראש עד שנפטר שמואל
בשנת ד׳ אלפים ג׳ והיה חכם גדול כל חכמת יונית עוסק על
תורתו ואלו הם תלמידיהם: רב יהודה ורמי בר יחזקאל ורב חמא בר
יחזקאל ורב נחמן הנשיא ורבה בר אבוה ורב ששת והגיבור היה
ורב ענן ורב מתנה ורב שימי בר אשי ורב חייא בר אשי ורב יצחק
בר אשיאן ורב חמא בר גורין ורב כהנה הראשון וא״ז חבר מדרש
רות: וספרא וספרי וי״א כי גם כן חבר מדרשות אחרים:

1676 RA'V nomen antiquissimi Hebræorum Doctoris, de quo fit mentio Parte III. pag. 692. vltimus Magister Tanaitarum, nascitur in terra Israël de Tribu Iuda, & familia Dauid secundùm *Harrauàd*. Descendit in Babylonē in diebus Rabbènu Hakkadòsc Magistri eius anno mundi 3979. Christi 219. Fuit primus inter Amorraìm. Inuenit in Babylone R. Scilà, qui Præfectus erat in Academia Ciuitatis Mathà Machasià. Viuente enim R. Scilà, noluit ob eius reuerentiam accipere Præfecturam Scholæ in Nardhea Ciuitate in loco Samuelis, sed abijt in Soriam (ipsa est *Mathà Machasià*) Babylonis Prouinciam, ibique rexit Academiam per annos 24. Moritur siquidem anno mundi 4003. Christi 243. Abierunt eius Academici ad Samuelem, qui & ipse moritur anno mundi 4010. Chr. 250. Fuit Ràu sapientissimus in omni doctrina Græcorum, habuitque sequentes discipulos רב יהודה *Ràu Iehudam*, רמי בר יחזקאל *Ramì Bar Ezechielis*, רב חמא בר יחזקאל *Ràu Chamà Bar Ezechielis*, רב נחמן בר הנשיא *Ràu Nachmàn Bar Hanasi*, רבה בר אבוא *Rabbà Bar Abuà*, רב שישת סגי נהור *Ràu Scisciàth saghi nahòr cæcum*, רב ענן *Ràu Aanàn*, רב מתנה *Ràu Mathanà*, רב שימי בר אשי *Ràu Scemè Bar Asciè*;

על שמלך רב יוסף שתי שנים ומחצה ומת ארבעת אלפים ושמונים ושמנה ורב יוסף היה נקרא סיני ורבה עוקר הרים ותלמידיהם אביי וכול' : ויש אומרים כי י"ב אלפים תלמידים היו לו לרבה :

1677 RABBA' BAR NACHMANI', qui ob eius eximiam eruditionem, & ſubtilitatem dicebatur עוקר הרים *Okèr hàrìm*, *Transferens Montes*, fuit ſocius Ràu חסדא *Chaſdà* in Academia Soræ in Babel, vbi & Præfecturam ibidem per annos 22. exercuit ætate tertia Amorraitarum, ob timorem incidendi in manus Principis, nam contra eum multa relata fuerunt mala, in אגם *Agàm* aufugit, ibique diem clauſit extremum anno mundi 4082. Chriſti 322. ſeditque ſuper eius ſolium R. Ioſeph cognomento סיני *Sinài*. Habuiſſe fertur multos diſcipulos, inter quos numerantur אביי *Auijè*, & alios.

In *Harrauàd* pagina 61. b. legitur Rabbà habuiſſe ferè 12000. diſcipulos. Compoſuit בראשית רבה *Bereſcìth rabbà*, continens hiſtoricam narrationem Terræ Iſraëlis, & eſt Commentarius in primum librum Moſis, non literalis, nec textualis, ſed allegoricus, hiſtoricus, & varius admodum, lingua Hieroſolymitana conſcriptus, & Græcis vocabulis maximè abundans.

Alius eſt liber huius nominis *Bereſcìth Rabbà*; cuius Auctor eſt *R.* אושעיא *Oſcianghià*, diſcipulus R. Iehudæ cognomento Sancti, qui librum *Miſcnaijòth*, ſiuè *Traditionum* Talmudicarum collegit. Poſtea hic *Oſcianghià* diſcipulus eius cœpit librum iſtum publicè in Scholis legere, interpretari, diſputationibus examinare, & tandem Commentario illuſtrare, & hunc Commentarium vocauit *Bereſcìth rabbà*, continens declarationem libri, *Allegoriam in Geneſim*, & alios *Rabbòth*. Ibidem.

א' תרע"ח **רבקה** אשת חשובה הרבנית הדרשנית מרת בת מהר"ר מאיר טיקטינר כתבה ספר נקרא מנקת רבקה אשר זוכר יואן קריסטופורו וואגינסילו בספרו סוטה דף תל"ז :

1678 REBECCA nobilis fœmina eruditiſſima, ac literis valdè clara, R. Meìr filia, ſcripſit librum, cui Titulus מנקת רבקה *Minkàth Rebekà*, liber rariſſimus, cuius meminit Ioannes Chriſtophorus Wagenſeilius iu *Sotà* pagina 437.

א' תרע"ט **רימונדו אחרוני** ניאופיטו מסדר כת הדרשנים כתב כמה ספרים רעים כנגד אמונת קה"ק אשר נשרפו על שם במצות האפיפיור גריגוריו י"א כל אונדיציםו כמו שנת אדונינו משיחנו ישוע אלף ושלש מאות וע"ב : הנהם : ודע כי והרימונדו די טארגונה השני איננו רימונדו הראשון אשר אשר יקר באפריכה דמת שם על ידי ישמעאלים באמונת משיחנו הקדושה וכן אומרים רבים מן רבינו : והוא היה מסדר מינורי כמו אמר בעל ספר שמות אשר כתבו ספרים בקתוליקה אמו מסדר מינורי :

1679 RAYMVNDVS POSTERIOR, dictus de Tarraga Neophytus, apparenter relicta Iudæorum ſuperſtitione, Chriſto Domino non ex animo, ſed fictè adhærere ſimulauit, & vt ſub ſpecie ſanctitatis, & arctioris vitæ inſtituto ſimpliciores fallere poſſet, Sac. Religionis Dominicanæ habitum induit, & circa annum Dom. 1370. quædam Opuſcula ſcripſit, quibus nonnulla hæreticalia, & erronea continebantur, quorum primum fuit *De Dæmonum inuocatione*, incipiens: *Miſericordia & veritas*. Et aliud, cuius initium eſt: *Vtrum quilibet infidelis tam Diuinis, quàm Apoſtolicis Canonibus teneatur obedire*. Et

alia

lanus, patria Subiratensis, habitum Religionis sumpsit in Conuentu Barcinonensi, quem Augustinus Iustinianus Episcopus Nebiensis in Præfatione *Victoriæ Porcheti* Hebræum fuisse suspicatur. Fuit Vir doctissimus in lingua Latina, Hebraica, Arabica, & Chaldaica, nec non in sæculari Philosophia, & Diuina valdè eruditus, vnde de eo scribit Petrus Marsilius: ***Erat multum sufficiens in Latino, Philosophus in Arabico, magnus Rabbinus, & Magister in Hebraico, & in lingua Chaldaica multum doctus.*** Eius præclarissima doctrina magnopere commendatur à Porcheto in Procemio *Victoriæ* contra Iudæos; ibi enim fatetur sui libelli materiam desumpsisse ab eximio Viro Fr. Raymundo Martino, & Pugionem Martinianum (de quo infrà) fuisse primam, & veram officinam, ex qua parata fuerint arma, non tantùm Victoriæ Porcheti, sed & Arcanorum Galatini, & eorum omnium, qui huiusmodi bellum aggredi contra Iudæos ausi sunt. Fuit vnus ex primis illis studiosis, & religiosis hominibus, qui post De Peña Forti consilium linguæ Hebraicæ & Arabicæ strenuam & sedulam operam nauarent publicis, & Regijs stipendijs.

Scripsit Opera præstantissima, & vtilissima ad conuincendam Iudæorū perfidiam, quorum vnum vocatur *Pugio Fidei*, quod nuper, & post quatuor ferè secula primò in lucem editus est, ope, & opera Illustrissimi ac Reuerendissimi D. Episcopi Lodouensis, & Illustrissimi D. Præsidis D. *De Maussac* Comitis Consistoriani; cum doctissimis, & eruditissimis obseruationibus Domini Iosephi *de Voisin*. Excus. Paris. anno 1651. apud Ma-

alia nonnulla, quæ iussu Gregorij Papæ XI. circa annum Domini 1372. fuerunt condemnata, & flammis addicta. In Archiuo Vaticano in primo Volumine Regesti huius Pontificis anno primo sui Pontificatus fol. 225. extant literæ ad Archiepiscopum Tarraconensem, & Nicolaum Eymericum Inquisitorem in Regno Arragoniæ, quibus præcipitur, vt inquirant, & procedant contra Raymundum de Tarraga Ord. Fratrum Prædicatorum tenentem quosdam hæreticales errores, & eum puniant. Rursùs in secundo Volumine Regesti anni secundi fol. 191. rescriptum quoque habetur eiusdem Pontificis incipien. ***Dudum ad audientiam***, per quod committitur Archiepiscopo Tarraconensi, & Nicolao Eymerico Inquisitori, vt omnes libros huius Raymundi sibi faciant exhiberi atque comburi. Aduertendum tamen est, quòd aliqui confundunt hunc Raymundum posteriorem Neophytum cum Raymundo Lullo priore, eique aliquos doctrinæ errores affigunt, cùm reuera sint huic Raymundo Neophyto attribuendi: nam Raymundus Lullus senior non fuit Neophytus, neque Ordinis Prædicatorum. Quid tamen in hac controuersia tenendum sit, vnà cum Bellarmino, infallibili Sedis Apostolicæ iudicio relinquimus.

ר' פר״א **רימונדו מארטינו** מכת הדרשנים מקטאלוניא וה״ל כי היה פילוסופו גדול חבר ספר נקרא סיף אמונה ואחר נקרא מחסום היהודים וחבר ספר אחר נגד אלקוראן של ישמעאלים : ומות שנת ה' רפ״ד שלא לאדונינו ישוע משיחינו :

1680 RAYMVNDVS MARTINVS Ordinis Prædicatorum Cata-

propter has, & alias multas, magnaſque dotes, quibus ornatus erat, commendatiſſimum ſe prębuit Principibus, & Regibus; Regi Tuneti, Regi Franciæ S. Ludouico, & Regi Arragonię Iacobo Conqueſtori: ijſq; omnibus chariſſimus erat, & familiariſſimus. Quamobrem quando Rex Iacobus 27. die menſis Martij anno 1264. conſtituit Iudices, qui examinarent quas Frater Paulus Chriſtianus indicabat in libris Iudæorum blaſphemias, nominato Epiſcopo Barcinonenſi, & F. Raymundo de Peña Forti, hunc Patrem ijs ſocium adiunxit. Tandem meritis plenus habens ferè quinquaginta annos habitus Religionis, obijt in Conuentu Barcinonenſi circa annum 1284. De eius diſputatione cum R. Moſe Bar Nachmàn vide Par. III. p. 945.

א׳ תרפ״א ר׳ רפאל מנורציה בר גבריאל חבר שלשה חבורים: הראשון נקרא סאה סולת: השני נקרא מרפא לנפש: והשלישי נקרא אורח חיים על ענין עקר התורה ועל החסידות וכו׳: ועל דרכי המוסר וכו׳ נדפס בויניציאה בבית יואן די גארה שנת של״ט לפ״ק:

1681 R. RAPHAEL DE NVRSIA BEN R. GABRIELIS, compoſuit librum de rebus ſpiritualibus, illumque diuiſit in tres Partes. Primam Partem nuncupauit סאה סולת *Seà Sòleth, Satum ſimile*, Tit. lib. ex 2. Regum 7. 1. De fundamento Legis &c. Secundam nuncupauit מרפה לנפש *Marpè Lanèpheſc, Medicina Animæ*; De operibus Miſericordiæ, &c. Tertiam nuncupauit אורח חיים *O'rach chaiìm, Semita vitæ*; De bonis operibus, & eſt Moralis. Impreſſus Venetijs apud Io. de Gara an. 339. min. ſupput. Chriſti 1579.

Mathurinum, & Ioannem Henault, in folio. Tria huius Operis exemplaria reperiuntur mmſſcc., quorum vnum vidit Magiſter Frater Antonius Senenſis Luſitanus in Conuentu Sancti Dominici Neapoli, vt teſtatur in Bibliotheca Ordinis; aliud exiſtit in Collegio Fuxenſi, & aliud extat apud me in Bibliotheca S. Pudentianæ de Vrbe ſub num. 3335. Diuiditur in tres Partes, quarum prima tota Latina eſt, & habet capita 26. *De diuerſitate errantium à Veritate fidei &c.* Secunda Pars eſt Hebraica, & Latina, & habet capita 15. *De diuiſione duodecim Tribuum filiorum Iſraël, & de reprobatione decem Tribuum &c.* Tertia Pars Hebræo-Latina in tres Diſtinctiones ſubdiuiditur; quarum prima habet capita 11. *Quòd Vnus, Vel Vnum dicitur multipliciter; & quomodo Deus dicatur Vnus &c.* Secunda diſtinctio Tertiæ Partis habet capita 9. *Quòd homo factus eſt ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, &c.* Tertia tertiæ Partis habet cap. 23. *De Aduentu Meſſiæ &c.* In fine extat Index Capitum libri Petri Galatini *De Arcanis Catholicæ veritatis*, vbi oſtenditur Petrum Galatinum omnia deſumpſiſſe à *Pugione Fidei*, ſuppreſſo penitùs Auctoris nomine, quod homine ingenuo indignum eſt. P. Bouillet Prior Conuentus S. Mariæ Annuntiatæ Pariſienſis aſſerit alia exemplaria mmſſcc. reperiri in Bibliotheca Toloſana, Barcinonenſi, & Maioricenſi, quicquid ſit, an alia reperiantur me latet.

Paritèr compoſuit Latino ſermone Opus quoddam compendioſum, quod appellatur *Capiſtrum Iudæorum*.

Præterea compoſuit *Summam Vnam contra Alcoranum Maurorum*. Vnde

ש

א׳ תרפ״ב ר׳ שאול כהן אשכנזי

בלי קנדיא שנת ה׳ אלפים ומאתים ופ׳ ליצירה וכתב הגהות לפי׳
על אבן רשד על ספר שמע טבעי לארסטו :
וחבר גם כן שו״ת הנקראים של הגאונים :

1682 R. SCIAV'L SACERDOS GERMANVS in Insula Creta anno mundi 5280. Christi 1520. scripsit Annotationes in Commentarios *Abèn Rasciàd* i. Auerrois, quos in libros Aristotelis *De physico auditu* composuerat. Extat in Bibliotheca Vaticana msc. Papyr. in 4. Item scripsit -
ש״ת *Sceelòth Vtsciuuòth*, *Quaesita & Responsa* Rabbinorum nuncupatorum הגאונים *Haghaonìm*, *Sublimium*. Excus. Venetijs apud Antonium Iustinianum an. mundi 5303. Chr. 1543.

א׳ תרפ״ג ר׳ שאול לוי מורטירה

חבר גבעת שאול והוא נ׳ דרשות על פרשיות התורה :

1683 R. SCIAV'L LEVITA MORTE'RA, scripsit -
גבעת שאול *Ghiuàth Sciaùl*, id est *Collis Saul*, Tit. ex 1. Samuelis c. 11. v. 4. Sunt 50. Conciones super Sectiones Pentateuchi. Excus. Amsterodami anno 405. min. supput. Christi 1645. charactere quadrato, cura Eliae de Caui, apud Immanuelem Ben Benaste. in 4.

א׳ תרפ״ד ר׳ שבתי חבר ספר תבנית המשכן

על הקבלה כן נדפס באמשטרדם ספר דפוס ...שנת שכ״ב :

1684 R. SCIABBATHA'I composuit librum, cui Tit. imposuit -
תבנית המשכן *Taunìth Hammischkàn*,

Structura Tabernaculi, & est liber Cabalisticus. Sic inueni in fine libri *Ietzirà*. Excusus Mantuae anno 322. minor. supput. Chr. 1562. in 4.

א׳ תרפ״ה ר׳ שבתי כרמוז הלוי

חבר ספר הישר גם הוא גלגלות ומוסר ...

1685 RABBI' SCIABBATHA'I CHARMV'Z LEVITA scripsit librum, quem nuncupauit ספר הישר *Sèpher Haijasciàr*, *Liber rectitudinis*. Tractat de rebus ad Animae directionem spectantibus. Sunt exercitia spiritualia ab Auctore composita an. mundi 5154. Christi 1394. Ibi etiam agit de imagine, & similitudine hominis. Extat msc. in Bibliotheca Vatic. Papyr. in 4.

א׳ תרפ״ו ר׳ שבתי בן ר׳ אקיבה הלוי

חבר ספר נשמת שבתי הלוי :

1686 R. SCIABBATHA'I BEN R. AKIBAE LEVITAE scripsit librum נשמת שבתי הלוי *Nescemàth Sciabbathài Halleuì*, *Librum Anima Sabbathi Leuitae*. In eo agit de arcanis Animae rationalis; de eius sanctitate, & quomodo ab omni peccato illibata, ac pura seruanda sit. Excusus Pragae anno 1616. in 4.

א׳ תרפ״ז ר׳ שבתי מפולין חבר ספר

על הקבלה וקראו שפע טל והוא הסתעפות על דרך הקבלה :

1687 R. SCIABBATHA'I POLONVS scripsit librum Cabalisticum, quem vocauit שפע טל *Scephaugh tal*, hoc est *Affluentia roris*.

א׳ תרפ״ח רבי שלמה והוא ישר עם

...

אלמסטרו יואן גונסאלו די בורגים מלשון ערבי העתיק בלשון לטין
ספרדי סופיציינציא הטבע של רס״ר : נמצא כ״י בקלף בין
ספרים לטין סימן תמ״ט בוואטיקאנו בספרי די ורבינו :

1688 R. SCELOMO' SALOMON quidam Iudæus vnà cum Magistro Io. Gunſaluo de Burgis de Arabico in Latinum tranſtulit librum *Sufficientiæ Phyſicorum Auicennæ*. Extat mſc. in Pergam. in fol. in Bibliotheca Vrbinate apud Vaticanum inter Codices Latinos num. 449.

ה׳ קרפ״ט **רבי שלמה** קראי כתב אגרת אל
אהרן מן הקבלה על ענין אישות : ואגרת על ענין שבת :
נמצא כ״י בביבליותיקה של ליידה :

1689 R. SALOMON KARRAITA ſcripſit Epiſtolam ad Aharonem de Controuerſijs Matrimonialibus. Item, aliam Epiſtolam de diſſenſu Cabaliſtarum, & Karraitarum in materia Sabbathi. Extant mſc. in Bibliotheca Werneriana Lugduni Batau.

ה׳ תנ״ג **רבי שלמה** עברי כתב על עניין
סגולות עשבים ורפואות : נמצא באסקוריאל בספרד :

1690 R. SALOMON HEBRÆVS ſcripſit de Medicamentis cibarijs, & ſimplicibus. Habetur mſc. in Bibliotheca Laurentiana in Eſcuriali Regis Catholici. Eſt liber abſolutus de Medicina ſcriptus Arabicè, in eo etiam de Vrinis ex dictis Medicorum agit.

ה׳ קרנ״א **ר׳ שלמה בן אברהם**
חבר ספר מחברות ;

1691 R. SALOMON BEN ABRAHAM ſcripſit librum, quem vocauit מחברות *Mechaberòth, Compoſitiones*. Eſt autem Lexicon Hebraicum R. Dauidem Kimchì, & alios Lexicographos antiquitate antecellens conſcriptū anno mundi 4921. ante annos 161. in fol. mſc. Ita habet Index Bibliothecæ Cæſareæ relatus à Spizelio in ſua Bibliotheca pag. 70. ſed non tanti eſt magnifaciendum, cùm reuera nec antiquitate, nec nomine præcellat Dauidem Kimchium, qui ſine controuerſia primarium locum, ne primum dicam inter Lexicographos Hebræos obtinet. Vide *Rabbì Dauid Kimchì* Par. II. pag. 25.

ה׳ קרנ״ב **ר׳ שלמה בן אברהם**
אביגדור חבר ספר בחכמת אסטגנינות ועל אופנים
הגלגל :

1692 R. SALOMON BEN ABRAHAM AVIGADORIS ſcripſit *De motu Orbium Cæleſtium*. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana in 4. Pergam. ſub num. 67.

Item, ſcripſit Tractatum *De Sphæra*. Extat mſc. ibidem partìm Pergam. & partìm Papyr. in 4.

Scripſit etiam librum Aſtronomicum nuncupatum מראה האופנים *Marè haophanim, Aſpectus rotarum*. Extat ibidem mſc. Papyr. in 4.

ה׳ ערנ״ג **ר׳ שלמה בן אברהם**
בן אדרת ברצלוני הנקרא בראשי תיבות
הרשב״א היה חכם גדול בכל החכמות והיה כמו שבע
ס׳ אלפים מ׳ ותשב בחלופו בברצלונה וחבר ספר **תורת הבית**
הארוך והקצר וספר **עבודת הקדש** ועל אותו החיבור **תורת**
הבית : הארוך עשה פירוש ר׳ אהרן הלוי בן ר׳ יוסף בבבכשתי
עיין בחלק ראשון דף כ״ג : סימן קנ״ט : וקראו **בדק הבית** :
וגם כן נעשה פירוש אחר וקרא **משמרת הבית** ולא נגלה שם
המחבר

בעמבר ונדפסו עם ספרו תורת הבית :

1693 R. SALOMON BEN ADDERE'TH BARCINONENSIS, per Capita dictionum vocatus הרשב"א *Harischbà*. Fuit Sapiens magnus in omnibus scientijs, discipulus Rambàn, hoc est R. Mosis Nachmanidis, & R. Ionæ Gerundensis. Vide Par. III. pag. 786. num. 708. & Magister Rab. Salomonis Ben Iarchì. Vixit circa annum mundi 5040. Christi 1280. *Scialscèleth hakabbalà* pag. 58. Duxit Principatum Barcinonæ, composuitque librum nuncupatum תורת הבית *Thoràth Habbàith, Lex Domus*, Tit. ex Ezech. cap. 43. v. 12. Sunt Ritus circa res domesticas, & familiares, hoc est *De iugulatione animalium; de licitis, & vetitis; de carne paranda; de vino libaminum; de triplici manuum ablutione; & de immunditia mulierum*. Super hunc confectæ fuerunt duæ Expositiones, vna à R. Aharòn Halleuì Ben R. Ioseph Benbanasti, vocauitque illam בדק הבית *Bèdek Habbàith, Fixura Domus*. Vide Par. I. pag. 93. num. 158. Secunda Expositio confecta fuit ab Anonymo, & nuncupata משמרת הבית *Misciamèreth Habbàith, Seruitor Domus*. Hæ Expositiones reperiuntur vnà cum textu. In fine eiusdem libri extat Index copiosus secundùm septem Domus, quibus dispertitus est totus liber. Excusus Venetijs studio, & impensis R. Ioseph Ben Sarùk anno 368. minor. supputat. Christi 1608. apud Io. de Gàra, in fol.

Nota hunc librum duplicem esse, ארוך *Arùch, Prolixum*, de quo locuti sumus, & קצור *Katzùr, Breuem*, seù *Paruum*, impressum Cremonæ in 4.

Item, scripsit librum עבודת הקדש *Auo-*

dàth hakòdesc, Seruitus sancta. R. Iadihà Auctor *Michuàr Peninim* elucidauit illum. Hic liber est legalis tractans de medijs, modisque omnibus (quibus iuxta Mosis Legem quis sanctificari possit, cui annexus est alius liber eiusdem Auctoris, inscriptus בעלי נפש *Baalè nèphesc, Viri animati*, qui varias Iuris sententias, & decisiones explicat. Excus. in 4. Venetijs apud Danielem Zanetum anno 362. min. supput. Christi 1602. Buxtorfius in sua Bibliotheca asserit huius libri Auctorem fuisse R. Abraham Ben Dauid. Vtique est alius liber eiusmodi nominis impressus Cracouiæ anno 337. min. supput. Christi 1577. in fol. apud Isaacum Ben Aaronis, & Mantuæ anno 305. min. supp. Chr. 1545. in 4. tamen hic non agit de Decisionibus Iuris, sed diuiditur in quatuor Partes. In Prima agit *De Deo, eiusque Vnitate*. In Secunda *De cultu Dei*. In Tertia, *De fine hominis, totiusque creationis*. In Quarta *De secretis Legis Diuinæ*. Amicus quidam ad Buxtorfium scribens testatur se multa, & notatu digna de Trinitatis mysterio in eo inuenisse.

Item scripsit nonnullas doctrinas, seù speculationes nouas in Tractatu חולין *Cholìn*. *De cibis profanis*; & alias in Tractatu גיטין *Ghittin, De repudijs*. Excus. Venetijs.

Item scripsit Expositiones Morales, & Allegoricas super quibusdam portentosis æquè ac fabulosis Rabbinorum, & Talmudistarum dictis. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana num. 293.

Item scripsit תולדות אדם *Toledòth Adàm, Generationes Adam*, & sunt Quæsita, & Responsa Iuridica. Excus. Bononiæ in fol. anno 238. minoris supputa-

ta-

nyma vocabula Sacræ Scripturæ auctoritate, & ordine Alphabetico digesta. Excus. Venetijs apud Marcum Antonium Iustinianum anno 308. min. supput. Christi 1548. in 4.

Circumferuntur alij duo libri eiusdem tituli, vnus Cabalisticus R. Bechaij; alter continens expositionem articulorum fidei Iudaicorum.

א' תרצ"ז ר' שלמה מהאדומים

חבר שבחונים להודות לאל ולומר לשמו עליון בכל דבר שבקדושה חדשה נקרא שמו ספר השירים אשר לשלמה והם שירות ותשבחות לפי סדר ימות השבוע ועל המוסיקא לשלשה ד' עד ח' קולות נדפס בויניציאה שפ"ג בשנות הסדרים פייטרו ולוריצנו ברגאדינו :

1697 R. SALOMON DE ADVMI'M, siuè DE RVBEIS ex Synagoga Mantuæ in laudem Dei excelsi, & omnis rei sanctæ composuit librum nuncupatum השירים אשר לשלמה *Hascirim ascer Lisclomòh*, Titulus ex Cant. Canticorum c. 1. v. 1. Sunt Compositiones sacræ octo diuersis vocibus suauissimis modulis concinnatæ Hebraicè, notis musicalibus in 8. libros diuisæ. Excus. Venetijs anno 383. minor. supput. Christi 1623. in 4. Tom. 8.

In principio libri reperitur Epistola, quam huiusmodi Auctor scripsit ad R. Mosce Scullàm, qui reperiebatur Mantuæ; & pag. 3. est Epistola R. Iudæ Leonis de Modena fil. R. Isaaci ad Hebræos; & pag. 4. col. 2. idem Auctor controuertit, vtrum sit conueniens apud Hebræos in diebus festiuis, vti Musica sub diuersis vocibus figurata, & resoluit affirmatiuè multis Rabbinorum calculis, præcipuè R. Leonis de Modena, Leonis de Saraual, Baruch Ben R. Samue-

tat. Christi 1478. & Liburni anno 417. min. supp. Chr. 1657.

Item scripsit Expositionem in omnes ההגדות *Habagadòth, Historias parabolicas*, quæ sunt in Ghemarà. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana in 4. Papyr. sub numero 357.

א' תרצ"ד ר' שלמה בן ר' אברהם לאנייאדו

חבר הקדמה על ספר כלי פז לרבי שמואל לאנייאדו נדפס עמו בספר : בדף :

1694 R. SALOMON BEN R. ABRAHAM LANIIADO ITALVS scripsit Præfationem in librum כלי פז *Cheli paz* R. Samuelis Lanijado excusam vnà cum ipso libro in folio.

א' תרצ"ה ר' שלמה בן אברהם אלגזי

חבר ספר אהבת עולם :

1695 R. SALOMON BEN ABRAHAM ALGAZI' composuit librum nuncupatum אהבת עולם *Ahauàth Olàm, Dilectio seculi, vel æterna*. Est syntagma quadripartitum in Legem, de cultu Diuino, ac de mundi duratione. Excusus Constantinopoli.

א' תרצ"ו ר' שלמה בן אברהם בן שמואל מאורבינו

שחבר ספר אהל מועד ברכות נדפס בויניציאה שנת הש"ח בבית אלויזי ברגדין לבקשת פרנצישקו ממיציאן :

1696 R. SALOMON BEN ABRAHAM BEN SAMVELIS DE VRBINO scripsit librũ, cui titulum imposuit אהל מועד *O'hel Moèd, Tabernaculum statuti temporis*. Complectitur syno-

1699 R. SALOMON BEN ELIE'ZER LEVITÆ composuit librum quem nuncupauit עבודת הלוי *Auodàth Halleuì Ministerium Leui*. Complectitur hic liber explanationem omnium præceptorum Mosis tam affirmatiuorum, quàm negatiuorum iuxta seriem Parasciarum, quam Auctor mutuatus est ex Rambàn magno & paruo præceptorum Volumine, alijsque libris huiuscemodi Tit. notatis; ibi in calce libri, talis inscriptionis redditur ratio. Excus. Venetijs apud Marcum Antonium Iustinianum anno 306. Chr. 1546.

ר' שלמה אלמולי חבר ספר שרשות גבלות

1700 R. SALOMON ALMOLI' composuit librum, cui titulum imposuit שרשות גבלות *Sciarsciòth ghaulòth*, *Catenulæ terminationis*, ex Exod. 28. v. 23. & cap. 39. v. 15. in eo accuratè radices omnes explicat, collatis inuicem Rabbinorum omnium, qui Sacram Scripturam exposuerunt sententijs, & Kimchium multis in locis refellit. Excusus Constantinopoli vsq; ad literam נ *Nun*.

Item, scripsit פתרון חלומות *Pitròn Chalomòth*, Liber *de interpretatione somniorum*, collectus ex Talmud, Zòhar, & alijs Auctoribus, vt ex Iosepho Iusto, Daniele, Rabbènu Hhài Gaòn, & Ethnicis Scriptoribus Impressus secundò Constantinopoli, & tertiò Cracouiæ in 8. sub Rege Stephano. Ex Buxtorfio.

רבי שלמה אלקבץ מעיר צפרת הגליל חבר ספר בית חשם ונקבר סיר על קהלת יום ססכת :

muelis, Esdræ de Fano Fortunæ Mantuæ, & R. Iudæ Ben R. Moscè de Fano Venetijs commorantium.

ר' שלמה בן אליהו שרביט הזהב משלוניקי חבר מסלך סככבים וחבר כמס פירושים על פרשיות התורה : ועל פרקי אבות: סנקרא לב אבות וקראו לחם שלמה: על סגמרא :

1698 R. SALOMON BEN ELIÆ SCIARBI'T HAZAAV THESSALONICENSIS Tractatum *De incessu Planetarum*, ac *Tabulas Astronomicas* composuit. Extat msc. in Biblioth. Vatic. Pergam. in 8.

Item scripsit super librum חשם *Hascem* R. Abrahæ Abèn Esdræ Commentarium.

Item, Sermones diuersos. Extant hi duo libri mmssc. in Bibliotheca Vatic. in 4. Papyr. sub num. 369.

Item, scripsit דברי שלמה *Diurè Scelomòh*, *Verba Salomonis*. Sunt Conciones supra Legis Sectiones.

Commentario etiam speciali illustrauit librũ *Pirkè Auòth*, *Capitula Patrum* sub hoc titulo לב אבות *Leu Auòth*, *Cor Patrum*, quasi cor seù mentem ipsorum declarans. Excus. Thessalonicæ in 4. anno non notato, & Venetijs an. 356. min. supput. Christi 1596.

Nec non scripsit super Commentationem in nonnullos locos difficiliores Ghemaræ sub titulo לחם שלמה *Lèchem Scelomòh*, *Panis Salomonis*, ex 1. Reg. cap. 4. v. 22.

ר' שלמה בן אליעזר הלוי חבר ספר עבודת הלוי :

1701 R. SALOMON ALKABETZ ex Ciuitate Tzaphèth Galilææ contemporaneus R. Ioſeph Karò, ſcripſit librum nuncupatum בית השם *Beth Haſcem*, id eſt *Domus Domini*; eſt Commentarius ſuper Hiſtoriam Ruth. Excuſ. Conſtantinopoli anno ab Orbe condito 5321. Chriſti 1561. in 4.

Item ſcripſit alium librum, quem vocauit אילת אהבים *Ailhà ahauìm*, *Ceruamorum*, Tit. ex Prou. c. 5. v. 19. Excuſ. Venetijs apud Ioan. de Gara typis Bombergianis anno 364. min. ſupput. Chriſti 1604.

Item, ſcripſit Carmina rhythmica in laudem Sabbathi, recitanda in ingreſſu Sabbathini feſti: Circumferuntur in Precibus quotidianis Hiſpanorum pag. 77. editionis Venetę anno 1656. in 8. apud Hieronymum Bragadinum. Incipiunt לכה דודי *Lechà dodi*, *Veni dilecte mi*, *&c.*

א' תש"ב **ר' שלמה אפרים** כתב ספר הניקרא כלי יקר :

1702 R. SALOMON EPHRA'IM ſcripſit librum, quem vocauit כלי יקר *Chelì Iakàr*, *Vas pretioſum*. Eſt Commentarium in Legem Moſis.

Eſt & alius liber eiuſdem tituli Auctore Samuele Laniado, de quo infrà.

א' תש"ג **רבי שלמה בון פיר נחמן** כתב אגרת כנגד דקיכו עם פריפולו היהודי המומר אשר עשה ויכוח בפלטין המלך של ברצלונה :

1703 R. SALOMON BONFED NACHMAN ſcripſit *Epiſtolam*, & eſt Diſputatio cum Priuolo Iudaicæ fidei deſertore in Palatio Barcinonenſi coram Rege, & Magnatibus.

א' תש"ד **ר' שלמה גאון** כתב פירוש על הקדוש :

1704 R. SALOMON GAO'N ſcripſit Expoſitionem ſuper *Kiddùſc*. Item aliam, cuius verſiculi cuiuſlibet Haphtorà magis correſpondere videntur ſingulis Sectionibus Pentateuchi. In fol. Pergam. extat mſc. in Bibliotheca Vaticana.

א' תש"ה **ר' שלמה בן גבירול** פזמון מתחיל שופט כל הארץ וכו': ונמצא בסדר התפלות ימי נוראים כפי מנהג הספרדים בדף קמ"ז : ובדף קנ"ח נמצא מתחיל אלהים אלי אתה וכו': ובדף קצ"ו נמצא פזמון אשר עין ראתה וכו' : וכתב אזהרות :

1705 R. SALOMON BEN GEBIRO'L ſcripſit compoſitionem Poëticam, quæ incipit: *Iudex Vniuerſæ terræ &c.* & inuenitur in ordine *Hathephillòth Orationum* pro diebus terribilibus ſecundùm conſuetudinem Hiſpanorum. Inſuper pag. 147. & 158. reperitur alia compoſitio, quæ incipit: *Deus Deus meus es tu*; & pagina 196. alia, quæ incipit: *Quòd oculus tuus &c.*

Item ſcripſit אזהרות *Azaharòth*, *Monitiones*, & adhortamenta, quibus 248. præcepta affirmatiua, & 365. negatiua verſibus explicantur, quæ in meliori forma ſeruatis regulis, & legibus Poëticæ artis redegerunt R. Dauid Kimchì, & alij poſt eum Poëtæ. Recitantur à Iudæis Sabbatho ante feſtum Pentecoſtes, & habentur in I. Parte Machazoris Romani pagina 239. editionis Venetæ anno 1626. apud Laurentium Bragadinum, in 8.

Item compoſuit librum, quem vocauit מבחר הפנינים *Miuchàr happeninim*,

של

cap. 6. ver. 6. Libellus moralis rhythmicus, quem Plantauitius asserit vidisse in ædibus R. Iudæ Leonis Mutinatis.

Item, scripsit Commentaria in Legem Mosis, appellauitque ירישת עזים *Ieriòth Hizim*, *Cortina Caprarum*, Tit. ex Exod. 26. v. 7.

Est alius liber sub hoc titulo, Auctore R. Scimeòn Bar Sciamuèl, de quo suo loco.

א' תשז **שלמה בן דוד המלך**

אשר אלהים נתן לב חכם ונבון לאשר כמוהו לא היה ולפניו לא יקום: היה בן י"ב שנים כשהתחיל למלוך ומלך ארבעים שנה: ויהי בשמונים שנה וארבע מאות שנה לצאת בני ישראל מארץ מצרים בשנה הרביעית בחדש זו הוא החדש השני למלך שלמה על ישראל ויבן הבית ליהוה וגו׳:

וחבר ספר משלי שיר השירים וקהלת וידבר שלשת אלפים משל ויהי שירו חמשה ואלף: וידבר על העצים מן הארז אשר בלבנון ועד האזוב אשר יצא בקיר וידבר על הבהמה ועל העוף ועל הרמש ועל הדגים ויבאו מכל העמים לשמוע את חכמת שלמה מאת כל מלכי הארץ אשר שמעו את חכמתו:

1707 SALOMON FILIVS DAVID REGIS, cui Deus dedit cor sapiens, & intelligens, vt nullus sicut ipse non fuerit, nec post ipsum surrecturus sit. Cùm esset filius duodecim annorum cępit regnare. regnauitque quadraginta annis. Anno quadringentesimo & octogesimo egressionis filiorum Israël de Terra Ægypti, in anno quarto mense Zio, (ipse est mensis secundus) Regni Salomonis super Israël, ædificari cępit Domus Domino. Propter hanc ædificationem elegit Rex Salomon operarios de omni Israël; & erat indictio triginta millia virorum, mittebatque eos in Libanum, decem millia per menses singulos vicissim, ita vt duobus mensibus essent in domibus suis: & Adoniram

Selecta Margaritæ. Primùm scripsit hunc librum Arabicè, eumque vocauit מכחאר אלגואהר *Machtàr Alguahàr*, postea in Hebræum vertitur à R. Iehudà Abèn Tybbòn Seuiliensi Hispano. Complectitur multa Philosophica præcepta ad mores pertinentia, ab antiquis Philosophis tùm Græcis, tùm Arabibus petita, & collecta. Excus. Cremonæ apud Vincentium Conte in 4. anno 318. Christi 1558. cum Commentario. De hoc libello mentionem fecimus suprà Par. III. pag. 8. col. 2.

Item, scripsit librum nuncupatum כתר מלכות *Chèther Malchùth*, *Corona Regni*. Est liber Precum, & Hymnorum sacrorum in laudem Dei Opt. Max. Excus. Venetijs in 8. Hunc Latinè vertit Franciscus Donatus Ord. Præd. Excusus Romæ vnà cum תפוחי זהב *Poma aurea*, eiusdem anni Domini 1618. apud Stephanum Paulinum in 4.

Item, scripsit Philosophiam, quam nuncupauit מקור חיים *Mekòr chaiìm*, *fons Viuentium*.

Item scripsit librum, cui titulum imposuit תקון מדות הנפש *Tikkùn middòth hannephèsc*, *Correctio morum animæ*. Excus. Venetijs.

Scripsit etiam מעמדות *Maamedòth*, *Series Stationum Sacerdotalium*. Tandem sepultus est in Terra Israëlis in כאבול *Cabul*, non procul à R. Abrahamo Ben Esdræ.

א' תשו **ר׳ שלמה בן גבריאל**

חבר ספר גורן נכון:

1706 R. SALOMON BEN GABRIELIS composuit גורן נכון *Gòren nachòn*, *Area parata*. Tit. ex 2. Sam.

משלי שיר השירים וקהלת *Miſclè*, *Scir Haſcirìm*, *veKohèleth*, *Prouerbia*, *Cantica Canticorum*, *& Eccleſiaſten*.

Alios libros compoſuit, vt inſinuat ipſa Scriptura 3. Reg. 4. *Locutus eſt quoque Salomon*, inquit, *tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque, & mille; & diſputauit ſuper lignis, à cedro, quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum, quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab vniuerſis Regibus terræ, qui audiebant ſapientiam eius.*

Liber *Prouerbiorum* ab Hebræis משלי *Miſclè*, & à Græcis παροίμιαι nuncupatur, ex eo quia parabolas, ſimilitudines, ſententias, & adagia contineat. De auctoritate huius libri, an inter Canonicos recenſendus eſſet, quæſtio erat apud Iudæos, tandem poſterioribus temporibus vnanimi Iudæorum conſenſu ab ipſis inter Canonicos connumeratus fuit.

שיר השירים *Scir haſcirìm*, *Canticum Canticorum*, liber ſic nuncupatus, ex eo quia ſit Canticum cæteris Canticis ſublimius; in eo enim cæleſtia oſcula, & ſpirituale inter Chriſtum & Eccleſiam coniugium, figurata quadam locutione ſub mundani Regis Salomonis, ac Pharaonis filiæ vxoris eius præludio graphicè deſcribitur. Auctorem huius libri fuiſſe Salomonem, nemo ſit qui ambiget, licèt autem in Hebręorum textu legatur; שיר השירים אשר לשלמה *Scir Haſcirìm aſcèr Liſclomòh*, *Canticum Canticorum quod Salomoni*, in cuius confirmatione LXX. traduxere Ἄσμα Ἀσμάτων ὅ ἐστι Σαλωμών, *Canticum Canticorum quod eſt Salomonis*, quæ lectio ſi ſecundùm literam conſide-

re-

ram erat ſuper huiuſcemodi indictione. Fueruntque Salomoni ſeptuaginta millia eorum, qui onera portabant, & octoginta millia latomorum in monte: abſque præpoſitis, qui præerant ſingulis operibus, numero trium millium, & trecentorum præcipientium populo, & his qui faciebant opus. Præcepitque Rex vt tollerent lapides grandes, lapides pretioſos, in fundamentum Templi, & quadrarent eos, quos dolauerunt cœmentarij Salomonis, & cœmentarij Hiram: porrò Giblij pręparauerunt ligna, & lapides ad ędificandam Domum, tantaque erat maieſtas Templi, vt nihil in eo eſſet quod auro non tegeretur. Plura de Salomonis Templo vide in libro 3. Reg. c. 5. & 6. vbi deſumpſimus quę hic narrauimus. In anno vndecimo menſe Bul (ipſe eſt menſis octauus) perfecta eſt Domus in omni opere ſuo, & in vniuerſis vtenſilibus, ædificauitq; eam annis ſeptem. In *Scialſc. bak.* p. 15. habetur -

בימיו היה צדוק כ״ג ועדו ואחיה השלוני נביאים כשהתחיל לבנות את דיבות לקח בת פרעה לאשה ובעת זקנתו נשיו הטו את לבבו והניחן שכל א׳ תבנה מזבחות לאלוהיהן ועלה עליו הכתוב כאילו הוא הקריב לאלילים אמנם בסוף ימיו שרתה עליו רוח הקדש וחבר ספר משלי שיר השירים וקהלת׃

In diebus illis fuit Sadòk Sacerdos magnus, & Ado, & Achia Aſcelonì Prophetæ eius fuerunt (hoc eſt Salomonis) *quando cæpit facere iniquitatem* (hoc eſt idolatrare) *tunc cæpit filiam Pharaonis in vxorem, & in tempore ſenectutis ſuæ vxores eius declinare fecerunt cor ſuum in malum, quia permiſit, vt vnicuique ex illis ædificarentur Altaria pro Dijs ſuis, & ex hoc dicit Scriptura quòd ipſe ædificabat Dijs. Verùm in fine dierum habitabat ſuper illum Spiritus Sanctus, & compoſuit libros* משלי

siastes, variæ sunt Doctorum sententiæ; alij hunc librum editum esse postquam pœnituit contendunt, alij dum esset in gratia antequam peccaret. Communis autem Doctorum Iudæorum opinio statuit *Cantica* à Salomone adhuc puero esse conscripta; *Prouerbia* ab ipso adhuc adolescente; & *Ecclesiasten* in ætate senili; quod autem in Canticis videatur canere laudes vxoris suæ filiæ Pharaonis, potiùs mystica locutio est, non sine speciali Spiritus Sancti affatu edita.

Controuertitur à Sanctis Patribus an Salomon fuerit Auctor libri Sapientiæ; qui in Hebraicis Codicibus non reperitur, sed tantùm in Græcis. Huius quæstionis ansam præbuisse puto D. Hieronymum Præfatione in lib. Salomonis, vbi dicit: *Nonnulli Scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant.* Verùm cum communi Patrum consensu hunc librum Salomoni Regi tribuimus, vt promisimus suprà pag. 345. teste ipso Sapientiæ Auctore cap. 9. ver. 7. de seipso sic loquente: Σύ με προείλω Βασιλέα λαοῦ σου, καὶ δικαστὴν υἱῶν σου καὶ θυγατέρων. Εἶπας οἰκοδομῆσαι ναὸν ἐν ὄρει ἁγίῳ σου, καὶ ἐν πόλει κατασκηνώσεώς σου θυσιαστήριον, μίμημα σκηνῆς ἁγίας ἣν προητοίμασας ἀπ' ἀρχῆς. *Tu me elegisti Regem populo tuo, & Iudicem filiorum tuorum, & filiarum: & dixisti me ædificare Templum in Monte sancto tuo, & in Ciuitate habitationis tuæ Altare, & similitudinem Tabernaculi sancti tui quod præparasti ab initio.* Hanc Templi ædificationem fuisse à Deo Salomoni commissam, patet ex eo, quia nullum ante Salomonem ædificatum fuit Templum, tùm quia lib. 3. Reg. cap. 5. vers. 5. dicit: *Quamobrem cogito ædificare Templũ nomini Domini Dei mei, sicut* retur, diuersa à nostra videatur; tamen quod in Hebręo est in Datiuo *Salomoni*, hoc loco correspondet nostri Genitiuo *Salomonis*, iuxta communem illam phrasim Hebraicam in Psalmorum Titulis frequentissimè vsitatam, qua Datiui pro Genitiuis ponuntur. Ante trigesimum ætatis annum olim huius libri lectio apud Iudæos vetita erat; cùm enim de amoribus agat, si exponeretur secundùm literam, ad inhonestos amores, nec non ad libidinem facilè iuuentus incitaretur.

Liber *Ecclesiastes* Hebraicè קהלת *Cobeleth*, *Concionator*, ex eo, quia populum vocabat ad concionem, vt de rebus grauibus loqueretur ad illum, non ad vnum aliquem tantùm; in hoc libro enim Salomon varias induit personas, nec ex sua dumtaxat loquitur. Iudæos voluisse hunc librum è numero Canonicorum delere, testatur Talmud in Tract. שבת *Sciabbàth* c. 2. p. 30. b. ante med. בקשו חכמים לגנוז ספר קהלת מפני שדבריו סותרין זה את זה *Voluerunt Sapientes abscondere librum Ecclesiasten; quoniam verba ipsius sibi inuicem repugnant.* sed postea ipsos mutasse sententiam, affirmat idem Talmud loco citato לא גנזוהו מפני שתחילתו דברי תורה וסופו דברי תורה *Non retulerunt illum inter apocrypha, quia & in initio ipsius libri, & in fine verba Legi consentanea continentur.* Quidquid in libro Prouerbiorum, Cantico Canticorum, & Ecclesiaste continetur, meus Mellifluus Doctor Bernardus sermone 1. in Cantic. breuissimis verbis sic describit: *In Prouerbijs pellitur superfluus amor sui; in Ecclesiaste vanus amor mundi, in Cantico Canticorum præscribitur castus amor Dei.* De tempore, quo conscriptus fuit *Eccle-*

ab homine, hæc euerteret, & videntibus præberet indicium, quòd hominem reliquisset. An hæc sint vera, vel falsa, legenti remittimus iudicium; certũ tamen est ea hoc tempore non extare; & facilè ex hoc argui posse Iosephi verba præbuisse hominibus perditissimis occasionem tribuendi Salomoni Magicus libellus, *Clauicula Salomonis* titulo insignitus. Item liber Salomonis sub nomine Razielis inscriptus, fictio Magica est.

Multa falsa, ac portentosa de Salomone Rege fabulantur Iudæi, præsertim quòd cùm accepisset Salomon filiam Pharaonis in vxorem, descendit Gabriël Angelus, & infixit calamum in mare, ascenditque super eum cumulus terræ, & super illum ædificata est Roma. Ipse Auctor *Scialscèleth hakabb.* dicit, quòd in eorum historijs hoc non apparet, explicat tamen, quòd in diebus Salomonis illa Ciuitas magnificata fuit à Cælo virtute Diuina, ædificatusque fuit murus per circuitum; vtrumq; verò tamquam fabulosum reijcimus. Præterea addit, quòd aliqui dixerunt cum attestatione, quòd familia Salomonis, quæ comedebat super mensam eius constabat ex sexaginta millia viris, & hordeum, quod insumabatur pro equis eius erat duorum millium tumulorum mensuræ Neapolitanæ. De his & similibus nihil certi habetur, nisi quod refert Scriptura, videlicet: *Cibus Salomonis erat per singulos dies triginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ, decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum, atque bubalorum, & auium, & altilium.* 3. Reg. cap. 4. Et paulò infrà: *Et habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum sicut locutus est Dominus Dauid patri meo, dicens: Filius tuus; quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit Domum nomini meo.*

Circumferuntur plures libri sub nomine Salomonis, quos apocryphos existimamus. *Salomonis Dauid Regis filij Somnia, cum Danielis Prophetæ somniorum interpretatione*, liber hoc titulo impressus Venetijs 1516. *Salomonis Secreta secretorum* liber msc. in fol. extat in Bibliotheca Imperatoris. Fl. Iosephus lib. 8. cap. 2. Antiquit. Iudaicar. asserit scriptas ab eo fuisse incantationes, quibus morbi curantur, & Dęmones pelluntur, ait enim: *Præstitit autem ei Deus, vt etiam contra Dæmones artem ad vtilitatem hominum, & eorum curas edisceret: & incantationes instituit, quibus ægritudines soleant mitigari. Modos etiam coniurationum, quibus obstricti Dæmones, ne denuò redeant, effugantur, inuenit: & hæc cura apud nos admodum praualere dignoscitur. Vidi etenim quendam Eleazarum de gente nostra, præsente Vespasiano, & eius filijs, & Tribunis, alioque simul exercitu, curantem eos, qui à Dæmonibus vexabantur. Modus autem Medicinæ fuit huiusmodi: Intulit naribus eius, qui à Dæmonio vexabatur annulum habentem super signaculum radicem à Salomone monstratam: deindè Dæmonium per nares odorantis abstraxit, & repentè cecidit homo. Postea coniurauit eum, iuramentum obijciens Salomonis, ne ad eum denuò remearet, id est cantica, quæ ille composuit, edicens super eum. Volens autem satisfacere, & probare præsentibus Eleazarus, hanc se habere virtutem, ponebat ante eos, aut calicem aqua plenum, aut peluim: & Dæmonio imperabat, vt egressus*

ר' שלמה ואליריאו

כתב ביאורים על חמש מגלות ׃

1710 R. SALOMON VALERIVS scripsit Explanationes super quinque Volumina, hoc est super Ruth, Esther, Cant. Cantic. Threnos, & Ecclesiasten.

ר' שלמה ן' וירגא

חכם הרופא הנזכר חבר ספר שבט יהודה והוא ספר תולדות ישראל והתלאות הצרות רעות שעברו על היהודים בסיבות בארצות העמים כמו שמצא כתוב בספר זקנו ר' יהודה ן' וירגא ושמצא כתוב בקדמונות אחרים גם מה שראו עיניו צרות רבות ורעות: וגם ויזכר ויכוחים שנעשו בין חכמי עברו לפני מלכים ובלשונם ויספר תבנית המקדש ולפני לפנים וכן ידבר בסדר כהן גדול בבואו ללשכת שלו סמוך ליום הכפורים וכן יאמר סדר הקרבת קרבן הפסח אשר עין בעין: נדפס באדרינופולי קרית מלך רב סולטאן סוליימאן שנת שד"י: ואחר כן נדפס בכמה מקומות אחרות ׃

1711 R. SALOMON ex familia VIRGÆ sapiens Medicus, composuit librum, cuius Titulus est שבט יהודה *Scèueth Iehudà*, id est *Virga Iuda*. Tractat de tribulationibus, expulsionibus, alijsque calamitatibus, sicut scriptum inuenit in libris Aui sui R. Iudæ Abèn Virgæ, & in alijs libris Auctorum, quas in diuersis Orbis partibus passi sunt Iudæi, Antonini Imperat. tempore. Et deinceps numerantur 64. Narrationes, seù Historiæ, quibus varia accidentia, occisiones, & cædes recensentur. Continet etiam Disputationes aliquot inter Iudæos, & Christianos habitas tùm in Italia, tùm etiam in Hispania, sed nimis infideliter omnia recenset, est tamen lectio curiosa, etsi mendacijs referta. Deinde sequuntur decem Capitula de Templo Salomonis, eiusque stru-

rum currilium, & duodecim millia equestrium. De hordeo verò dicitur; *Hordeum quoque, & paleas equorum, & iumentorum, deferebant in locum Vbi erat Rex, iuxta constitutum sibi.* De Salomone mentionem fecimus suprà Par. II. p. 223. Par. III. p. 591. 574. 552. 502. 400. 381. & in hac Par. IV. p. 345.

ר' שלמה דוראן בר' צמח

חבר ספר חשק שלמה ׃

1708 R. SALOMON DVRA'N BAR R. TZE'MACH scripsit librum, quem nuncupauit חשק שלמה *Chèscek Scelomò*, *Desiderium Salomonis*, Titulus ex 1. Regum 9. 19. Est expositio in Prouerbia Salomonis cum duplici Indice, altero locorum Sacræ Scripturæ, altero *Maamarim*, Historiarum, & dictorum antiquorum Rabbinorum; Claruit Auctor anno mundi 353. minoris supput. Christi 1593. quo tempore librum composuit. Excus. Venetijs apud Petrum, & Laurentium Bragadinos, in domo Ioannis Coleonis, in 4. anno 383. min. supput. Christi 1623. cum textu charactere quadrato, & suis punctis instructo, posita in libri vestibulo Præfatione satis prolixa R. Simeonis Bar Tzèmach Duràn fratris Auctoris filij. Perperam Plantauitius attribuit Rabbi Iochanàh Allemàn.

ר' שלמה המיאס

כתב פירוש על ס' תהלים: נדפס בויניציאה שנת ש"ט לפ"ק ׃

1709 R. SALOMON HATHIA'S scripsit Commentarium in Psalmos. Excus. Venetijs anno 1549. in fol. adiecto textu punctato.

Ieremiæ cap. 3. 1. cuius ipse meminit in suo libro *Scèueth Iehudà* n. 50. circa fin. In eo ferè de eodem argumento tractare videtur, nam dum ibi recenset afflictionem populi Iudaici in Ciuitate Toletana tempore D. Samuelis ן׳ שושן *Abèn Scioscin*, qui annuatim suppeditabat oleum pro Synagogis Ægypti, & Terræ Hierosolymorum; auctoritate tandem R. D. Samuelis Nasì de familia Dauid sublata est. Hæc prolixè recensentur in libro citato. Sententiam huius Auctoris notatu dignam inuenio de Hebræorum studijs talia proferentis: *Hebræi haud dissimiles sunt ijs, qui ex collisis acritèr silicibus ignem agrè eliciunt; multum quidem laborant, sed parum promouent: & illud ipsum parum propemodum nihil est, Iudæorumque studia nunc perinde se habent, ac si quispiam ex collisis acritèr silicibus scintillas excutiat, quæ partìm in sublime feruntur, atque eo ipso quo sublimia petunt, pereunt; partìm Verò in terram decidunt, atque subitò extinguuntur.*

רבי שלמה בן חנוך אלקוסטנטיני ת״ו ד׳

בעל פירוש כפי מקובות על פירוש לספר הפסוקות על דרך הפילוסופיא וקראו ספר מגלה עמוקות ויש ספר לספר בי׳ על עמוס ג׳ :

1712 R. SALOMON BEN CHANO'CH CONSTANTINOPOLITANVS scripsit Expositionem Philosophicam sub nomine מגלה עמוקות *Meghallè amukòth*, *Reuelans profunda*, Tit. ex Iob 12. 22. qua nonnulla Pentateuchi loca magis difficiliora elucidantur, & quæ ab antiquis Rabbinis præter rationem erant explicata, & narrationibus hyperbolicis, & portentosis figmentis exarata. Composita est in Ci-

structura. In primo agit de materia, & qualitate lapidum, &c. 2. De loco; 3. De Artificibus; 4. De sumptibus; 5. & 6. De mensuris; 7. De domibus; 8. De portis; 9 De ministrantibus; & 10. De seruitute sancta, seù de Sacrificijs, & festiuitatibus Hebræorum. Post hanc descriptionem sequitur quædam Disputatio inter Don Alphonsum Lusitaniæ Regem, & D. Iosephum ן׳ יחייא *Abèn Iachijà* de Religione; & quædam alia mendaciorum plena, vt cùm dicitur, quòd omnes Cardinales, & Principes simul conuiuantes, exorto terræmotu, corruentibus omnibus simul, vnico momento mortui sunt, eò quia apud Summum Pontificem, Hebræorum expulsionem Roma procurauere; & sic absoluitur liber. Excus. primò Adrianopoli Vrbe magni Regis Sultani Solymani anno 314. min. supput. Christi 1554. in 4. & postea Amstelodami anno 408. minor. supputat. Christi 1648. apud Manassem Ben Israëlis, in 8. & iam pridem Cracouiæ anno mun. 5351. Christi 1591. Latinè eum vertit Georgius Gentius omissa Præfatione Auctoris, sub titulo: *Historia Iudaica, res Iudæorum ab euersa Aede Hierosolymitana ad hæc ferè tempora vsque complexa*. Amstelodami anno 1651. Nouam editionem eius Hebraicam nitidissimè editam ibidem anno 415. minoris supputat. Christi 1655. studio FF. Rabbinorum Raphaelis, & Abrahami filiorum Danàni, in Officina Immanuelis Benbenasti excusam ait Carpzouius in Notis ad Schickardi Ius Regium c. 1. p. 80.

Præter *Scèuet Iehudà* scripsit etiam שבט עברתו *Scèneth Nghewrathò*, id est *Virga indignationis suæ*. Tit. ex Thren.

Ciuitate Burgensi anno mundi 5113. Christi 1353. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana iu 4. Papyr. sub num. 339.

ה' תצ״ן ר' שלמה בן טוראת
תלמיד הרשב״א חבר ספר חקות הדיינים סכה ג' ולמן קבלתי
שכתב ר' שלמה חולן וכן כתב סכר רבי יום טוב הספרדי בספר
חקות הדיינים :

1713 R. SALOMON BEN TAZRA'TH discipulus *Harischà*, id est R. Salomonis Ben Adèreth, scripsit librum, quem vocauit חקות הדיינים *Chukòth Hadaijanìm*, *Statuta Iudicum*, quomodo se debeant gerere Iudices in iudicijs. Msc. anno mundi 5090. Chr. 1330. Auctor *Iuchasin* pag. 133. b. asserit se inuenisse huius libri Auctorem fuisse R. Iom Tòu Hispalensis, seù de Siuiglia. Et alij existimant esse Rabbì Meir de Rottenburg.

ה' תס״ד ר' שלמה בר' יהודה
גבירול הספרדי חבר ספר תקון הנפש ועוד
שאר ספרים :

1714 R. SALOMON BAR R. IVDÆ GEBIROLIS HISPANVS scripsit librum, cui Titulum imposuit תקון הנפש *Tikùn hannèphesc*, *Ordinatio Animæ*. Sunt 66. Capitula de Vita spirituali, Extat msc. in Bibliotheca Vaticana in 4. Papyr. Plura vide suprà in *R. Salomon Ben Gebiròl*.

ה' תתמ״ה ר' שלמה בר' יהודה
ן' תבון חבר פירוש על התורה ושנוי וקוו המים :
במקום אשר אמר הפסוק ... ספר ... ן' תבון ורבינו
משה ן' תבון חבר ספרים רבים ומהם ספר לקט : שבחות ומ'
באות : וספר הקנינים : וספר הכולל : וספר המלך : ומ'

ספר ורבים והעתיק ס' אוקלידס מערבי לעברי בעיר מונפליאר
כמו ש' שלמה ן' יחייא : שלשלת הקבלה :

1715 R. SALOMON BERABBI' IVDÆ ABE'N TYBBO'N, qui composuit Commentarium in Legem, & specialiter in locum illum, *Congregentur aquæ in locum vnum*. Auctor *Scialscèleth hakabbalà* asserit vidisse, quòd huiusmodi Auctor fuit R. Salomon Abèn Tybbòn, & Rabbènu Moscè Abèn Tybbòn, qui composuit quamplurimos libros, vti לקט *Lèket*, *De spicilegibus*, de quibus in Leuit. 19. 9. שכחות *Sciechachòth*, *De quibus oblita sunt*, פאה *Peà*, *de angulo*; הקנינים *Hakininìm*, *De habitibus animi acquisitis*; הכולל *Hachullèl*, *de Vniuersalibus*; המלך *Hammalèch*, *de Consiliarijs*. Composuit etiam librum 10. *Verborum*, hoc est de 10. Prædicamentis, & transtulit librum *Euclydis* de Arabico in Hebraicum in Vrbe Mompelier an. à mundo condito 5030. Christi 1270.

ה' תתצ״ה ר' שְׁלֹמֹה ן' יחיון חבר ספר
ונזכר בס' שלשלת הקבלה דף מ״ב : ע״ב :

1716 R. SALOMON ABE'N IACHIV'N scripsit librum, cuius meminit R. Ghedalia Abèn Iachia in suo libro *Scialscèleth hakabbalà* pag. 42. b. in quo fit mentio de natiuitate הרמב״ם *Harrambàm*, dicit enim quòd natus sit anno mundi 4895. Christi 1135. & mortuur anno 4965. Chr. 1205.

ה' תתס״ה רבי שלמה ן' יחייא
חבר על הדקדוק ועל הפילוסופים ואת ספר הכו׳ :

1717 R. SALOMON ABE'N IA-

buit, sed aliquando vsus est doctrina R. Iosephi Abèn Gheàth, Ràu Alphès, & Abèn Megàs, quibus Magistris egregius Doctor euasit. Acerrimi ingenij Iuuenis fuit, ita Sacræ Scripturæ studio addictus, vt nil eum lateret, quod ante illum in Sacram Scripturam scripsissent Rabbini. Grandæuus factus, & annum agens 30. diuersis Orbis Regionibus peragratis, in Italiam venit, inde in Græciam profectus, Hierosolymam perrexit, totamque Terram Sanctam lustratus est; postea Ægyptum petens (inquit Auctor *Catena Cabala*) Mosem Ægyptium vidit; sed si vera sunt tempora natiuitatis R. Salomonis, & R. Mosis Ægyptij, quæ ab eodem Auctore assignantur, clarè apparet non potuisse R. Salomonem videre Mosem, cùm iste adhùc puer esset in Hispania, vbi anno mundi 4895. vt ibi dicitur, natus est. Ægyptum relinquens, circumiens Persarum Regnum, per Tartariam, Moscouiam, aliasque Septentrionalium Regionum vias, in Germaniam venit, inde in Patriam reuertitur expleto suarum peregrinationum anno sexto. Vxorem duxit, à qua tres filias tantùm suscepit, quarum prima nupsit Rabbi Meir; secunda R. Iudæ Bar Nachàn, abbreuiatè cognomento ריבן *Riuàn*; tertia Rabbènu Ephràim. Omnes tres isti fuerunt Viri sapientes, & multa scripserunt, vt suo loco videri potest. Solùm hìc annotandum duxi, quòd Rabbì Meir est ille met, de quo suprà mentionem fecimus, qui fuit Pater Rabbì Sampsonis abbreuiatè dicti רשבם *Riscbàm*; fuit etiam Pater Rabbènu Tham, vnius ex Auctoribus Tosaphòth, & alterius R. dicti Iacob Bar Meir abbreuiatè

IACHIIA' scripsit quædam Grammaticalia, & alia Philosophica. Obijt anno mundi 5303. Chr. 1543.

ד' קס"ט ר' שלמה יצחק הנקרא
רשי מעיר אלוניר הכהן ושמואלים בכרמת לו
פירושים באלף גרמת קבלתו מהרבנים שהיו קודם לו בספר כמו
ר' אלעזר ב"ק כמו שכתב בעל ספר שלשלת הקבלה דף מ"ב עמוד
ב' ; ולא מצאנו שהיה לו רב אחד מובהק אלא ר' יוסף ן' גיאת
והר"ף ון' מיגאש שהיו רבותיו ; והיה חכם גדול בתורה ברפואה
והיה גם בן חכמה פרשנדתא הנ"ל מהרמב"ם ורמי הנקרא
בן כ"ל ראה חכמי ישראל והיה בגלות הכפר שנים ונלה באטליאה
ואלה יון וארץ הקדש ועבר בארץ מצרים ושם ראה הרמב"ם והגדולים
בביתו ימים רבים : ואחר כתרתו כי במקומות לא קם כמוהו
במלכות צרפת : וכן חבר בחת ספרים ש"ת : וכתב פירוש על
כ' ספרים הרבה ועל כתב מסכתות של גמרא ; והובא בעירו
במדינות בספר ע"ה : עיין בספר יוחסין דף קס"ב עמוד ב' ;
ושלשלת הקבלה דף ס"ב עמוד ב' ובולם ;

1718 R. SALOMON ISAACITES cognomento *Rascì*, nomine contracto, & ex initialibus trium priorum vocum literis composito. Nascitur in Ciuitate *Lunir*, quod est Oppidum Prouinciæ Aquitaniæ, vbi Iudæos mansisse testatur D. Gregorius lib. 3. epist. 21. & à quo cognomen assumpsit ירחי *Iarchì Lunaticus*. Aliqui dicunt fuisse ex Trecensi Galliæ Vrbe. Annus natiuitatis eius ignoratur, sed tempore R. Mosis Ægyptij vixisse pro certo habent nonnulli apud Auctorem שלשלת הקבלה *Catena Cabala*; quòd si ita esset, viuebat circa annum Domini 1100. imò ibidem Rabbì Ioseph Iachijà Auctor dicit quòd natus sit anno ab Orbe condito ד' אלפים תתס"ה 4865. Chr. 1105. in Vrbe Treuis, seù Trecis in Gallia in Prouincia Narbonensi, vel in Linguadoca. Fixum aliquem Præceptorem non ha-

finis creationis, sed potiùs cultus Diuinus, & promissio cælestis hæreditatis, quia non propter locum Gentem, sed propter Gentem locum Deus elegit, vt habetur 2. Machab. 5. v. 19. Secundò; cùm dicant Hebræi, Legem esse finem omnium, quæ in toto Pentateucho explicantur, & omnia ad eam ordinari; si velint creationem idcircò præponi, vt Deus ostendatur Dominus omnium, & potuisse terram promissionis dare cui voluisset, Lex à principali fine excluderetur; & terræ promissionis collatio esset finis, quod est inconueniens. Tertiò, vel Deus in creatione mundi manifestat se Dominum omnium Hebræis tantùm, vel Hebræis, & Gentilibus simul; si Hebræis tantùm, cæteræ Gentes non agnoscent Dei dominium; si etiam Gentibus, cùm istæ non recipiant Legem Iudaicam, negabunt omnia Iudæorum principia, & potissimùm illud de creatione mundi, sicut fecerunt omnes ferè antiqui Philosophi peripatetici cum eorum Principe Aristotele: vnde primaria causa incipiendi Pentateuchũ à creatione mundi, non est ea, quam assignat R. Salomon. Denique *Mensis iste &c.* non est primum præceptum Legis, cùm doceant Hebræi esse primum præceptum, *Crescite & multiplicamini.* Sic in Talmud: *Sèder nascìm*, Ord. 3. *De Mulieribus*, *Massacthà Ieuamòth*, *Tract. de Leuiris*; *Pèrek 6. cap. 6.* incipit הבא על יבמתו *Hauà al ieuimthò*, *Ingreditur super fratriam*. Idem asserit R. Moses Bar Maijmòn dictus Ægyptius Tract. *Nascìm*. *Halachòth isciùth*. *Pèrek 15*. *Sèpher Mitzuòth hakatàn simàn 286*. *E'uen hanghèzer, simàn 1*. Vide plura in עבודת הלוי *Ngheuodàth Halleuì*. Item, ריב״ם *Riuàm* alterius Auctoris Glossæ Tosaphòth. Talmudicam, & Ghemaræ doctrinam apprimè calluit, vnde componens primò postillam in totam Sacram Scripturam, illam traditionibus Talmudicis, & portentosis commentationibus ab eo, & Rabbinorum antiquorum lacunis excerptis, vel fœdauit, vel sinistrè intellectam posteris reliquit. Vt autem ab vngue dignoscatur Leo, placeat hic paucissimis verbis postillam in verbo בראשית *Berescìth* refellere.

Initio Genesis proponit hanc quæstionem: Cur Deus voluerit vt Moses Legis Pentateuchum inciperet à creatione mundi? Cùm enim in toto suo volumine non intendat aliud nisi Legem, & Præcepta, conuenientiùs videbatur inchoare à primo præcepto Legis, nempè à cap. 12. Exodi, *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni, &c.* vnde dicit לא היה צריך להתחיל את התורה אלא מהחדש הזה לכם שהיא מצוה ראשונה שנצטוו בה ישראל: *Non erat necesse incipere Legem, nisi ab* (illo loco) Mensis iste vobis &c. *quia istud est primum præceptum traditum Israëli.* Et respondet, quòd incæpit à creatione mundi, propter hanc causam, vt scilicet ostenderet, Deum esse Creatorem omnium, & potuisse dare in hæreditatem terram Chananæorum populo suo Israëli, expulsis septem populis, qui eam incolebant; incæpit igitur à creatione hoc fine, vt virtutem operum suorum annuntiaret populo suo, vt daret illis hæreditatem Gentium, vt habetur Psalmo 110.

Hæc Commentatio refellitur primò, quia donatio terræ promissionis non est

ċta ſufficiant, qui ob elegantiam ſermonis, ſtylumque laconicum, Princeps Expoſitorum habetur apud Iudæos. Vnde quia ex initialibus literis nominis, & cognominis ipſius vocatur ר״שי Raſcì, nonnulli aliàs interpretari debere exiſtimarunt ראש שבטי יהודה Roſc Sciuthè Iehudà, id eſt *Caput Tribuum Iudæ*; alij vocant פרשנדתא *Paraſciandatà*, hoc eſt *Paras datà Explanauit Legem*, ex nomine primi filij Aman, Eſther cap. 9. verſic. 7. quibus innuitur illius præſtantia in exponendis ſacris literis. Stylus ipſius, quem ſeruauit in poſtilla Biblica eſt ſuccinċtus, plerumque literalis, tamen aliquibus in locis ob eius obſcuritatem, alium Interpretem deſiderat; hinc alij extiterunt, qui ביאורים *Biurìm Elucidationes* ſuper *Raſcì* ſcripſere, inter quos R. Nun Hardanah, & R. Elias Mizrachì, Orientalis. Et ſi nil ferè relinquat ex portentoſis expoſitionibus antiquorum, quorum Auċtores ſæpè citat, fortaſſis ne videatur Auċtor fabularum. Expoſitiones verò literales, vel morales ſibi appropriat, quamuis has ſicut illas, omnes ab antiquis deſumpſerit. Eius exemplaria extant impreſſa Hebraicè in aliquot Veteris Teſtamenti libros, nempè in quinque libros Moſis, in Ioſue, Iudicum, Ruth, Samuelis, Regum, & Paralipomenon: in Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem, duodecim Prophetas minores, in Pſalterium, Cantica Canticorum, Lamentationes Ieremiæ, Eccleſiaſten, Eſther, Eſdram, & Nehemiam. Expoſitio in Pentateuchum reperitur excuſa Amſtelodami an. 404. min. ſupp. Chr. 1644. opera & ſtudio R. Manaſſe Ben Iſraël, in 4. & alibi. Commentaria in Cant. Canticor. verſa ſunt in linguam

Item, Noë data ſunt præcepta; item, Abrahamo, quandoquidem præceptum feriandi in Sabbatho, & Circumciſionis ſint antiquiora aſſignato; imò ipſis filijs Iſraël præceptum fuit ſacrificandi in deſerto via trium dierum, vt dicitur Exod. 3. 18. ergo non fuit primum præceptum החדש הזה לכם ראש חדשים וגו׳, *Hachòdeſc hazè lachèm roſc chodaſcìm Vegom. Menſis iſte Vobis principium menſium, &c.*

Ad illud Pſal. 110 כח מעשיו הגיד לעמו לתת להם נחלת גוים : *Còach manghaſſàu highìd lenghammò: latèth laèm nachalàth ghoìm*, *Fortitudinem operum ſuorum annunciauit populo ſuo, vt det illis hæreditatem gentium*. dico quòd loquitur de fortitudine operum, quæ per manum Moſis fecit in Ægypto, in Mari rubro, & in deſerto, & iſta annunciauit & fecit, vt daret populo ſuo hæreditatem Gentium Chananæorum, & quòd de iſtis mirabilibus loquatur Pſalmus, patet ex verſu: פדות שלח לעמו *Pedùth ſcialàch langhammò*, *Redemptionem miſit populo ſuo*, id eſt per manum Moſis; de qua redemptione loquitur ipſe Moſes Deuter. 7. 8. *Sed quia dilexit Vos Dominus, &c. eduxitque Vos de manu forti*, ויפדך מבית עבדים מיד פרעה מלך מצרים : *Vaiphdechà mibeth nghauadìm mijad Paranghò Mèlech Mitzràim*, *Et redemit ſe de domo ſeruorum, de manu Pharaonis Regis Aegypti*.

Cęterùm R. Salomon affert hoc commentum ex nomine R. Iſaac; refertque illud etiam in Pſal. 3. ex *Midràſc Tanchumà*; at in *Bereſcìth Rabbà*, *Paraſcià* 1. *Sèder Bereſcìth* circa initium proponitur à R. Ioſuè de Sacheni nomine Rab Leuì. Et hæc de fabuloſis, ac inanibus R. Salomonis Iarchì Commentis di-

dinis in מסכת קדשים *Massèchetb kodascìm*, זבחים *Zeuachìm*, חולין *Cholìn*, מנחות *Menachòtb*, בכורות *Bechoròth*, ערכין *Erachin*; תמורה *Temuràh*, כריתות *Cherithòth*, מעילח *Menghillà*, תמיד *Tamìd*. Sexti Ordinis in מסכת זהרות *Massèchet Zaharòth*, & נדה *Niddà*. Reliqua *Massachiòth* non habent Ghemarà, hinc super illa non scripsit R. Salomon. Item scripsit in פרקי אבות *Pirkè Auòth Capitula Patrum*. Extant msc. in Bibliotheca Vaticana in fol. Pergam. & Papyr.

Solebat in itinere ad Ciuitates diuertere, vbi fuissent Academiæ, Sapientes audiebat, cum illis disputabat, illorumque decisiones in folio annotabat; dum autem in Europa fuit, peragrando per diuersas Academias, decisionem quæstionis propositæ in folio annotatam sine nomine Auctoris in Schola latentèr proijciebat, & sic in omnibus ferè Vniuersitatibus Hebræorum faciebat, quæ folia recollecta fuerunt ab Auctoribus Glossæ Talmudicæ dictæ *Tosaphòtb* in vno quinternione, & suis quisque locis insertæ sub nomine quaternionis. Vnde quando in præfata Glossa dicitur, *sic ait quaternio*, intelligitur de quaternione doctrinæ R. Salomonis Iarchi.

Scripsit quoque librum ש"ת *Sceèloth Tesciuuòth Quæstionum & Decisionum legalium*, qui impressus dicitur; at ego illum non vidi, sicut nec vidi alium Astrologicum sub ipsiusmet Auctoris nomine. Dicitur etiam composuisse alium librum, quem vocauit פרדס *Pardès*, qui impressus non est.

R. Abraham de Balmis facit R. Salomonem Iarchì Auctorem libri nuncupati לשון למודים *Lesceòn lemudim*, *Lingua eruditorum*, Tit. ex Isai. 50. ver. 4. Est Grammaticam Latinam à Gilberto Genebrardo. Excus. Paris. an. 1570. apud Marinum Iuuenem, in 4. Idem vertit Expositionem in Ioëlem, excus. ibid. apud eundem cum versione Latina anno 1563. Commentaria in Abdiam, Ionam, & Sophoniam in Latinum versa sunt ab Ar. Pontaco Burdegalensi, cum alijs excusa Parisijs apud Marinum Iuuenem anno 1566. in 4. Eius expositio in Esther in Latinum translata ab Henrico Aquino reperitur excus. Paris. cum Notis anno 1622. in 4. Absoluta expositione totius Sacræ Scripturæ, aggressus est Commentationem Operis Talmudici, & clariori, elegantiorique stylo exposuit omnes ferè מסכתות *Massachiòth*, id est *Tractatus*, qui habent Ghemarà, videlicet -

Scripsit in מסכת ברכות *Massèchetb Berachòtb* primi Ordinis. In מסכת מועד *Massèchetb Moëd*, שבת *Sciabbàtb*, עירובי *Iruuìm*, פסחים *Pisachìm*, יומא *Iomà*, סוכה *Sukkà*, ביצא *Betzà*, ראש השנה *Rosc hasciana*, תענית *Taanith*, מגלה *Meghillà*; מועד קטן *Moëd katòn*, חגיגה *Chaghighà*, secundi Ordinis. Tertij Ordinis in מסכת נשין *Massèchetb Nascìm*, יבמות *Ieuamòtb*, כתובות *Chetuuòth*, קדשין *Kidduscìn*, גטין *Ghittìn*, נדרים *Nedarìm*, נזיר *Nazìr*, סוטה *Sotà*. Quarti Ordinis, in מסכת בבא קמא *Massèchetb Bauà Kamà*, בבא מציעא *Bauà Metzià*, בבא בתרא *Bauà Bathrà* à capite primo vsque ad caput octauum. Cętera morte præuentus non potuit absoluere, sed eius Nepos R. Sampson fil. R. Meir abbreuiatè dictus הרשבן *Harischàn* prosecutus est, videlicet מסכת סנהדרין *Massèchet Sanhedrìn*, מכות *Makkòth*, שבועות *Scieuunghòt*, הוריות *Haoraijòth*, עבודה זרה *Auodà zarà*. Quinti Or-

Vrbe Treuis in Gallia annum agens 75. eius cadauer postea translatum in Boëmiam. in Vrbe Pragensi sepultum fuit anno mundi 4940. Christi 1180. supra eius sepulchrum lapideus titulus vsque in hodiernum diem visitur. De eo in tota hac nostra Bibliotheca Magna Rabbinica pluribus in locis mentionem fecimus. maximè Par. I. pag. 8. colum. 1. & pag. 16. col. 1. Par. III. pag. 716. & pag. 553.

ה׳ תי״ב　ר׳ שלמה בן יצחק ממרינו חבר ספר תיקון עולם וגם פירוש על ישעיה :

1719 R. SALOMON BEN ISAAC DE MARINO scripsit Explanationem in Isaiam Prophetam, quam vocauit תיקון עולם *Tikùn Olàm*, *Ordinatio Mundi*. Excus. Veronæ anno 412. minoris supput. Christi 1652. apud Abrahamum אורטונה Ortonà.

ה׳ ת״כ　ר׳ שלמה ירושלמי חבר ספר בתי שלום ואהלי קדר :

1720 R. SALOMON IERVSCIALMI composuit Calendarium nuncupatum בתי שלום *Battè scialòm*, *Domus pacis*. & alium Arabicum nuncupatum אהלי קדר *Oholè Kèdar*, *Tentoria Cedar*.

ה׳ תס״ב　ר׳ שלמה הירש כתב ויבא נגד הכופרים :

1721 R. SALOMON HIRSCH scripsit pro sua infidelitate, Germanica lingua. Testatur Boombeek pro conuicendis Iudæis pag. 27.

Grammatica Hebræa, excus. Constantinopoli in 4. anno 1506. Item dubitatur an ipse fuerit Auctor explanationis libri סדר שבועות *Sèder Scieuuòth*, *Ordinis Iuramentorum*; certum est enim huius Auctorem fuisse R. Salomonem, sed non exprimitur quis sit iste Salomon. cùm autem R. Salomon Iarchi sit cæteris Rabbinis huiuscemodi nominis celebrior, hinc vsus inualuit, vt quando dicitur *R. Salomon* sine addito, potiùs intelligatur de R. Salomone Iarchi, quàm de alio: vt cùm dicitur *Apostolus* intelligitur Paulus, & cùm dicitur *Vrbs*, intelligitur Roma. Diuertit etiam aliquando apud Rectorem Synagogæ Granatensis in Hispania, & in gratiam ipsius scripsit librum de Regimine Reipub. illumque vocauit ס׳ הפרנס *Sèpher Happarnàs*, *Liber Gubernationis*; addit Auctor *Scialscèleth*, quòd non solùm R. Salomon fuit insignis interpres Sacrarum literarum, & Ghemaræ, sed etiam Medicus, & peritus Astrologus. Intellexit ferè omnes linguas extraneas, quibus in suis Glossis & postillis, potissimùm in Sac. Script. vtitur pro elucidandis nonnullis difficilioribus vocabulis, quæ magis obscura redduntur, cùm non ita facilè hodie intelligi possint ea antiqua vocabula vel Gallica, vel Italica lingua conscripta, cùm ex incuria Librariorum, deprauata, ac corrupta existant. Tandem adeò elegantèr, & doctè exposuit omnia ad Legem, & ritus Hebraicos pertinentia, vt consternatus sit Moses Ægyptius intuendo Commentaria R. Salomonis, in sua Epistola dicta *Ighèreth Harrambàm* exclamat: *Multa alia Commentaria scripsissem, nisi prauentus à Gallo* (intelligens R. Salomonem) *fuissem*. Obijt in

א׳ תתקכ״ב ר׳ שלמה כהן כתב שאלות ותשובות :

1722 R. SALOMON SACERDOS scripsit ש״ת *Sceèloth vutescinuòth*, *Quæsita, & Responsa legalia.*

א׳ תתקכ״ג ר׳ שלמה הלוי בן אלקבץ חבר ספר מנות הלוי והוא פירוש על מגלת אסתר וחברו בארעא קדישא בצפת תובב״א ונדפס בויניציאה בבית יואן די גארה שנת השמ״ה ובסוף הספר מונחים דברים ודרושים יפים ולסדרן לסדרן חבר ג׳ מפתחות א׳ מהמאמרים , ב׳ מתגימטריאות : ג׳ מהפסוקים הנזכרים המקרים והדרושים הנזכרים לפי כספר הזה על דגלו באותות :

1723 R. SALOMON LEVITA FIL. ALKABETZ scripsit in Ciuitate Tzaphèth superioris Galilææ Commentarios in Volumen Esther, quos vocauit מנות הלוי *Manòth Hallevi*, Titulus ex Nehem. 13. 10. id est *Portiones*, seù *Munera Leui*. Excus. Venet. cum tribus clauibus in fine libri loco Indicis. Prima indicat loca citata ex antiquis Rabbinis, quæ *Maamarim* dicuntur ; secunda, *Meaghematerìòth* ; tertia, *Meapesukim*, loca Biblica demonstrat, anno 345. m. sup. Chr. 1585. apud Ioannem de Gara, in 4. De eo egimus suprà sub nomine *R. Salomon Alkabètz* p. 370.

א׳ תתקכ״ד ר׳ שלמה הלוי נקרא אח״כ כשבא אל מעלת קדוש בגלגלים ומקבליהם ונטבל בעמידו נקרא פאולוס קרטגיניזה בשם לשר בעל ספר משיח ישועה בסכבולס סאנטה מריה קראו גויים לספרו ונזכר רק יה״ עב״ : וכתב תוספות על פירוש ניקולו די לירא על ספרים ולכנם ב״ר וכתב אחמתא של ספרים ונחלק בשני ספרים : ונעשה פיאפסקבו עליו ובתחילתו היה הגמון בעיר ובעמק הגמון בעיר קרטגיניזה ולבסוף בגוים כמרם בעבור הצטיינו כי גם שם ישמעו אתו לדורותם יהיו ולשר עמם יקרא שמו פלטנוא והיו לשר לבן לגמון בעיר בורגוס מקום לבית ;

1724 R. SALOMON LEVITA ex lectione Operum D. Thomę Aquinatis, ad fidem Christi conuersus, PAVLVS CARTHAGENA dictus à Sancta Maria cognomento בורגינעזיס *Burgensis* à Patria, vnde ortum habuit, vocabatur. Ab Auctore libri *Masmià Iesciùa* Prophetia 9. Isaiæ 34. *Attendite gentes & audite &c.* Treuigni Archidiaconus primùm, deindè Carthaginensis Præsul, denique Burgensis creatur ; addita sequentibus annis Regij Scrinij Præfectura : tùm postremò Patriarcha Aquileiæ obijsse dicitur 29. Augusti anni 1435. in Oppido Fossa S. Clementis nuncupato quinque milliaribus distante à Ciuitate Burgensi, in qua sepultus est. Tres filios ex nuptijs reliquit antequam Christianus esset ; *Alphonsum*, qui ex Decano Segobiensi in defuncti Patris locum subrogatus, Burgensis Episcopus efficitur, scripsit de Hispaniæ Regibus Opus non inelegans, cui *Anacephalæosi* nomen dedit ; *Gunsaluum*, qui virtutum merito Placentinus Episcopus creatur, & *Aluarum*, qui cum nobilibus Hispaniæ familijs nupsit.

Scripsit *Additiones notabiles ad Postillas Nicolai de Lyra in totam Scripturam*. Extant cum Postillis Lyrani, Lugduni anno præsertim 1490. & alibi sæpiùs editæ.

Item, *Scrutinium Scripturarum in duos libros diuisum*, quod ex obseruatione Trithemij compleuit sub Sigismundo Imperatore, & Eugenio Papa IV. anno Domini 1434. Excus. Burgis in folio apud Philippum Iuntam anno 1591. De eius conuersione ad fidem, & quo tem-

tempore acciderit egimus suprà Par. III pag. 37. num. 610.

פ׳ קסכ״ס רבי שלמה הלוי מתשלוניקי

חבר מספר דברי שלמה על סדר הפרשיות ׃

1725 R. SALOMON LEVITA THESSALONICENSIS scripsit Conciones præclaras per Sabbatha, & alias festiuitates annuales, quas vocauit מספר דברי שלמה *Misppàr diurè Scelomòh*, *Numerus verborum Salomonis*. Incipit à libro Leuitici Paràs. ויקרא *Vaijcrà*, & sequitur per Parasciòth vsque ad finem Pentateuchi, nempè ad Parasciá האזינו p. 62. Postea sequuntur aliæ Conciones, videlicet vna habita in die *Expiationum* an. mundi השל״ב 5332. Chr. 1572. Pro festo *Tabernaculorum* quatuor, & pro שמחה תורה *Scimchà Thorà*, *Lætitia Legis* vna. Deindè sequuntur aliæ iuxtà seriem Parasciòth, incipiendo à Parasciá בראשית *Berescith* vsque ad ויקרא *Vaijcrà*, & ibi iterùm super eandem Parasciá aliam Concionem habet, & sequitur per eandem alias subsequentes Sectiones, quæ tamen continuatum ordinem non seruant, sed permixtim vna super vnam Sectionem est habita, altera super alteram coram Synagogis. In fine libri exhibetur Tabula copiosa omnium Concionum hoc modo: Primò ponitur nomen Parasciæ, super quam habita fuit Concio; deindè ponitur argumentum Concionis, posteà omnia *Maamarim*, quæ in ea Concione explicantur: subinde pagina notatur vbi Concio reperitur. Post hanc Tabulam sequitur alia omnium versiculorum Sacræ Scripturæ, qui in hoc Opere adducuntur, & explicantur, Omnes istæ Conciones sunt 232. Excusæ Venetijs anno 356. min. supput. Christi 1596. in domo Matthęi Zanetti in fol. Vide suprà ר׳ שלמה בן אליה שרביט הזהב *R. Salomonem Ben Eliæ Sciarbìt hazàu*, pag. 369. num. 1698.

פ׳ קסכ״ו ר׳ שלמה לוריה

חבר ספר חכמת שלמה׃ וס׳ ים של שלמה ׃ וס׳ יריעות שלמה ׃ וס׳ עמודי שלמה׃ וס׳ פתחי שערים ׃ שאלות ותשובות ופירוש על ספר שערי דורה ׃ ומנורת הזהב ׃

1726 R. SALOMON LVRIA EX AVSTRIA Auctor recens scripsit librum חכמת שלמה *Chachmàth Scelomò*, hoc est *Sapientia Salomonis*. Est ferè Epitome totius Operis Talmudici cum correctione errorum, qui in eius editione deprehenduntur. Excus. Pragæ in 4.

Scripsit & librum cum hac inscriptione ים של שלמה *Iàm scel Scelomò*. *Mare Salomonis*. De ijsdem rebus Talmudicis legalibus, & cæremonialibus pertractans,

Scripsit alium librum, cui titulum fecit יריעות שלמה *Ieriòth Scelomò*, *Cortinæ Salomonis*, Tit. ex Cant. Cantic. 1. 5. Est Supercommentarium in librum Elię Mizrachì Orientalis, qui scripsit Declarationem super Rascì.

Item scripsit עמודי שלמה *Amudè Scelomò*, *Columnæ Salomonis*. Est Commentarius in סמ״ג *Samàgh*, hoc est in *Librum Præceptorum magnum*.

Item פתחי שערים *Pitchè scearìm*, *Ingressus Portarum*. Est liber Decisionum legalium diuisus in duas Partes, plures continens Decisiones variorum casuum, iuxta Iuris Talmudici canones, quos quadrato charactere refert, & explicat. Excus. Basileæ typis Conradi Walda-

kilaci anno 359. min. supp. Chr. 1599. in 4.

Item שאלות ותשובות *Sceèloth Vtsciuuòth Quæsita & Responsa legalia* eiusdem Auctoris.

Item Commentaria, seù Scholia super librum שערי דורה *Sciaarè Durà* R. Isaaci Durensis.

Tandem scripsit מנורת הזהב *Menoràth hazàu, Candelabrum aureum*. Est liber Cabalisticus. Moritur anno 5333. Chr. 1573.

א׳ תשכ״ז ר׳ שלמה בן מזל טוב

פירוש התורה : ודרשות בסוף הספר ליום ראש השנה : ליום הכפורים : ליום ראשון של סוכות שמיני חג עצרת : ושירים וזמרות ותשבחות ועבודת הלוי :

1727 R. SALOMON BEN MAZA'L TO'V, seù BONAVENTVRÆ scripsit Commentarios absolutissimos in totum Pentateuchum Mosis. In fine extant tres Sermones. שירים *Scirim &c. Cantica, Psalmos, & Hymnos*. Omnia sunt 292. quibus vtuntur Iudæi in Synagogis, & priuatis domibus, vel occasione Circumcisionis, vel Matrimonij, vel alterius festiuitatis. Excus. Constantinopoli anno 308. min. supput. Christi 1548. imperante Solymanno anno Imperij sui 30.

Item scripsit עבודת הלוי *Auodàth Halleuì, Ministerium Leuì*.

א׳ תשכ״ח רבי שלמה ן׳ מלך הספרדי

חבר מכלול יופי וסוא תוספות על המקרא :

1728 R. SALOMON ABE'N ME'LECH HISPANVS scripsit Commentarium in vniuersa Biblia, eumque appellauit מכלול יופי *Michlòl Iòphe, Perfectio pulchritudinis*, Tit. ex Psal. 50. 2. Explicat vtplurimùm sensum literalem, & est expositio vtilis. Excus. Constantinopoli in fol. an. 314. minor. supput. Christi 1554. in domo Mosis de domo פרנס *Parnès* Medici, apud Chaiìm Ben Iacobi Aschenazì Germani, imperante Sultano Solymanno anno Imperij eius 27.

Est & alius liber cum huiusmodi inscriptione, Auctore R. Samuel Sinà excusus anno 1490. At anno 1567. imprimitur idem liber sub nomine R. Menachem filij Abrahami.

א׳ תשכ״ט ר׳ שלמה מלכו איש היה

מפורטוגל מזרע היהודים ישב כמו בשנת חמשת אלפים רכ״ד לבריאה בא מארץ מרחקים איש יהודי ושמו רבי דוד הראובני והגיע לרומא ודבר עם אפיפיור קלימינטי וימצא חן בעיניו יש אומר כי הוא שר צבא מלך ישראל והיה קצר הקומה שחור ככושי וכמו בן מ״ה שנים והלך ודבר אל מלך פורטוגאל והוליך אותו על ידים כי לא היה יודע לדבר אלא בלשון קדש וערבי : ויאמר למלך איך מלכי ישראל הצוררים מעבר לאלם ומבור גוון היו שולחים אותו לאמר לו אם יש את נפשו להיות עמם כבר שובאים ולתת להם אלים שמכנסים שיש לא יום לכנים אותם ויאמר המלך הכן יעשה : ובהיותו שם העיר רוח בחור א׳ אשר היה ממופרי המלך והיה מזרע ישראל וידבר אלהם דוד : וזה ר׳ שלמה הלך למכתווה לדבר אל קשר קולו ולא נודעו דבריו שמא יאמר איוו השכמה ויברח וזו היה רפואו וכן עשו עם רמן בפיו כי פחד שמא יאמר אותו והקיסר שולין די רבי דוד : והפרד וזה עם : וזה שלמה מלכו חבר כמה ספרים ודרשות בפילוסופיא תורה יסודיה ודרש דורשים בפותה ולשון ונדפס אחד הספר הנקרא בלשם ספרי של מלכת שכינתא :

1729 R. SALOMON MOLCHO' Proselytus Iustitiæ inter vi coactos in Portugallia, fuit Scriba Regis, & Proselytus factus est, cùm lateret, & associauerat se Dauidi Rubenitæ venienti ex Prouincia decem Tribuum, via

terreltri, & Tartaria Magna, quæ illic magna elt à fluuio Gozan; Rabbì autem Salomon memoratus, licèt ab adolescentia sua fuisset prędo Legis Mosis, tamen factus est excellens in illa, atq; publicè in Italia Legem docuit, eamque interpretatus est, atque composuit librum Cabalisticum, vt refert Dauid Ganz, qui asserit vidisse versionem istius libri in manu relicti filij, amici Doctoris R. Nathàn ex Horodna.

Item scripsit librum Concionum, qui habetur in Indice Reginæ Sueciæ, in 4. R. Salomon dictus, eiusque socius Dauid Rubenita locuti sunt cum Rege Galliæ Francisco I., & cum Imperatore Carolo V., eosque rogarunt, vt eorum corda inclinarent ad fidem Israëlitarum; quam ob causam R. Salomon Molchò adiudicatus est comburi Mantuæ anno 5293. Christi 1533.; atque posito freno ori eius, ne quicquam posset loqui, combusserunt eum. Dauidem autem Rubenitam abduxit Imperator secum vinctum compedibus in Hispaniam, ibique truculenta morte sustulit illum. De R. Salomone Molchò agunt R. Ghedalià in *Scialscèleth hakabbàlà* pag. 45. col. 2.

ט' קסל ר' שלמה בן מנחם
כתב עדות לישראל והוא פירוש בספר כוזרי׳

1730 R. SALOMON BEN MENACHE'M scripsit librum cum hac inscriptione עדות לישראל *Edùth Leisraèl, Testimonium Israël*. Titulus ex Psal. 122. 8. Est expositio in librum *Cuzari*. De quo vide in *Cuzari*, Par. III. pag. 61. & 62.

ט' קסלא ר' שלמה בן ר' מרדכי

חבר ספר מזבח זהב :

1731 R. SALOMON BEN R. MORDACHA'I composuit librum, quem nuncupauit מזבח זהב *Mizbèach azàbau, Altare aureum*. Est liber Cabalisticus de confectione Laquearis sacri, quod super Altare aureum fiebat. Excusus Basileæ anno 362. min. supputationis, Chr. 1602. apud Waldkirchiū in 4.

Reperitur alter liber cum eadem inscriptione, cuius Auctor est R. Scem Tòu Lugdunensis, de quo suo loco.

ט' קסלב ר' שלמה בן משה מאלגייאריו
העתיק מלשון ערבי ללשון הקודש מוצא אבן צינא אל ספר השמים ועולם :

1732 R. SALOMON BEN MOSIS DE ALGERIO transtulit ex Arabica in Hebraicam linguam ס' מוצא אבן צינא *Sèpher Mutzà Abèn Tzenæ, librum de Cælo & Mundo*, Auctore Mutzà Abèn Tzenæ Arabo. Diuiditur in sex Partes, seù Tractatus. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

ט' קסלג ר' שלמה בן משה אלגויר
חבר ס' בית אלהים ו

1733 R. SALOMON BEN MOSIS DE FLUMINE ALGHEVIR, Sapiens Physicus, composuit librum inscriptum בית אלהים *Beth Elohìm, Domus Dei*. Tractat de Templo Salomonis, & diuiditur in tres Partes. Prima vocatur שערי צדק *Sciaarè Tzèdek, Portæ Iustitiæ*, habet capita 7. Secunda vocatur בית מדות *Beth Middòth, Domus Mensurarum*. De Mensuris Templi. Tertia desideratur. Extat msc. in Bibl. Vatic.

ט' קסלד

ו' קטלג רבי שלמה בר עלי משוריאה היה תלמיד רבי יונה וכתב פרושים בספר ...

1734 R. SALOMON BEN ELI' DE SORIA, fuit discipulus R. Ionæ, scripsitque quasdam nouellas explanationes in Ghemarà. Moritur anno mundi 5024. Chr. 1264.

ו' קטלג רבי שלמה עטירה
כתב על תהלים :

1735 R. SALOMON ATAIA' scripsit super Psalmos. Eius meminit Genebrardus in sua parua Tabula librorum Rabbinicorum.

ו' קטלג, רבי שלמה פיהרה
כתב ספר אמרי נואש :

1736 R. SALOMON PIERA' scripsit librum אמרי נואש *Imrè nòasc, Verba desperata*. Titulus ex Iob 6. v. 26. Agit de Rhythmis Hebraicis, seù Poëticorum verborum copia. Msc. Hottingeri.

ו' קטלג ר' שלמה בן צמח
חבר ספר אוהב משפט וספר תקון סופרים וספר תפארת ישראל :

1737 R. SALOMON BEN TZEMA'CH tres libros composuit אוהב משפט *O'hev Miscpàt, Amans Iudiciù*. Est expositio in Iob. תקון סופרים *Tikkùn Sopherim, Ordinatio Scribarum*, תפארת ישראל *Tiphèreth Israèl, Gloria Israëlis*; Tit. ex Thren. 2. 1. Est expositio in Esther edita Venetijs.

ו' קטלג ר' שלמה מקושטאנטינה חבר מגלה עמוקות והוא פירוש פילוסופיא בתורה ...

1738 R. SALOMON CONSTANTINOPOLITANVS, scripsit librum nuncupatum מגלה עמוקות *Megallè Emudòth, Reuelans profunda*. Titulus ex Iob 12. v. 22. Est expositio Philosophica in Legem, msc.

ו' קטלג ר' שלמה קמחי הלוי
כתב פירוש על נביאים ראשונים ואחרונים :

1739 R. SALOMON KIMCHI' LEVITA scripsit in priores & posteriores Prophetas.

ו' קטלג ר' שלמה בן בנו של רבינו שימשון כבעל תוספות היה כתבו :

1740 R. SALOMON NEPOS R. SCIMSCIO'N vnus ex Auctoribus *Tosaphòth* fuit in Acco. Hæc Ciuitas etiam hodie Accaròn dicitur; cùm enim antiqui Rabbini distinguerent maria ex sapore piscium, dicit Rasci ad caput 1. v. 10. Geneseon והלא ים אחד הוא אלא אינו דומה טעם דג העולה מן הים בעכו לדג העולה באספמיא: *Et nonne Vnum est Mare? at nonne similis est sapor piscium, qui affertur ex Mare Acconis ab eo, qui adducitur ex Hispaniarum Mari?* Vnde ex subtili Rabbinorum doctrina tot multiplicantur maria, quot sunt pisces diuersi saporis. Quid absurdiùs? Quamplurimi fuerunt Auctores *Tosaphòth* ferè omnes Galli, de quibus pluribi in hac nostra Bibliotheca Magna Rabbinica.

ס' תשמ״א ר' שלמה שמעיה בן ר' נסים יצחק ספורנו

פירוש ל' יהודה מוסקאטו בן ר' יוסף כמו כתוב בפירוש כוזרי בתחלת הספר נדפס בויניציאה שנת שנ״ד :

1741 R. SALOMON SCEMAAIAH BEN R. NISSI'M ITZCHA'K SFORNO', Commentarijs R. Iudæ Muſcati in librum כוזרי *Cuzari* præfixit ſuccinctam Præfationem, vt videre eſt in eodem libro vnà cum ijſdem Commentarijs. Excuſ. Venetijs anno 354. min. ſupput. Chriſti 1594. in 4.

ס' תשמ״ב ר' שלמה ן' תבון

העתיק מלשון ערבי ללשון עברי מלאכת ההגיון של הרמב״ם :

1742 R. SALOMON ABE'N TYBBO'N vertit ex Arabico in Hebraicum Idioma Opus Logicum R. Moſis Ben Maijmonis. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

ס' תשמ״ג רבי שלמה תלמיד

כתב שש כנפים :

1743 R. SALOMON TALMI'D ſcripſit librum inſcriptum שש כנפים *Sceſc Chenaphàim, Sex Alæ*. Sunt Ephemerides ſex Tabulis comprehenſæ.

ס' תשמ״ד רב שמואל

היה ראש ישיבה בנהרדעא מדור ראשון של אמוראים ונפטר בשנת ד' אלפים : חבר תקופות השנה :

1744 RA'V SAMVEL, ille ſcilicet, qui ferè ſemper in Ghemarà coniunctim poſt Ràu nominatur, hoc modo רב ושמואל *Ràu & Samuel*. Fuit Princeps Academiæ in Nahardeàh, ætate prima Amorraitarum; dum præfecturam Academiæ gerebat, è terra Iſraël in Babylonem deſcendit Ràu doctiſſimus Hebraicarum Legum Interpres, ſed modeſtè recuſauit primum locum in Academia Samuelis: poſt obitum Ràu qui & accidit anno mundi 4003. Chriſti 243. omnes eius diſcipuli in Academiam Samuelis diuerterunt. Obijt etiam ipſe anno mundi 4010. Chriſti 250. Eius diſcipuli permixti cum illis qui fuerunt Ràu annotauimus ſuprà pag. 361. in deſcriptione Ràu, qui erant annotandi hoc loco; à ſingulari Embolyſmorum notitia, Samuel Iarchinæus vocabatur. Compoſuit modum inueniendi ingreſſum Solis in 4. puncta Cardinalia ſecundùm eius hypotheſim. Extant Tabulæ mmſſcc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

ס' תשמ״ה רבי שמואל אוזידה בצפת

חבר ס' לחם דמעה והוא פירוש על מגלת איכה : נדפס בויניציאה בבית דניאל זניטו : וכתב אגרת על מגלת רות : וחבר מדרש שמואל פירוש על פרקי אבות :

1745 R. SAMVEL OZIDA' DE TZAPHE'TH ſuperioris Galileæ Ciuitate, fuit inſignis Concionator, ſcripſitque *Expoſitionem in Threnos Ieremiæ*, eamque vocauit לחם דמעה *Lèchem dimàh, Panis lachrymarum*. Excuſ. Venetijs apud Danielem Zanettum in 4.; opera & ſtudio Iſaaci Gerſonis, cum Textu charactere quadrato, & punctis inſtructo, anno mundi 5360. Chriſti 1600.

Scripſit etiam אגרת על מגלת רות *Epiſtolam exponentem libellum Ruth*. Edit. Venetijs.

Pariter ſcripſit מדרש שמואל *Midràſc Scie-*

1748 R. SAMVEL ALGHAZI' BEN ISAAC BEN IOSEPH ALGHAZI' ſcripſit תולדות אדם *Toledòth Adàm, Generationes Adam*. Eſt parua Chronologia, quæ incipit ab Adamo vſque ad annum, quo in Italia combuſti fuerunt libri Talmudici. Excuſ. opera R. Samuelis Ben Moſis Galli, Venetijs anno mundi 5360. Chriſti 1600. apud Ioannem de Gara in 8. Incipit anno à creatione mundi 5343., *& ſexta die illius creatus eſt Adam, & nomen vxoris illius Eua*, eo ſiquidem anno illum compoſuit, nempè Domini 1583; ſeptemdecim annis ante eius editionem. Perperam Plantauitius attribuit hanc Chronologiam R. Samueli Ben Moſis Galli, cùm hic non fuerit Auctor, ſed tantùm illam in lucem protulit,

תמ"ט ר' שמואל בן אלחנן יעקב מן הארקוולטי ספר דגל אהבה וס' מעין גנים נדפס במספר נכבדים : וספר מנורת המאור והכילו אל הדפוס פכת. פכם בויניציאה ועשו סקלמנו וזם כ"ג נוביעבר פכת פמ"כ לפ"ק עליו וזוזן דינסרס : ברק : וכתב פיוט לבריסת מילה ועקאיל ארזי לבנון יפרחו וגו' על פסוק כי שמרו חמרתך וגו' : כמנא בסדור מברכה כמכסב קהלות ליטאליאני רפוס ויניציאה פכת סמ"ג לפ"ק ; וכתב ערוגות הבושם ועוד ספר תרשדוק הדפם במייב פכת סמ"ם ;

1749 R. SAMVEL BEN ELCHANA'N IACOB HARKAVOLTI PATAVINVS, compoſuit דגל אהבה *Daghàl ahauàh, Vexillum amoris*. Tit. ex Cant. Cantic. 2. 4. Eſt libellus moralis, quo Auctor intendit auocare ſuos ab amore illecebrarum ſæculi. Excuſ. Venetijs.

Item ſcripſit מעין גנים *Maaijàn ghanìm, Fons hortorum* in quinque canales effu-

Sciemuèl, Expoſitio Samuelis in Capitula Patrum. Excuſ. Venetijs apud Ioannem de Gara typis Bombergianis in 4.

תשמ"ו ר' שמואל אלבלנאסי ספר דרכי קדש על קל וחומר וגזרה שוה ובנין אב ונדפס עם ס' מהררי נמרים לר' עמנואל הספרדי נדפס בויניציאה שנת ר"ע בבית דניאל ובומבי ;

1746 R. SAMVEL ALBALNASI' compoſuit librum nuncupatum דרכי קדש *Darchè Keilàt kòdeſc, Via Eccleſiæ ſanctæ*. Eius Capitula probantur à minori ad maius, & reperiuntur in libro מהררי נמרים *Maarerè nemarìm, Ex Montibus Pardorum* Rabbi Emmanuelis Hiſpani. Excuſ. Venetijs anno 270. min. ſupput. Chriſti 1510. apud Danielem Zanettum in 4.

תשמ"ז ר' שמואל אלגזי בן ר' משה צרפת ספר ביאור לס' היראים וכתב דרשות וספר הנחומות ;

1747 R. SAMVEL ALGHAZI' BEN R. MOSIS GALLI, ſcripſit explanationem, & Commentarios in librum היראים *Ieraìm*, ſeù *Timentium Deum*, Excuſ. Pragæ anno non notato. Malè ab aliquibus tribuitur hic liber R. Beniamino. Conſcripſit etiam varias Conciones. Pariter ſcripſit ס' הנחמות *Sèpher hannechimòth, Librum de Conſolationibus* in afflictionibus, & calamitatibus huiuſcæ vitæ dandis, & accipiendis. Scripſit quoque ש"ת *Quæſita & Reſponſa legalia*;

תשמ"ח ר' שמואל אלגזי בן יצחק בן יוסף כתב ס' תולדות אדם ;

תנ״נ ר׳ שמואל אליעזר בר
יודא סגל רק״ק אוסטריך חבר ס׳ חידושי אגדות על
כל מקום שלא נתבארו בעל הכונן יעקב אשר לוזן מכל מקום
שלמה ותולדות הספר ומביאר סו׳ תלמוד כסדרתו אשר לכך כי
בדפס פ״ס קק ורנקפורט דמיין בשנת תורת לפ״ק מארץ עבעת
לפרט קטן .

1750 R. SAMVEL ELIE'ZER BEN R. IVDA SEGA'L, hoc est סגל *Sègal Leuiah*, *Antistes Leuiticus* Synagogæ Austriæ, composuit librū חידושי אגדות *Chiduscè aghadòth*, *Nouellarum allegoricarum*. Sunt explicationes eorum, quæ in libro Iacob prætermissæ fuerunt, & nouitèr compilatę secundùm ordinem & stylum Talmudicum. Excus. Francofurti ad Mœnum an. 441. min. supp. Christi 1681. in fol.

תנ״נא ר׳ שמואל אלמוסנינו
כתב פי׳ על פי׳ רש״י על התורה .

1751 R. SAMVEL ALMOSENINVS scripsit super Commentarium R. Salomonis Iarchi in Pentateuchum. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana in 4. Papyr. sub num. 345.

תנ״נב ר׳ שמואל אלקעי מעיר
פטרץ במוריה כתב שו״ת ויקרא משפטי
שמואל :

1752 R. SAMVEL ALKAA'I PATRACENSIS EPIROTA, seù de MOREA, scripsit ש״ות *Sceèloth Vtsciuuòth*, *Quæsita & Responsa Iudicialia*, *& Legalia* sub nomine משפטי שמואל *Miseppatte Sciemuel*, *Iudicia Samuelis*. Excus. Venetijs in fol. 359. min. supput. Christi 1599. cura & diligentia R. Mosis

effusus, Tit. ex Cant. Cantic. 4. 8. Liber quinquaginta Epistolas familiares continens decem pro vnoquoque צנור *Tzenùr Canali*, quarum vigintiquinque responsiones annexas habent. Stylus elegans, & luxuriosus. Excus. Venetijs apud Bragadinum anno 313. min. supput. Christi 1553. in 8. Buxtorfius asserit alium vidisse librum huius nominis, Iosephi del Medico, in quo continentur Responsiones ad Quæstiones quasdam Mathematicas, quas in libro אילם *Ilàm* proposuit.

Scripsit מנורת המאור *Menoràth hammeòr*, *Candelabrum lucis*, quod cæpit proferre in lucem anno 355. minoris supputationis, Christi 1595. Venetijs, & fuit perfectum die 23. Nouembris anno 362. minor. supput. Christi 1602. per manum Ioannis de Garà, in fol.

Scripsit de Circumcisione versu poëtico, & incipit ארזי לבנון *Arzè Leuanòn*, *Cedri Libani*, Tit. ex Psal. 104. ver. 17. super versum, qui incipit: *Eloquia tua*, *&c.* Reperitur in *Sèder Tephillòth*, *Ordine Berachà*, *De Benedictionibus*, secundùm ritum Synagogarum Italicarum. Excus. anno mundi 5373. Chr. 1613. Adhuc eo viuente excussit Grammaticale Opus non contemnendum, quod vocauit ערוגת הבושם *Arugàth habbosèm*, *Area aromatica*, Tit. ex Cant. Cantic. 6. 2. an. Mundi 5338. Chr. 1578.

Item in margine libri ערוך *Arùch* R. Nathani Ben Iechielis apposuit citationem paginæ vnde eruta sunt loca, quæ ex Ghemarà, vel Talmud afferuntur, & reponuntur in hoc *Arùch*, vt apparet in impressione Veneta in fol. apud Aloysium Bragadinum.

sis Ben R. Matathiæ Ben R. Samuelis eius nepotis.

Plantauitius alium librum indicat sub eodem Titulo, & de eadem materia, cuius Auctorem facit R. Samuelem Mutinatem, excusum paritèr Venetijs, sed quia suis asteriscis non est notatus, signum est eum non vidisse, sicut neque nos vidimus.

א' תשנ״ג ר' שמואל אריפול חבר אגרת שמואל וס' ועד לחכמים וס' לב חכם ומזמור לתודה :

1753 R. SAMVEL ARIPOL composuit אגרת שמואל *Ighèreth Sciemuèl, Epistolam Samuelis*. Liber est legalis diuisus in 8. Partes cum luculentissima Præfatione miro artificio Rabbinico composita. Excus. anno 353. minoris supput. Christi 1593. apud Ioann. de Gara, typis Bombergianis, in 4.

Scripsit & Conciones nuncupatas ועד לחכמים *Vaàd lachachamim*, *Conuentus Sapientum*. Excus. Venetijs.

Paritèr scripsit לב חכם *Leu Chàcham*; *Cor Sapientis*. Est expositio in Ecclesiastem. Excus. Constantinopoli.

Est alia expositio eiusdem in eundem librum, quem vocauit שר שלום *Sar Scialòm Princeps pacis*. Excus. Venet.

Tandem scripsit מזמור לתודה *Mizmòr letodhà*, *Psalmos laudis*. Est Commentarius specialis in Psalmum 119. Excus. Venetijs apud Ioannem de Gara anno 356. min. supput. Christi 1596. in 4.

א' תשנ״ד ר' שמואל אשכנזי : עיין ר' שמואל יפה :

1754 R. SAMVEL ASCHENAZI GERMANVS. Vide *R. Samuel Iaphè*.

א' תשנ״ה ר' שמואל אשפיריל חבר ספר מלאכות חבורות לו כתוב אל ר' דוד מן גאון :

1755 R. SAMVEL SPERELLVS, Tractatum Chirurgicum de Vulneribus scripsit ad R. Dauid de Ghiaino. Reperitur in Bibliotheca Vaticana vulgari lingua Cathalonica, & characteribus Rabbinicis Papyr in 4.

א' תשנ״ו ר' שמואל בן בנשתי כתב נחמת בואיציאו :

1756 R. SAMVEL BEN BANA'ST HISPANVS, scripsit נחמת בואיציאו *Nechàmath Boètzio*, *Consolatio Boëtij*. Est elegantissima traductio libelli Boëtij de Consolatione Philosophiæ in linguam Hebræam.

א' תשנ״ז ר' שמואל חייז כתב ספר מבקש השם :

1757 R. SAMVEL CHEII'Z scripsit librum, quem vocauit מבקש השם *Meuakesc Hascem*, *Quærens Deum*. De hoc libro, præter titulum nihil aliud innotescit. Excus. Venet. anno non notato in 4. Ita reperitur in Indice Reginæ Sueciæ.

א' תשנ״ח ר' שמואל חסיד חבר ספר החסידים :

1758 R. SALOMON CHASI'D, composuit librum החסידים *Hachasidim*, *Piorum*. Est liber Ethicus, & Moralis docens modum benè viuendi; olim

olim solo nomine Samuelis designabatur, hodie verò cognominatur חסיד *Chasid Pius*, ex eoquòd filiū habuerit ר׳ יהודה חסיד *R. Iuda Chasid*, in cuius memoriam liber hic titulum *Chasidìm* obtinuit. Floruit hic R. Samuel anno Domini 1180. referente in Chronologia sua Genebrardo, eiusque liber in lucem prodijt primùm Bononiæ, deindè Venetijs, & vltimò Basileæ anno 1581. In Indice Reginæ Sueciæ est in 4.

ס׳ הקבלה **ר׳ שמואל בן חפני** חבר ספר מקח וממכר וכתב פירוש על תורה משה :

1759 R. SAMVEL CHOPHNI CORDVBENSIS, composuit librum cum hac inscriptione מקח וממכר *Mekàch Vmemcàr, Emptio & Venditio*. In eo agit de emptione, & venditione. Aliosq; libros composuit, quorum mentionem facit Auctor *Iuchassin* p. 106. initio, quo testatur ipsum scripsisse contra Harauàd, præcipuè de tempore, quo descenderat Ràu in Babylonem. Obijt an. 1034.

Paritèr scripsit Allegorias super totum Pentatèuchum Mosis, sunt egregiæ expositiones, quæ extant mmscc. in Bibliotheca Vaticana sub num. 359.

ס׳ הקבלה **ר׳ שמואל בר טוביה אשכנזי** אחד מן השמנה בעלי מרדכי ושמותם הם ר׳ מאיר בר ברוך אשכנזי ר׳ יואל הלוי ר׳ יצחק בר אשר ר׳ יצחק בר׳ אברהם ר׳ אברהם בר׳ יואל הלוי ר׳ שמואל בר מאיר ר׳ אברהם בר דוד ור׳ אליעזר בר׳ נתן :

1760 R, SAMVEL BAR TOBIÆ GERMANVS, vnus ex nouem Rabbinis Germanis, qui composuerunt מרדכי *Mordochì*, horum nomina sunt: R. Meir Bar Barùch, R. Ioël Halleuì, R. Isaac Bar Ascèr, R. Isaac Bar Abraham, R. Samuel Bar Meir, R. Abraham Bar Dauid, & R. Elièzer Bar Nathàn; isti cum alijs, qui erant Præfecti, & Magistri in Germania fuerunt Compositores *Mordochì*, quorum iudiciales sententiæ redactæ in volumen, fuerunt postea excusæ in fine cuiuslibet Tractatus, opera R. Alphes sub nomine מרדכי *Mordochì*.

ס׳ הקבלה **ר׳ שמואל יהודה** כתב י״ב דרשות :

1761 R. SAMVEL IVDAS Ràu Synagogę Venetę scripsit duodecī Conciones, quorum maior pars parentalia sunt, reliquæ vel de resipiscentia, vel de prodigioso exitu filiorum Israël de Ægypto, vel denique de laudibus Magisterij Doctoratus, & de χειροτονίαν. Floruit superiori sæculo. Excus. Venetijs anno 348. min. supput. Chr. 1588. apud Ioannem de Gara.

ס׳ הקבלה **ר׳ שמואל בן ר׳ יודא וואליריאו** ס׳ חזון למועד פירוש על דניאל ספר הוגיה לטוב המלומות ביאורו הזה וכולו חברו בעיר המוריאה לוקות בו את הרבים עם לוח בסופו מהפסוקים והמאמרים ודברים הפריים והדרושים הנמצאים בספר כתבנו ונדון בה׳ אים על דגלו באותות וכדמם וכונס בציון רנ״ב בשנת חמשת אלפים שמו ליצירה בויניציאה על ידי זואן די גארה עם אותיות הבומבירגם : וכתב ס׳ יד המלך ופוס׳ פי׳ באסתר:

1762 R. SAMVEL BEN R. IVDÆ VALERII Medicus scripsit Commentarium in Danielis Prophetiam, quem vocauit חזון למועד *Chazòn lemoèd*, id est *Visio testimonij*, siuè *temporis*, vel *fæderis*, Tit. ex Abac. 2. 3. Composuit illum in Morea. In fine extat

nearum dictionum, quæ reperiuntur in libro מורה הנבוכים *Morè Hanneuuchìm*. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana papyr. in 4, & excus. cum eodem *Morè*, quod ipse transtulit ex idiomate Arabico, in quo scriptum fuerat in Hebraicum an. 965. min. supput. Chr. 1205. Pariter vertit ex Arabico in Hebraicum sequentes libros, videlicèt: *Abèn Rasciàd*, de Physico auditu, de Cælo, & Mundo, de Generatione, & Corruptione, de Anima, de sensu, & sensibili; Librum R. Mosis Ægyptij de resurrectione mortuorum. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4. Librum inscriptum אותות השמים *Othòth Hasciamàim, Signa Cæli*. Est Tractatus de Meteoris, compilatus ex Operibus Aristotelis diuisus in 4. Partes. Extat apud me msc. in 8. In fine dicitur quòd fuerit scriptus à Mardochæo Ben Danielis Medici an. 522. min. supput. Chr. 762.

ה' תתקס״ד ר' שמואל יהודי ישראלי

משומד כתב אגרת כנגד יהודים :

1764 R. SAMVEL IVDÆVS ISRAELITA, oriundus de Ciuitate Regis Marochiani abdicato Iudaismo Christũ amplectitur an. Chr. 1200, scripsitq; Epistolam prorsùs Christianam, & eruditam ad R. Isaac Synagogæ Magistrum transmissam de Iudæorum vana expectatione; & quòd Iudæi Messiam, qui venit, se venturum temerè expectent. Fuit translata de Arabico in Latinum per F. Alphonsum Boni hominis Hispanum Ord. Prædic. an. 1348, tempore Benedicti Papæ XII. incipit *Conseruet te Deus*. Habetur msc. in Biblioth. Vatica-

tat Index versiculorum Sacræ Scripturæ, & *Maamarìm*; hoc est Historiarum ex Talmud, ac ex dictis antiquorum Rabbinorum compilatarum. Excus. Venetijs anno mundi 5345. Chr. 1585. in 4. apud Ioan. de Gara typis Bombergianis cum textu quadrato charactere.

Scripsit pariter librum cum hac inscriptione יד המלך *Iad Hammèlech*, *Manus Regis*. Tit. ex Esther 1. v. 7. Est Commentarius in lib. Esther diuisus in 14. Explanationes. Excus. ibidem apud eundem, eodemque anno in 4. In fine extat Index versiculorum Sacræ Scripturæ, qui explicantur.

ה' תתקס״ג ר' שמואל בן יהודה אבן תבון

העתיק פי' הרמב״ם על פרקי אבות מלשון ערבי ללשון הקדש וכתב ס' יקוו המים חבר פירוש המלות הזרות שבמקומו בס' מורה הנבוכים : ואמר שהוא על דרך ונעתק ס' תמות שעשים להרמב״ם מלשון ערבי ללשון עברי ועוד ס' אותות השמים :

1763 R. SAMVEL BEN IVDÆ ABE'N TYBBO'N Granatinus Hispanus transtulit Commentarios R. Mosis Ægyptij in *Pirkè Auòth* ex Arabica in Hebraicam linguam. Paritèr transtulit in eandem linguam librum Philosophicum de principijs rerum naturalium.

Scripsit librum, quem vocauit יקוו המים *Ikkàu Hammaiìm*, *Congregentur aquæ*. Titulus ex Genes. c. 1. Est liber Philosophicus de aquis, & mari, in quo rationibus Philosophicis demonstrare conatur, cur aquæ terram non obruant. Msc. ex Buxtorfio.

Composuit Dictionarium ordine alphabetico, Philosophicarum, & extra-

SEPH EZOBI' ſcripſit Canticum in reſponſione ad alia carmina, quæ ei dicauerat Pater ſuus R. Ioſeph ſub nomine קערת כסף *Kangharath Chèſeph*, *Scutella argentea*. Extat. mſc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

א׳ תשס״ו ר׳ שמואל בן יעקב עססן

חבר ס׳ דבר שמואל וחבר ערך ימים :

1766 R. SAMVEL BEN IACOB A SASA'N compoſuit librum, quem vocauit דבר שמואל *Dèuar Scemuèl*, *Verbum Samuelis*. Eſt moralis complectens nonnullas Conciones. Excuſ. Venetijs typis Danielis Zaneti. In Indice Reginæ Sueciæ reperitur in 4. Alium librum ſcripſit, præmiſſo Titulo ערך ימים *Erech Iamim*, *Longitudo dierum*. Ex Iob cap. 12. verſic. 12. & Prouerb. cap. 3. verſ. 16. Libellus eſt tria dumtaxat capita complectens circa primam puerorum inſtructionem, quibus ſi benè fuerint educati, longitudinem dierum pollicetur.

א׳ תשס״ז ר׳ שמואל יפה אשכנזי בן ר׳ יצחק יפה

חיה גם הוא בעיר קושטנטינה חבר ספר יפה מראה ובו פירושים ודרושים על הגדות ירושלמי נדפס בויניציאה שנת שנ״ט ונדפס בעיון רב על יד ר׳ יוסף פלמינגה במצות השר זואן ברגדין בן אלוויזי ברגדין על יד כהן ביתו אשר פרינן בבית השומן זואן דיגארה בדף שלם :

וחבר ספר יפה קול וכולו פירוש על מגלת שמות רבה נדפס בויניציאה שנת שי״ת ונדפס בעיבה כפוטר ל׳ עמס בר׳ מרדכי זכות :

וכתב בית דין יפה :

1767 R. SAMVEL IAPHE BEN R. ISAA'K IAPHE' GERMANVS In-

na inter Codices mnſſcc. Latinos ſub num. 4074. Papyr. in 4. eamque inſcripſit, *Tractatulus multũ vtilis ad conuincendum Iudæos de errore ſuo, quem habent de Meſſia adhuc venturo, & de obſeruantia Legis Moſaicæ*, vt adnotatur in prima impreſſione, & notat etiam Auctor Bibliothecæ Fratrum Ord. Prædicatorum in *Alphonſo Bonihomio*, quem ſic cognominat. Impreſſa Mantuæ an. D. 1475. vt adnotatur in Proœmio; & conſtat ex 27. Capitulis, ac etiam hodie habetur tàm Latina, quàm vulgari, Hiſpanica, ac Italica lingua ſeorsìm typis excuſa, vel etiam cum aliorum Opuſculis, vt apud S. Antoninum poſt ſecundam Partẽ Chronicorum extra ordinem, & apud Bibliothecam Sanctorum Patrum Tom. 5. vbi dicitur: *Liber de aduentu Meſſiæ, quem Iudæi expectant*; & poſt Scrutinium Scripturarũ Pauli Burgenſis ad finem; Item poſt librum *Zelus Chriſti* vocatum, ſtudio Doctoris Marini Alphonſi Viualdi poſita, & edita.

Italicèque fuit excuſa cum hac inſcriptione, *Requiſitioni profondiſſime, & argumenti ſottiliſſimi del ſapiente Hebreo Maeſtro Samuele, per li quali lucidiſſimamente ſi vede la fede Chriſtiana (a confuſione delli Hebrei populo dura ceruicis) eſſer quella la quale hereditar fa la vera terra di promiſſione, cioè di ſempiterna gloria. In Vinegia* 1544. *in* 8. *per Bartolomeo detto l' Imperador, e Franceſco Venetiano ſuo genero.*

א׳ תשס״ה ר׳ שמואל בן יוסף אזובי

כתב תשובה בשיר שקול אשר עשה לו אביו :

1765 R. SAMVEL BEN IO-

à R. Mosè Ben R. Mardochai Zacùt apud Illustriss. & Eccellentiss. Commissariam Vendraminam, per Antonium Rizinum in fol. opera, & industria R. Menachèm Ben R. Samuèl Iaphè.

Item scripsit בית דין יפה *Beth din Iaphè, Domus Iudicij pulchra*. Liber Rit.

Scripsit etiam ס׳ על תפלות כל השנה *Explanationem super preces totius anni*, via Cabalistica, & Theologica, Extat. msç. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4. De eo mentionem fecimus suprà Par. II. pag. 836. & Par. III. pag. 47.

פ״ קסטס ר׳ שמואל בן ר׳ יצחק פיאה מפדואה עשה הקדמה לספר דרך אמונה לר׳ מאיר בן גבאי:

1768 R. SAMVEL BEN ISAA'K PHEA' PADVANVS scripsit Præfationem in librum דרך אמונה *Dèrech Emunàh, Via Fidei* R. Meir Ben Gabâi. Excus. cum eodem Patauij an. 323. min. supput. Chr. 1563. apud Laurentium Iustinianum, & socios. In 8.

ס״ קסטס ר׳ שמואל אשראלי כתב ספר על גלות היהודים כתיבת:

.769 R. SAMVEL ISRAELITA scripsit de dispersione Iudæorum Tractatum. Habetur Romæ in insigni Bibliotheca Reginæ Sueciæ msc. in fol. Hunc Auctorem eundem esse credimus cum R. Samuele Iudæo Israëlita oriundo de Ciuitate Regis Marochiani.

פ״ קסע ר׳ שמואל כהן מסאלוניקי חבר ס׳ אורים ותומים [illegible]:

1770 R. SAMVEL CO'HEN SACERDOS THESSALONICENSIS incola Constantinopolitanus scripsit ibidem librum cum Titulo יפה מראה *Iaphè Morè, Pulcher aspectu*. In Præfatione huius libri dicit יסדתו אף עשיתיו לבאר ולפרש דברי מדרש רבה על חמשה חומשי תורה *Composui, & feci illum, vt explicarem verba Midràsc Rabbà super Pentateuchû*. Deindè addit composuisse librum ad explicandum לפרש אגדות גמרא הירושלמית *Eloquia mystica Talmudis Ierosolymitani*. Vt intelligatur argumentum huius libri memoria recolendum est, quod alibi diximus de Ammorraitis post Rabbènu Hakkad. compositum fuisse Commentarium libri Rabbòth in Pentateuchum, & post ipsum compositum Talmud Ierosolymitanum à R. Iochanàn, cuius præclara dicta, si non omnia, saltem magna illorum pars desumpta est ex dictis præfati libri Rabbòth. Itaque hic Auctor collegit omnia mystica eloquia, quæ hinc inde in Rabbòth dispersa erant, eaq; in Talmude Ierosolymitano reposuit, & doctè explicauit. Excus. Venetijs an. ש״נ 350. min. supput. Chr. 1590. iussu Ioannis Bragadini fil. Aloysij apud Ioannem de Gara, correctum per R. Iosephum Sanigà in fol. Incipit à Baruch vsque ad Cod. *Niddà*. In fine extat Tabula dictorum, seù eloquiorum mysticorum secundùm ordinem, quo reperiuntur Rabbòth, hoc est secundùm ordinem Pentateuchi, & citantur loca Talmudis Ierosolymitani, vbi eadem explicata reperiuntur.

Item composuit ס׳ יפה תאר *Sepher Iaphè Tohàr Librum pulchritudinis formæ*, & est Commenrarius super Exodum magnum, Excus. Venetijs an. ת״יז 417. min. supput. Chr. 1457. diligentèr correctû

 scri-

scripsit אורים ותומים *Vrìm Vethummìm*, *Illustrationes & perfectiones*. Tit. ex Exod. 28. v. 30. Agit pro Astrologia Iudiciaria contra Mosem Ægyptium, qui illam prohibet, & asserit quòd ipsa in V. T. indicatur per *Vrìm, & Thummìm*. Dicit enim quòd doctrina, & veritas, quę erant in pectorali Iudicij, Exod. 28, 30. Astrologiam Iudiciariam indicabant. Per *Vrìm* enim, id est per *doctrinā*, & *scientiam* Astrorum, quam benè callebat Summus Sacerdos, futura præcognoscebat; & per *Thummìm*, hoc est *veritatem* interroganti respondebat, neque tamen illum fallebat. Vndè asserit nullum in Summum Sacerdotem, nisi Astrologorum peritissimum assumi potuisse. Hoc modo conatur hic Auctor respondere ad omnia argumenta, quæ in Epistola sua contra Astrologiam Iudiciariam adducuntur à Mose Ægyptio. Extat. msc. in Bibliotheca Vaticana Pergam. in 8.

ק׳ קסע״א ר׳ שמואל הכהן צדק

כתב ס׳ נר מצוה וס׳ תורה אור וסוף דרשות :

1771 R. SAMVEL HACO'HEN SACERDOS Iustitiæ scripsit varias Conciones, aliquas nuncupauit נר מצוה *Ner mitzuàh*, *Lumen preceptum*. Tit. ex Prouerb. 6. 22. Excus. Venetijs. Alijs imposuit Titulum תורה אור *Toràhor*, *Lex lucida*, Sunt Conciones in Legem. Excus. Venetijs apud Ioannem de Gara anno 390. minoris supputat. Chr. 1630.

ק׳ קסע״ב ר׳ שמואל לאנייארו

בטוריא במדינת חליב חבר כלי יקר על נביאים ראשונים

טוב עלוד וגדול וכלי חמדה ופוס כי על ספרים :

1772 R. SAMVEL LANIIA'DO in Turia Prouincia Alèp, scripsit Commentarios super Prophetas priores, hoc est super librum Iosue, Iudicum, Samuelem, & Regum, quos appellauit כלי יקר *Chelì Iakàr*, *Vas pratiosum*. Tit. ex Prouerb. 20. 15. Excus. Venetijs an. 368. min. supput. Chr. 1608. apud Ioannem de Gara in fol.

Scripsit etiam כלי חמדה *Chelì chemdà Vas desiderabile*. Tit. ex Ierem. 25. v. 34. & est expositio super Legem, non super Rabbòth, vt ait Plantauitius, qui dicit etiam hunc Auctorem Italum esse. Excus. Venetijs an. 417. min. supput. Chr. 1657. in fol. cura, & studio duorum fratrum R. Leuì, & Isaaci Lanijadi, ex Abrahamo Auctoris filio nepotum, apud Hieronymum Bragadinum, per manum Antonij Coleonis, cui præfigitur duplex Præfatio; prima R. Salomonis filij Abrahami; & secunda R. Leuì Lanijadi.

ק׳ קסע״ג ר׳ שמואל מלומבריקה

כתב ס׳ דרשות :

1773 R. SAMVEL DE LOMBRICA scripsit librum Concionum. In fine dissertè agit de vestimento ציץ *Tzitz*, *Lamina*, seù *fascia*.

Si quæras, quale fuerit hoc vestimentum ציץ *Tzitz*? exhibet tibi scriptura Exodi cap. 28. v. 36. ועשית ציץ זהב טהור ופתחת עליו פתוחי חתם קדש ליהוה:

Et facies laminam auro mundo, & aperies super eam apertiones sigilli: Sanctitas






Hæc figura exprimitur à Salomone Iarchì ad cap. 28. v. 36. Exodi, dum ait היה ב׳ אצבעות מקיף על המצח מאזן לאזן: *Duos digitos lata est, cingens frontem ab aure ad aurem*. Aliam figuram omninò diuersam habuisse, significare videtur Iosephus. Antiquit. lib. 3. cap. 8. his verbis: Περιέχεται δὲ στέφανος χρυσοῦς ἐπὶ τρισοιχίαν κεχαλκευμένος θάλλει δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ, κάλυξ χρυσοῦς, τῇ σακχάρῳ Βοτάνῃ παρ᾽ ἡμῖν λεγομένῃ ἀπομεμιμημένος Ὑὸς δὲ κύαμον Ἑλλήνων οἱ περὶ Τομὰς ῥιζῶν ἐμπειρέως ἔχοντες προσαγορεύουσιν. Quem locū secundùm versionem Gelenij, sic legimus: *Hunc* (pileum) *aurea Corona triplici ordine circumdabat, in qua spectabantur calyculi aurei, quales videmus in herba, quæ apud nos Vocatur dacchарus, apud Græcorum herbarios hyosciamus*. Et post descriptionem hyoscyami, & calyculorum, sequitur; Ἐκ τούτου μὲν στέφανος ἐκκεχάλκευται ὅσον ἀπὸ τοῦ ἰνίου πρὸς ἑκάτερον τῶν κροτάφων, τὸ δὲ μέτωπον

שם

tas Domino. Idem legitur cap. 39. v. 30. & Leuit. 8. v. 9. Vocatur etiam נזר *Nèzer*, quam vocem *Coronam* significare euincitur ex 2. Samuel. 1. 10. ואעמד עליו ואמתתהו כי ידעתי כי לא יחיה אחרי נפלו ואקח הנזר אשר על ראשו;

Et steti super eum, & interfeci eum, quia sciebam quòd non viueret post casum suum: & capi Coronam quæ erat super caput eius. Et 2. Reg. cap. 11. v. 12. ויוצא את בן המלך ויתן עליו את נזר ואת העדות וימלכו אתו וגו׳,

Et eduxit filium Regis & dedit super eum Coronam, & Ornamentum, & Regem constituerunt eum. Significat etiam *florem* à verbo ציץ *Tzitz floruit* à forma, seù ornamento denominationem accipiens. Huius Coronæ communissima materia erat aurum, hinc ציץ זהב *Tzitz Zàhav*, *Lamina aurea* dicebatur. Antiquitùs fiebant etiam Coronæ ex gramine, lauro, floribus, folijs & frondibus; ex spicis, ex hedera, &c. attamen Iudæis Lex præcipiebat non solùm debuisse esse ex auro, sed etiam טהור *mundo*. Exod. 28. v. 36. cuius figuram conspiciendam præbeo.





Ἰώσηπον, ὃ μὲν ἐφιελὶς οὐκ ἔπεισι, λεγέσθω γὰρ οὕτως ὁ κάλυξ. τελαμὼν δὲ ἐστὶ χρύσεος, ὃς ἱεροῖς γράμμασι τοῦ Θεοῦ, τὴν προσηγορίαν ἐπιτετμημένος ἐστί. *Eiusmodi Corona ab occipitio circum tempora vtraq; procedebat: nam frontem isti calyculi non ambiebant: sed ceù locum quoddam latum aureum, quod sacris characteribus Dei nomen incisum habebat.* Stat igitur apud Iosephum Coronam illam fuisse triplici ordine calyculorum ornatam, & licèt hi calyculi non reperiantur in Sacra Scriptura, non nego tamen potuisse esse huiusmodi Coronæ ornamentum. Extabat Dei præceptum insculpendi in anteriori parte Coronæ has voces קדש ליהוה SANCTITAS DOMINO. Exod. c. 28. v. 36. ופתחת עליו פתוחי חתם קדש ליהוה *Et aperies super eam apertiones sigilli Sanctitas Domino.* An verò hæ voces fuissent vnica linea, vel duabus conscriptæ, hoc ad solam Iudæorum curiosam superstitionem spectat.

א' תקע"ד ר' שמואל לטיף חבר סדור התפלות:

1774 R. SAMVEL LATI'F scripsit *Ordinem Precationum*, ex quibus desumpta est illa, quæ extat in principio *Machazòr* Breuiarij Romani Iudæorum, & incipit ריבון כל העולמים לא בצדקתי וכו' *Ribbòn col Haolemim lo betzidkathì vecullè. Domine omniū sæculorum in iustitia mea &c.* Excus. Venetijs an. Mundi 5386. Chr. 1626. apud Petrum, & Aloysium Bragadinos in 8.

א' תקע"ה ר' שמואל לירמא כתב פי' בפרקי אבות:

1775 R. SAMVEL LERMA scripsit *Commentarium in Pirkè Auòth Capitula Patrum.* In 4.

א' תקע"ו ר' שמואל בר' מאיר אשכנזי בעל התוספות:

1776 R. SAMVEL BAR MEI'R GERMANVS, fuit vnus ex Auctoribus תוספות *Tosaphoth*.

א' תקע"ז ר' שמואל מדינה חבר ארבעה ספרים גדולים משו"ת:

1777 R. SAMVEL DE MEDINA scripsit quatuor ingentes libros *de Quæsitis & Responsis*, seù de *Decisionibus legalibus*.

א' תקע"ח ר' שמואל ממודינה כתב ס' משפטי שמואל:

1778 R. SAMVEL MVTINENSIS scripsit librum sub nomine משפטי שמואל *Miscpattè Scemuèl, Iudicia Samuelis.* Est liber legalis, tractans de Iure Ciuili & Canonico Hebræorum. Excus. Venetijs an. 353. min. supput. Chr. 1493. apud Zanettum. Plantauit.

א' תקע"ט ר' שמואל מותות כתב מגלת סתרים והוא פי' אבן עזרא על התורה:

1779 R. SAMVEL MOTHO'TH scripsit מגלת סתרים *Megillàt Setarìm, Volumen occultorum.* Est expositio in Commentarium Abèn Ezræ super Pentateuchum. Excus. Venetijs.

א׳ תק״פ ר׳ שמואל מתנות תמך בר ניסים מטוליטולה כתב פירוש על דברי הימים ומלכים דניאל ועזרא ויקרא מדרש ד׳ ה׳ מדרש דניאל ומדרש עזרא :

1780 R. SAMVEL MATANO'TH TAMA'CH BAR NISSI'M TOLETANVS, ſcripſit Expoſitionem ſuper duos libros Chronicorum, & Regum, & ſuper librum Danielis, & Ezræ, eoſque vocauit מדרש ד׳ ה׳ *Midràſc diurè hammaìm* מדרש דניאל *Midràſc Danièl &c.* Extat mſc. in Biblioth. Vaticana Pergam. in 4. num. 66.

א׳ תקפ״א ר׳ שמואל מרגולית כתב ס׳ אור החיים וס׳ אור חדש :

1781 R. SAMVEL MARGOLI'TH ſcripſit librum nuncupatum אור החיים *Or Hachaiìm, Lumen vitæ;* Tractat de moribus componendis, vt quis benè, & honeſtè viuere poſſit. Excuſ. Cracouiæ in 4.

Scripſit & alium, cui nomen fecit אור חדש *Or Chadàſc, Lumen nouum,* continet aliquot Sermones. Excuſ. Ibidem in 4. anno non notato.

א׳ תקפ״ב ר׳ שמואל ממרוקיו חבר ס׳ כנגד היהודים :

1782 R. SAMVEL MAROCHIANVS, ex Iudæo Chriſtiana Religione ſuſcepta, ſcripſit contra Iudæos de aduentu Meſſiæ, quem ipſi expectant. Extat in Bibliotheca PP. Tom. 4. pag. 250. Vide *R. Samuel* יהודי

א׳ תקפ״ג ר׳ שמואל מרשילי בר

יהודה במגדל מרישקו חבר ס׳ מתכונה בשנת ה׳ אלפים צ״א על אלמגיסטי של תלמיאוס :

1783 R. SAMVEL MARSILIVS BAR IVDÆ DE TVRRI MARISKO ſcripſit Expoſitionem Aſtronomicam in 1. & 2. librum Almageſti Ptolemæi an. 5091. Chr. 1331. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

א׳ תקפ״ד שמואל הנביא בן אלקנה בן ירחם בן אליהוא בן תחו בן צוף אפרתי אמו חנה נביאה ויהיה סגר רחמה וכעסתה צרתה גם כעס בעבור הרעמה כי סגר יהוה בעד רחמה וכן יעשה שנה בשנה מדי עלתה בבית יהוה והתפללה יהוה ותבך חנה ותלד בן ותקרא את שמו שמואל כי מיהוה שאלתיו והיה אחרון שופט בישראל וכתב ספרי שמואל :

1784 SAMVEL PROPHETA *filius Elcanah, filius Ierocham, filij Elihù, filij Tochù, filij Tzuph Ephratæi.* Eius mater Anna Propheti ſſa, quæ cùm eſſet ſterilis, irritàbat eam inimica eius, & vehementer angebat, vt fremere faceret eam, quia concluſerat Dominus vuluam eius, & ſic faciebat annuatim tempore, quo ipſa aſcendebat in Domum Domini. 1. *Samuel.* 1. Tandem fuſis ad Deum precibus filium concepit, & peperit, vocauitque nomen eius *Samuel*, quòd à Domino petiuiſſet eum. Naſcitur itaque Samuel Propheta an. Mundi 2850. ante Chriſtum natum 910. ſecundùm computum Hebraicum, ratione cuius Chriſtus naſcitur 3760. Fuit vltimus Iudex, & Princeps populi Iſraëlis; ſcripſitque libros, in quibus res à Saule, & Dauide prçclarè geſtas continentur, quos

10. Sub Attico Episcopo Constantinopolitano eas allatas esse Constantinopolim, locatasque in Templo ad Septimum posito, scribit Theodorus Lector in Collectan. lib. 2. De Templo in honorem eiusdem Prophetæ Samuelis erecto meminit Procop. lib. 5. de ædificijs Iustiniani Imp. De eo agunt etiam Beda, Vsuardus, Ado, & alij recentiores, nec non & Græci in Menologio sub die 20. Augusti. De eo dicunt mendaces Rabbini, fuisse à Pytonissa resuscitatũ, quia infra annum à morte ipsius in Pytone diuinarat; hoc tamen reiectum fuit suprà Par. II. pag. 146. & 156.

א' תשפ"ה ר' שמואל הנגיד כתב ס' בן משלי :

1785 R. SAMVEL HANNAGHID antiquissimus Poëta, scripsit librum, quem vocauit בן משלי *Ben Miscelè, Filius Prouerbiorum*, & est de ingressu ad scientias Talmudicas, deque modo argumentandi, & respondendi Tractatus msc.

א' תשפ"ו ר' שמואל הסלמי כתב אגרת אל ר' לוי :

1786 R. SAMVEL HASSALAMI scripsit nonnullas Epistolas ad R. Leui, quæ habentur inter Epistolas R. Auà Bar Mosce.

א' תשפ"ז ר' שמואל אבן סנה חבר ספר מקור חיים :

1787 R. SAMVEL ABEN SENÆ composuit librum inscriptum

quos Hebræi vocant שמואל, Græci Βασιλέων, & Latini Primum, & Secundum *Regum*. Primus liber Samuelis continet historiam annorum octuaginta, & secundus annorum quadraginta, & sic ambo continent historiam annorum centum viginti, quorum viginti quatuor priora capita, in quibus facta Heli, Saulis, & ipsius Samuelis enarrantur, ab ipso Samuele esse composita nullus ambigit. Posteriora verò capita, quæ sunt 31. aliqui Nathani, & Gadò Prophetis attribuunt, ex 1. Chron. 29. 29. *Res Dauidis Regis priores, & posteriores, ecce sunt scripta in verbis Samuelis, & in verbis Nathanis Propheta, ac in verbis Gadis Videntis.* alij autem ab Esdra conscripta esse volunt. An verò Samuel fuerit Auctor libri רות *Ruth*, non est ità facilis decisio, cùm quidam adscribant Ezechiæ, Esdræ; & nonnulli ex Regum Iudæ, & Israëlis Annalibus, collectum esse asserant. De qua re disserté ac diffusè agit Io. Benedictus Carpzouius in suo *Rabbinico Collegio Biblico*. Vixit an. 77. Moritur anno Mundi 2927. ante aduentum Christi 833. die 20. Augusti, cuius meminit Martyrologium Romanum, quo die ab Vniuersa Catholica Ecclesia celebratur festum Sanctissimi Patris mei BERNARDI primi Clareuallensis Abbatis. Eius corpus in Ramatha in Synagoga custoditum fuit; indè autem à Christianis translatum in Silo, magnumque illi templum excitatum, positumque in eo Prophetæ sepulchrum. Oppido autem datũ nomen S. Samuelis de Silo. De celebri translatione reliquiarum eius agit S. Hieronymus lib. aduersùs Vigilantium, Niceph. lib. 14. cap.

cusus Pragæ in folio anno 1605.

ס׳ תשפ״ט ר׳ שמואל ערלוש כתב

חידושי הלכות מאגדות דהיינו מסדר נזיקין כולו בבא קמא ב׳ מ׳ ב׳ ב׳ סנהדרין מכות שבועות ע״ז הוריות מסדר קדשים ב׳ מסכתות שנזכרים דהיינו חולין ובכורות מסדר נשים נדרים וסוטה מסדר מועד סוכה ראש השנה מגילה חגיגה תענית מ״ק דהיינו חלק ראשון נדפס בפרנקפורט דמיין בשנת ת״מ לפק :

1789 R. SAMVEL ADALVS C scripsit חידושי הלכות *Chiduscè Hallachòth*, *Nouellas Decisiones*, excerptas ex Allegoricis explanationibus Talmudicis, videlicèt ex toto Ordine *Nezikìn*, ex *Bauòth*, ex *Bauà Kamà*, *Metzià*, & *Bathrà*. *Ex Sanhedrìn*, *Maccòth*, *Sceuuòth*, *Auodà tzarà*, *Horaijòth*. Ex Ordine *Kodascim*, ex *Cholìn*, ex *Becuròth*. Ex Ordine *Nascim*, *Nedarìm*, *ex Sotà*. Ex Ordine *Moëd*, *Succà*, *Rosc Hascianà*, *Meghillà*, *Chaghighà*, *Taanìth*. Excus. Francofurti ad Mœnum anno 440. min. supput. Christi 1680. in fol.

ס׳ תש״צ ר׳ שמואל בן עזריה

אשר המיר לדת ישמעאל וחבר ס׳ כנגד היהודים וקרא אותו אפחאם אליהוד :

1790 R. SAMVEL BEN AZARIA ISMAELITA, Castra suæ Religionis transfugit, & librum contra Iudæos scripsit, indito nomine אפחם אל יהוד *Aphcham al Iehud*, *Denigratio super Iudam*. *Iuchasin* pag. 149. b.

ס׳ תשצ״א רבי שמואל בן עטר ורבי יצחק ליאון חברו מעשיות ומדרשות והגדות :

ptum מקור חיים *Mekòr Chaiìm*, *Fons vitæ*. Tit. ex Psal. 36. 10. Est Commentarius supra Abèn Ezram. Iste Auctor vocabatur R. Samuel צרצא *Tzartzà*, & vulgò dicebatur Abèn סנה *Senà*; vnde vnus & idem Auctor est, & non diuersus, vt credit Plantauitius, qui fortassis non vidit Codicem excusum in folio Mantuæ sub Dominio Ducis Guillelmi Gonzagæ anno 366. min. supput. Chr. 1606. cura & studio R. Samuelis קזיס *Kazis*. Et iste priùs fuit ibidem excus. anno 319. min. supp. Chr. 1559. sub eodem Principe Guillelmo Gonzaga. In Indice Reginæ Sueciæ coniungitur iste Auctor cum *Derasciòth Abèn Sciuèb*.

Item scripsit ס׳ מכלול יופה *Librũ Michlòl Iophè*, *Perfectio pulchritudinis*. Tit. ex Psal. 50. 2. Est breuis totius Sacræ Scripturæ Commentarius. Excus. Constantinopoli in 4.

Reperitur etiam alius libellus msc. eiusdem Auctoris, quem vocauit טהרת הקדש *Tahoràth hakkòdesc*, *Mundatio sanctitatis*. Tit. ex 2. Chron. 30. v. 19. Hic verò Auctor, cùm suis gestibus æternitatem mundi astruere visus esset, auctoritate R. Isaaci Kanpantòn igni adiudicatus fuit. Huius meminit *Iuchasin* pag. 134.

ס׳ תשפ״ח ר׳ שמואל הספרדי בן רבי יצחק חבר ס׳ תרומות :

1788 R. SAMVEL HISPANVS BEN R. ISAAC, composuit ס׳ תרומות *Sèpher Terumòth*, *Librum Oblationum*. Est Iuridicus, agens de commodato, & mutuo, vsuris, ac omnibus casibus, qui in tali materia occurrere possunt. Ex-

sa studio Ioannis Wulferi. Opus non solùm Philologis, sed & omnibus veritatis cupidis perquàm vtile, & necessarium, in quo vt Iudæi plurimorum scelerum, nequitiæ, & impietatis conuincuntur: ita & à multis facinoribus salua veritate vindicantur. Accessit ad calcem locupletissimus rerum omnium Index, & Isaaci Viuæ *Vindex Sanguinis*.

Vindex Sanguinis, siuè *Vindiciæ* secundùm veritatem, quibus Iudæi ab Infanticidijs, & victima humana, contra Iacobum Geusium, vindicantur per *Isaacum Vivam*. Amstelodami, typis Adami Iongbloet. Recusum Norimbergæ literis Knorzianis anno 1681. Antea excusus erat Altdorfij lingua Germanica per Henricum Meyer anno 1680. cùm pridem excusus fuisset Hanouię anno iuxta minorem supputationem 375. Christi 1615.

ה' קמ"ט ר' שמואל בר צמח חבר שו"ת:

1795 R. SAMVEL BAR TZEMACH scripsit שו"ת *Sceèloth Vtsciuuòth Quæsita & Responsa* super ritibus Iudicialibus, & cæremonialibus, qui hodie seruantur, & magis sunt in vsu; sunt Quæsita 47. totidemque Responsa. Viuebat hic Auctor anno mundi 5048. Chr. 1288. in Ciuitate Corboyl super fluuium Sequanam & Arasim Galliæ, vbi hoc Opus compositum est. Extat msc. in Biblioth. Vaticana num. 165.

ה' קנ"ג ר' שמואל מקאסטיל נובו חבר ס' מעין השואלים ומתרגם בלשון איטאליאנו:

1796 R. SAMVEL DE CASRO NOVO composuit librum nuncu-

1791 R. SAMVEL BEN ATTER, & R. ISAAC LEONIS scripserunt Historias, Declarationes, & Narrationes Talmudicas, vsitaris Iudæorum fabulis refertas. Excus. Venetijs apud Ioannem de Gara in 8. anno non notato.

ה' קפ"ב ר' שמואל עתידה כתב פירוש על תהלים:

1792 R. SAMVEL ATTIIA' scripsit פירוש על תהלים *Commentarium super Psalmos*.

ה' קפ"ב ר' שמואל מפירושה חבר ספר יפה נוף:

1793 R. SAMVEL PERVSINVS composuit librum inscriptum יפה נוף *Iephè noph*, *Pulcher tractu*. Excus. Venetijs per Ioannem de Gara. Buxtorfius facit huius libri Auctorem R. Samuelem יפה *Iaphè*.

ה' קפ"ל ר' שמואל פרידיריקו ברינציאו מאיטינג מן יהודי אלדת ספיריש נעשה כתב ספר אשר קרא יודישר טירייאק:

1794 R. SAMVEL FRIDERICVS BRENTZIVS OETTINGENSIS ad fidem Christi conuersus scripsit librum, quem vocauit lingua Germanica יודישר טירייאק *Iudischer Tiriack*. *Theriaca Iudaica* ad examen reuocata, siuè scripta à Moibæa Samuelis Friderici Brentzij conuersi Iudæi, & Salomonis Tzeuì, Apellæ astutissimi, à Viris doctis hucusque desiderata, nunc primùm versione Latina, iustisque animaduersionibus aucta, & in publicum mis-

id est מלכות אדום *Malchùt Edom*, *Imperium Idumaeum*, מלכות עשו *Malchùt Esaù*, *Imperium Esau*, מלכות הרשעה *Malchùt Haresciaàh*, *Imperium impium*. Imperium verò Turcicum peculiari nomine מלכות ישמעל *Malchùth Ismaèl*, *Imperium Ismael* appellant. Rogant itaque Deum, vt Imperium Romanum dissipet, sicut R.Bechàij in *Kad Hakkèmach* explicat his verbis וברכת המינים תקנו אותה לעקור מלכות הרשעה *Precationem hanc in Hæreticos composuerunt in excidium Imperij impij*, hoc est Romani. Hodie tamen, maximè in Italia, vbi sacri Censores non permittunt Iudæis in Christianos blasphema maledicta scribere, eam parumper immutarunt: nam pro ולמשומדים *Perditis*, seù *Apostatis* substituerunt ולמלשינים *Proditores*, quo non minùs Iudæos ad Christi fidem conuersos, vt ipsi appellant, intelligant, sed etiam Iudæorum perfidiam, odium in Christum, & Christianos, aliaque illius populi scelera prodant, & aperiant. De hac Precatiuncula, & de eius Auctore videri potest id quod dicunt Rabbini capite 1. *Sanhedrin*. In fine *Massèchetk Sottà*, & cap. 4. *Massèchetk Semachàth Iuchassìn* pag. 26. b. Lib. *Col bò* pag. 6. col. 1. vbi scribitur illam לב' 32. vocibus constare, vt inde colligatur, quòd hæresis cordi insideat, vel quòd Apostatæ negent totum לב *Cor* Legis, hoc est totam Legem negant à ב prima litera Legis, vsque ad ל vltimam Legis literam; nempè à בראשית vsque ad לעיני כל ישראל. Buxtorfius in Lexico Talmudico in radice שמד *Sciamàd*, *Defecit*, hoc est à Religione secundùm Rabbinos. Obijt circiter anno 40. ante Templi desolationem. Vide Par. I, pag. 730. &

cupatum מעון השואלים *Mehòn hascioalìm*, *Habitaculum postulantium*. Sunt Carmina ad ritus Hebraicos spectantia cum interpretatione Italica Hebraico charactere, quibus adiungitur supplicatio recitanda tempore Circumcisionis secundùm morem Hebræorum Roman. Excus. Venetijs anno à creatione mundi 5369. Christi 1609. in 8.

רבי שמואל הקטן

ברכת המינין לפני גמליאל הזקן :

1797 R. SAMVEL HAKKATTA'N PARVVS, ita vocatus ad differentiam Samuelis Prophetæ, vt ait R. Salomon Iarchì in פרקי אבות *Pirkè Anòth*. Paulò post Christi mortem claruit, composuitque illam sceleratam, & blasphemam orationem in Iudæos, qui ad Christianam fidem conuersi, sacro initiati baptismate, imò contra Christianos ipsos in genere; & Christianum Imperium. Illius formula talis est:

ולמשומדים לאתחי תקות והמינים כרגע יאבדו וכל אויבי עמך מהרה יכרתו ומלכות זדון תעקר ותשבר ותמגר : Hoc est, *Et Iudæis, qui Christiani fiunt, nulla spes eis sit; & hæretici* (tùm qui ad Christianos deficiunt, tùm omnes Christiani in genere, qui ab eis pro Hæreticis habentur) *momento pereant, & omnes hostes tui, & qui te odio prosequuntur Domine, citò excindantur, superbumque, atque arrogans illud Imperium festinè & celeriter eradicetur, comminuatur, laceretur, & omninò extirpetur.* *Hostes tui*, Christianos intelligunt, quos itidem *Hæreticos, Idololatras, hostes, & osores Dei* appellant. *Arrogans Imperium*; Romanum Imperiũ significare volunt, quod & alijs nominibus vocare solent.

perſtitiones, & hæreſes omnes Iudaicas in medium profert, diluit, ac refellit. Excuſ. Typis Sac. Congregat. de Propaganda Fide anno 1683. Poſt obitum Ioannis Baptiſtæ Ionæ olim R. Iudæ eius loco in Bibliotheca Vaticana inter Scriptores librorum Hebraicorum à Clemente IX. eligitur. Obijt an. 1687. De eo fuſiùs egimus ſuprà Par. III. pag. 755.

ס' תתא ר' שמואל שולם כתב
הגהות בספר יוחסין :

1801 R. SAMVEL SCIVLLAM ſcripſit הגהות *Haghaòth*, *Annotationes* ad librum *Iuchaſsin*. Vide Par. I. pag. 54. col. 2. & pag. 225. columna 1.

ס' תתב ר' שמואל ן' שושן כתב
שבתות יי :

1802 R. SAMVEL ABE'N SCIVSE'N ſcripſit שבתות יי *Sciabbethòth Adonài*, *Sabbatha Domini*. Sunt Conciones Sabbathinæ.

ס' תתג ר' שמואל בן שלמה
סמכונס נין די קרקאשונה חבר שירס
ופירוש על ס' מורה הנבוכים :

1803 R. SAMVEL BEN SALOMONIS cognomento NIN DE KARKASONA ſcripſit Carmen, & ſuccinctam Explanationem in librum מורה הנבוכים *Morè hanneuuchìm* R. Moſis Ægyptij. Extat mſc. in Collegio Neophytorum Romæ in 4. Papyr. De hoc libro *Morè hanneuuchìm* fuſiùs egimus ſuprà in hac Par. IV. p. 102. & ſeq.

pagina 731. & Part. III. pagina 318.

ס' קתצח ר' שמואל מבונעירנוק
תלמיד ר' שלמה ירחי כתב ספר פרדש :

1798 R. SAMVEL MEVONGHIRNOK diſcipulus R. Salomonis Iarchì, ſcripſit ס' פרדס *Sèpher Pardès*, *Librum Paràdiſi*. De hoc Auctore nullam aliam notitiam habeo.

ס' קתצט ר' שמואל מרושייה
חבר מרשה כל פסוקי תורה בתלמוד :

1799 R. SAMVEL DE RVSSIA compoſuit Catalogum omnium verſiculorum Pentateuchi, qui adducuntur in Talmud Babylonico ſecundùm *Paraſciòth*. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana num. 56.

ס' קת״ ר' שמואל נחמיאש
חבר ספר דרך אמונה כנגד תרי״ג מצות היהודים :

1800 R. SAMVEL NACHMIAS VENETVS, eius tamen origo fuit Theſſalonicenſis, relicta Hebraica ſuperſtitione, fidem Chriſti ſuſcepit anno 1649. 22. Decembris Venetijs vnà cum fratre germano Ioſeph, & filio ſuo Dauid. Anno 1660. Romæ conuertit ad fidem Ioſephum pronepotem ſuum. In fide vocatur *Iulius Moroſinus*, eius frater *Octauius Moroſinus*, alter verò Ioſeph *Gregorius Albricius*. Scripſit Tripartitum Opus דרך אמונה *Dèrech Emunà*, *Viam Fidei*, *Via della Fede* vernacula lingua conſcriptum, quo ritus Hebraicos enucleatè explicat, & damnat, atque 613. Præcepta oſtendit à nemine Hebræorum hodie obſeruari. Hinc ſu-

ר' שמואל ן' תבון ו עיין

ר' שמואל בן יהודה ן' תבון :

1804 R. SAMVEL ABEN TYBBON. Vide *R. Samuel Ben Iude Abèn Tybbòn*. p. 393. n. 1763.

ר' שמחה דויטרי תלמיד

ר' שלמה כתב ספר מחזור ויטרי וזכר בס' תולדות אדם :

1805 R. SIMCHA' DE VITRI discipulus R. Salomonis, scripsit librum, quem vocauit מחזור ויטרי *Machazòr Vitri*. Memoratur in libro *Toledòth Adam* Algazæi.

ר' שמחה לוצאטו רב בויניציה

כתב הסכמה בספר נחלת צבי לר' צבי בן יוסף כהן כנזכר בתחילת אותו הספר : עיין שם :

1806 R. SIMCHA' vulgò SIMEON LVZZATO VENETVS, scripsit Approbationem ad librum נחלת צבי *Nechàlath Tzeuì* R. Tzeui Ben Ioseph Sacerdotis. Reperitur in fine eiusdem libri.

Italicè scripsit librum, cui Titulum fecit; *Socrate, ouero dell'humano saper esercitio serio-giocoso. Opera, nella quale si dimostra quanto sia imbecille l'intendimento humano, mentre non è diretto dalla Diuina reuelatione*.

Item Italicè scripsit alium librum, nempè: *Discorso circa il stato delli Hebrei, & in particolare dimoranti nella Inclita Città di Venetia*. Est Appendix ad Tractatum opinionum, dogmatum Hebræorum, eorumque rituum principaliorum. Excus. Venetijs apud Ioannem Colleonem 1638. in 4.

רבי שם טוב מליאון

כתב ס' אמונה ׃ ס' דרך אמונה גדול ׃ ספרי דרשות׃ ס' משכן העדות׃ ס' המשקל׃ ס' מאמר מרדכי׃ ס' מזבח הזהב ; ספר כתר שם טוב ׃ פירוש על מורה הנבוכים׃ ופירוש על אגרת אל תהי כאבותך׃ וויכוח בנגדו על סוד האוקריסטיה :

1807 R. SCEM TOV DE LEGIONE HISPANVS, scripsit sequentes libros: ס' אמונה *Sèpher Emunà*, *Liber Fidei*, דרך אמונה גדול *Dèrech Emunà gadòl*, *Via Fidei magna*, liber, in quo Fidei veritatem philosophicè demonstrat; ספרי דרשות *Siphrè Derasciòth*, *Libri Concionum*, & sunt Conciones super Legem edit. Paduæ; משכן העדות *Miscekàn haëdùth*, *Tabernaculum Testimonij*, Tit. ex Num. 1. v. 50. ס' המשקל *Sèpher Hammiscekàl*, *Liber Ponderis*. Agit de Prosodia. Excus. Venetijs. מאמר מרדכי *Maamàr Mardochài*, *Sermo Mardochai*. Est expositio in libellum Esther. Excus. Venetijs. מזבח הזהב *Mizbàch hazahàu*, *Altare aureum*. Liber hic varias quæstiones Philosophicas, & Theologicas exagitat. Excus. Venet. in 4. Reperitur alius huiusmodi inscriptione, de quo suprà pag. 386. colum. 2. num. 1731. כתר שם טוב *Kèther Scem Tòu*, *Corona boni nominis*. Est Commentarius in vniuersam Legem Mosaicam per singulas anni Parascias stylo oratorio & allegorico. Excus. Venetijs studio, & cura R. Samuelis Ben Beniamin anno 361: minor. supput. Chr. 1601. in fol. Hic liber ad manus meas non peruenit, hinc ambigo an sit diuersus Auctor à R. Scem Tòu Ben Auraham. Est alius liber cum eadem inscriptione Par. I. pag. 51. colum. 2. num. 114. Item alius Anonymo Auctore, & est expositio super De-

cem

cem Sephiròth Cabaliſtarum. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana partìm Pergam. & partìm Papyr. in 4. Alius eſt inter *Peloni Almoni* pag. 312. colum. 2. numero 1533. Plantauitius credit, quòd hic Auctor R. Scem Tòu מליאון fuerit Lugdunenſis Gallus, ſed reuera fuit de Legione in Hiſpania.

Paritèr ſcripſit nonnulla Commentaria in librum מורה הנבוכים *Morè hannebuchìm*. Reperiuntur excuſa Sauionetæ vnà cum eodem libro. Expoſuit Epiſtolam, quæ incipit, *Ne ſis ſicut Patres tui*, & eſt diſputatio contra Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4. Omnes Paragraphi illius Epiſtolæ ita incipiunt, *Ne ſis &c.* quæ fuit directa ad Labrath Neophytum, qui apud Summum Pontificem Auenione morabatur, & ex contextu huius Epiſtolæ apparet fuiſſe compoſitam à Duràn, qua nititur ſupradictum Neophytum ad Iudaiſmum reducere.

א' תתח **ר' שם טוב** כתב ס' האמונות וכתב על הרמב"ם אבן עזרא ור' לוי בן גרשם :

1808 R. SCEM TO'V alius à ſupradicto, ſcripſit ס' האמונות *Sèpher haĕmunòth*, *Librum fidelitatum*. Excuſ. Ferrariæ anno 316. min. ſupput. Chriſti 1556. apud Abrahamum Abèn Oskè in 4.

Scripſit etiam Animaduerſiones ſuper R. Moſen Ægyptium, Abèn Ezram, & R. Leuì Gerſon, de articulis fidei Hebræorum.

א' תתט **ר' שם טוב בר אברהם בר' יהושע בר' שאול בר' משה בר' דוד בר' אברהם בן גאון**

ז"ל אברך את יהוה אשר יעצני אף לילות יסרוני כליותו וכו' : והוא פירוש על התורה ושמו נקרא כתר שם טוב נעתק מס' כ"י בשנת סלדון לוקה אלסטניו סופר בית ספרי וואטיקאנו שנת אלף ושש מאות חמשים ושמונה לביאת המשיח שנת רביעי לכהונה גדולה אדונינו הקדוש האפיפיור אלכסנדרו השביעי ;

1809 R. SCEM TO'V BEN R. AVRAHAM, BEN R. IEHVSCIAA', BEN R. SCIAVL, BEN R. MOSCE', BEN R. DAVI'D, BEN R. AVRAHA'M BEN GAHO'N, ſcripſit librum, quem vocauit כתר שם טוב *Chèther ſcem tòu*, *Corona boni nominis*. Eſt expoſitio in Legem tranſſcripta à D. Auguſtino Grimano Bibliothecæ Vaticanæ Scriptore Hebraico anno Domini 1658. Quarto Pontificatus Alexandri PP. VII. iuſſu D. Lucæ Holſtenij eiuſdem Bibliothecæ Præfecti.

א' תתי **ר' שם טוב אלחאנאטי**

כתב העתקת פירוש רש"י בקצור גדול מבראשית עד פרשת ויחי : ונזכר זה המחבר בהקדמת ר' יהודה גדליה בר' משה גדליה על ספר מדרש רבה בשאלוניקי :

1810 R. SCEM TO'V ALCHANATI' redegit Commentarios *Raſci* in prolixiori Epitome à primo Capite Geneſeon vſque ad Sectionem ויחי *Vaichi* incluſiuè, hoc eſt vſque ad finem primi libri Pentateuchi. Vide quid de hoc Auctore dicatur in Præfatione R. Iudæ Ghedaliæ Ben R. Moſcè Ghedaliæ ad librũ מדרש רבה *Midràſc Rabbà* editionis Theſſalonicenſis an. 354. minoris ſupputat. Chriſti 1594. apud Abrahamum Ioſephum de ſtirpe Bath Sceuaà. In fol.

ט׳ תקי״א ר׳ שם טוב בן ארדוטיל

חבר וידוי כתוב בסדר תפלות מימים נוראים כמנהג ספרדים :

1811 R. SCEM TO'V BEN ARDVTIEL scripsit Ordinem וידוי *Viddùi Confessionis*, seù formulam faciendi Confessionem generalem. Habetur in Ordine Precum Hispanicarum Par. II. Excus. Venetijs anno 1656. apud Hieronymum Bragadinum in 8. pag. 134. Exemplar Iudaicæ Confessionis posuimus suprà Part. I. pag. 647.

ט׳ תקי״ב ר׳ שם טוב בר׳ יוסף פלקירה

חבר ראשית חכמה וחלק לשלש חלקים הא׳ בידיעת תקון המדות : הב׳ מונה החכמות ומודיע כוונת אפלטון וארסטו ואבוקראט ואבן רשד : הג׳ מבאר כי הפילוסופיא הכרחית להצלחת האמיתי : וכתב ביאור דברי הרב המורה על סבות המחלוקת שהם ג׳ האהבה הרשות והנצוח ואומן וקונטר המשיג : חבר ספר דרשות וחבר אגרת בתי הנהגת הגוף והנפש ואגרת הויכוח :

1812 R. SCEM TO'V BAR IOSEPH PALKERA' scripsit librum ראשית חכמה *Rescìth Chochmà*, *Initium Sapientiæ* nuncupatum. Agit de timore Dei, & diuiditur in tres Partes. Prima tractat de dirigendis humanis actibus. Secunda, Numerantur omnes scientiæ circa quas expenduntur opiniones Platonis, Aristotelis, Hippocratis, & Auerrois. Tertia, demonstratur, quòd Philosophia necessaria sit ad acquirendam veram beatitudinem. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

Expòsuit Verba, quibus determinauit R. Moses Ægyptius de causis inimicitiæ, quæ secundùm ipsum tres sunt. Prima, Amor; secunda, Imperandi libido; tertia, Vincendi desiderium,

quibus capitibus omnes discordiæ inter homines affirmatur oriri. In fine verò agit de infirmitate intellectus, seù potentiæ intellectiuæ circa obiectum diuinum. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

Scripsit varias Conciones super omnes Sectiones Pentateuchi, quas ipse diuersis locis, & temporibus recitauit. In fine extant nonnulli sermones de Pœnitentia, de Initio Anni, & de Die Expiationum. Excus. Venetijs anno 307. min. supput. Christi 1547. apud Marcum Antonium Iustinianum, in folio. Habetur in Collegio Neophytorum Romæ. Reperitur etiam in Bibliotheca Eminentiss. quondam Cardinalis Francisci Barberini Romæ in Monte Quirinali.

אגרת בתי הנהגת הגוף והנפש *Ighèreth bathè hanaagàth Haguph Veanèphesc*, Est libellus agens de regimine corporis, & animæ. Extat msc. apud Buxtorfium.

אגרת הויכוח *Ighèreth hauicuàch*, *Epistola disceptationis*. Est libellus continens disputationem inter Virum Legis peritum, & pium, ac doctum. Ille Legem pietati; ac probitati anteferre contendit; hìc pietatem, ac morum integritatem Legis præponere satagit cognitioni. Impressus Pragæ an. 285, min. supput. Christi 1515. & ibìdem 370. min. supput. Chr. 1610. in 8.

Scripsit etiam varios libellos, videlicèt, elegantem Tractatulum de vanitate Mundi. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana, in 4. De Materia prima, alijsque Principijs phisicis. Extat msc. ibidem in 4.; & Historiam rerum à Christianorum Regibus gestarum, vbi quædam narrat de calamitatibus, quas passi sunt Iudæi.

pita 116.

13. Tractat de Resurrectione mortuorum, habet capita 5.

14. Ex Messiæ notis, habet cap. 4.

In fine cuiuslibet capitis proponit argumentũ contra Euangelium, sed insolutum relinquit. Post multum verò temporis, postquam librum perfecerat, occurrit ei Opus cuiusdam Magistri Alphonsi Neophyti, contra quem addidit Tractatum 15. cum hac inscriptione: בסתירת משטרי אלפונסו מומר *De Contradictione Magistri Alphonsi Apostatæ* (sic vocat eos, qui abdicato Iudaismo, Christianam Religionem suscipiunt) qui scripsit contra librum R. Ioseph Kimchi מלכמה vocatum. Iste Alphonsus ignoratur quisnam sit, cùm non possit esse Alphonsus Bonihominis Ord. Prædic. Hispanus, qui ex Arabica lingua in Latinam transtulit Epistolam R. Samuelis missam ad R. Isaac, qua Prophetarum dictis Christum Iesum verum Messiam venisse, passum, mortuum esse, & resurrexisse, Cælos ascendisse secundusque eius aduentus clarissimè commonstratur. Hic Auctor enim non fuit Neophytus. Neq; potest esse *Alphonsus Spina* ex Ordine Minor. Episcopus Orinopolitanus, qui composuit *Fortalitium Fidei* contra Iudæos, Saracenos, aliosque Christianæ Fidei inimicos. Excus. Lugduni per Ioannem de Romoys anno 1511. in 8. quia licèt hic Auctor secundùm Spondanum in suis Annalibus ad annum 1476. fuerit Neophytus, tamen floruit post R. Scem Tòu Sciprùt, nempè anno 1458. & R. Scem Tòu secundùm Buxtorfium anno 1375. De hoc Alphonso Neophyto, contra quem scripsit R. Scem Tòu locuti sumus suprà Par. I. pagina 366.

ה' קקי"ג ר' שם טוב בן ר' יצחק

שפרוט חבר ספר אבן בוחן והוא כנגד אמונת הנוצרים אומות העמים כפי מתי הקדוש האוונגליון וכנגד האמונות הפסוקים וספרי הספר הרכבה עשר והוא כתיבת יד : וחבר ספר ס"ו בסתירת משטרי אלפונסו המומר : כתב ס' כנגד יהודית ועל פרק הבונים : וכתב ס' פרדס רימונים ובו רם הסגדות שבתלמוד על דרך הפשט כי אמר המפלוספים שבתלמוד אינן כפשוטו וזה הספר עניו של פירוש ר' אלעזר ינסק בן ר' עקבה ועקל לסבבוי מעקריוס ונדפס בשבוניטה בבית טוביה בן ר' אליעזר פוליס על יד קורנליו אדלקינד בבית הלוי שנת שי"ד : וחבר ס' צפנת פענח :

1813 R. SCEM TO'V BEN R. ISAA'K SCIPRV'T, transtulit Euangelium Matthæi in Hebraicam linguam, vocauitque אבן בוחן *E'uen Bòchen*, *Lapis lydius*, phrasi ineleganti, rudi, ac barbara, vt vilesceret apud Hebræos Ex professo agit contra Religionem Christianam, & diuiditur in XIV. Partes, seù Tractatus.

1. Tractat contra omnes Fidei Orthodoxæ articulos, habet capita 15.

2. Agit de Lege Mosis, habet capita 17.

3. Contra Sanctissimam Trinitatem producit loca ex Psalmorum libro, habet cap. 8.

4. Loca ex libro Prouerbiorum, habet capita 12.

5. Ex Daniele, habet capita 3.

6. Ex Iob, habet capita 2.

7. Ex Ieremia, habet capita 6.

8. Ex Isaia, habet capita 26.

9. Ex Ezechiele, habet capita 3.

10. Ex duodecim Prophetis, habet capita 13.

11. Ex Historijs mysticis Talmud, habet capita 23.

12. Ex Onkeli Paraphrasi, habet ca-

dalia Ben Mosis Kordouueri Par. I. pagina 723. col. 2. num. 392. & in R. Iacob Ben Eleàzar Par. III. pag. 837. colum. 2. num. 834.

Scripsit quoque צפנת פענח *Tzaphnàth Paanèach, Reuelator arcanorum*, Titulus ex Genes. 40. 45. Est declaratio in loca difficiliora Abèn Ezræ in Legem. Msc. Alius est Ritualis de animalium occisione ritè peragenda, Auctore R. Onkenira. Ex Buxtorfio.

Extat etiam alius Tractatus eiusdem Auctoris constans cap. 27. de facultatibus alimentorum, & medicamentorum. Pariter transtulit ex Arabico in Hebraicum Opera Medica Almansoris.

ה׳ קתי״ד **ר׳ שם טוב מעיר פאנו**
חבר מאמר על הקבלה :

1814 R. SCEM TOV DE PHANO composuit breuem Tractatum super Kabalam.

ה׳ קט״ו **ר׳ שמירה** חבר תפלה על הקבלה
שמע ישראל וכו׳ : ונמצא בס׳ כ״י בבית ספרים של דוכוס
די פארמא ברומא :

1815 R. SCEMIRA' composuit Orationem super Kabalam *Scemaà Israèl vecullè. Audi Israël &c.* & reperitur in quodam msc. Bibliothecæ Ducis Parmensis Romæ, in 4. pag. 77.

ה׳ תקי״ו **ר׳ שמעון** ראש הדרשנים חבר
ספר הילקוט ולקטו בספרא ספרי מכילתא רבות
תנחומא משנת גמרא ואגדות : כתב הגיון וס׳ המלמד :

1816 R. SIMEON Princeps Concionatorum, scripsit Collectanea antiquorum Auctorũ in totam Sacram Scriptu-

366. colum. 2. num. 261. Reperitur msc. in Bibliotheca Collegij Neophytorum, & Transmarinorum Romæ Papyr. in 4. Huius meminit Ioannes Baptista Iona Galilæus Vir Cl. olim Præceptor meus in Rabbinicis, & Collega in Bibliotheca Vaticana in Præfatione ad Quatuor Euangelia Noui Testamenti. Fuit deindè excus. Parisijs in 12. anno 1555. eadem inepta compositione Hebraica cum 28. argumentis appositis in fine libri sine responsione. Sunt alij hoc nomine אבן בוחן *E'uen Bòchen*, præsertìm Kalonymòs ex familia Kalonymòs, vt videri potest suprà pag. 358. col. 1. num. 1666.

Composuit contra fundamenta, & articulos fidei Tractatum, quem vidi msc. apud Adm. R. P. Gregorium de Scharintijs Ord. Præd. Virum doctissimum, ac Romæ ad Hebræos Concionatorem. In Fundamento 3. meminit Nicolai Lyrani, vnde colligitur hunc Auctorem posteriorem esse eodem Nicolao, qui floruit circa annum Domini 1330.

Scripsit ס׳ פרדס רמונים *Sèpher Pardès Rimonìm, Librum Paradisus Malogranatorum*, Tit. ex Cant. Cantic. 4. c. 13. nuncupatum, in eo explicat Annotationes Allegoricas, quæ apertè reperiuntur in Talmud, quia dicit, quòd dicta Talmudica non sunt intelligenda literalitèr. Excus. Sauionetæ Opera R. Salomonis Isaac Ierosolymitani Ben R. Menachèm Germani in domo Tobię Ben R. Elièzer Phòa apud Cornelium Adilkindum de domo Leui anno 314. minor. supputat. Christi 1554. Adsunt alij huiusmodi inscriptione פרדס הרמונים *Pardès Harrimonìm*, de quibus vide suprà in R. Ghe-

Ben Samuelis Ghedalià Inquilinus Ierosolymitanus fuit primus Commentator ילקוט *Ialkùt*, de quo vide suprà Par. I. pag. 52. col. 2. num. 120. & pag. 53. col. 1. Pluriès in hac nostra Bibliotheca Magna Rabbinica citatum reperies ילקוט *Ialkùt* præcipuè in hac Parte IV. pag. 122. & sequent. intelligendo semper de *Ialkùt* editionis Liburnensis.

Scripsit הגיון *Higgaiòn*, *Logicam* latinè versam, & punctis vocalibus illustratam à Munstero, & excusam Basileæ per Frobenium anno 1527. in 4. Extat etiam quædam Grammatica msc. eiusdem Auctoris, nuncupata ספר המלמד *Sèpher Hammelmàd*, *Liber stimuli*.

ר' שמען בן אברהם קנ״ו

כתב תוספות :

1817 R. SIMEON BEN ABRAHAM, vnus ex Auctoribus *Tosaphòth*.

ר' שמעון אלמושנינו קנ״ח

כתב ספר מאמץ כח ושל דרשות :

1818 R. SIMEON ALMOSCENINVS scripsit quasdam Conciones, quas vocauit מאמץ כח *Meammètz còach*, *Roborans virtutem*, seù *Vim*, Titulus ex Prouerb. 24. 5. Est alius huiusmodi inscriptione Auctore Kalonymos.

רבי שמעון אלקאביץ קנ״ט

כתב ספר איילת אהבים על שיר השירים :

1819 R. SIMEON ALKABETZ scripsit librum, quem vocauit איילת אהבים *Aijèleth ahauim*, *Cerua amorum*, Tit. ex Prouerb. cap. 5. ver. 19. su-

turam, quæ vocauit ילקוט *Ialkùt*, *Perà*, & alio nomine שמעוני *Simeonides* à nomine suo *Simeone*, collecta sunt à libris *Siphrà*, *Siphrè*, *Mechiltà*. *Rabbòth*, *Tanchumà*, *Misnà*, *Ghemarà*, & *Hagadà*, non ad literalem sensum, sed ad allegoricum. Diuisit hunc librum in duas partes; In Prima continetur Expositio diuersorum Rabbinorum in Pentateuchum Mosis; in Secunda verò Expositio in reliquos sacros libros: & hoc modo excusus est Liburni in fol. cum Commentario prolixo. Prima Pars excusa fuit anno 410. min. supput. Chr. 1650. Secunda anno 420. min. supput. Christi 1660. regnante Ferdinando II. Mediceo Hetruriæ Magno Duce. Iampridem excus. Thessalonicæ in domo Don Iudę de domo Ghedaliæ expensis Don Salomonis ן' יקר *Abèn Iakàr* sub Imperio Sultani Solymanni anno 286. min. supput. Christi 1526. apud Mosen Soncinum. Venetijs anno ab Orbe condito 5326. Christi 1566. apud Aloysium Bragadinum, cum notulis in margine locorum, vbi sublata sunt Commentaria, & cum interpretatione difficiliorum verborum. Et Cracouiæ anno 1595. Initio libri sui hoc præfigit Phronesìchema, videlicet librum apertum notatum verbo תורה *Thorà*, *Lex*, & infrà, *Aratrum* exercitij corporalis symbolum cum hoc Lemmate, וזה וזה *Et hoc & hoc*, quæ verba paulò post explicat in sua Pręfatione, tali pacto יפה תלמוד תורה עם דרך ארץ שיגיעת שניהם משכח עון volens significare, quòd optimè conueniunt inter se labor manuum externus, & studium Legis, vtrumque enim auertit hominem à peccatis. Vide Athanas. Kircher in Oed. Ægypt. Class. I. Symb. cap. 11. pag. 15. & 16. R. Abraham

super Cantica Canticorum. Excus. Venetijs. Est alius huiusmodi inscriptione, Auctore R. Salomone Alkabetz vt videri potest supra pag. 370. col. 1. num. 1701.

ט׳ תתכ״ב רבן שמעון שלישי בן נמליאל שני [illegible]

1820 RABBAN SIMEON TERTIVS BEN GAMALIEL SECVNDI post mortem R. Akibæ fuit Princeps Synagogæ in terra Israëlis, eius socij fuerunt ר׳ מאיר *R. Meir* omnium Primus ר׳ יהודה *R. Iuda*, ר׳ יוסי *R. Iosè*, ר׳ אלעזר בן שמוע *R. Eleàzar Ben Sciamuàa*, ר׳ נתן *R. Nathàn*, & ר׳ שמעון בן יוחאי *R. Simeon Ben Iochài*. R. Meir, & R. Nathàn in sententijs, & doctrina simul conuenerant, & malitiosè, ac ex industria contra doctiores sententias inuehere non formidabant. Displicuit hæc luxuriosa ingenij facultas Sapientibus, ac inposterum eorum nomina recensere abstinuerunt, dum causas disceptabant, sed diuersorum opiniones in medium proferebant, quòd si necessitas coëgisset eos nominare, loco *R. Meir* dicebant אחרים *Acherim*, hoc est *Alij*, scilicèt *dicunt*, *&c.*, & pro *R. Nathàn* יש אומרים *Iesc omerim*, id est, *sunt qui dicunt*. Quando igitur in Talmud ista vocabula reperiuntur, absque dubio ita intelligenda sunt. Hic Simeon Ben Gamaliel secundi fuit Pater Rabbènu Hakkadòsc, teste Isaaco Abrauanello, vt diximus suprà Par. III. pag. 325. Eius scripta extare non nouimus, attamen Plantauitius asserit ipsum scripsisse יסוד תשובה *Iesòd Tesciuuà*, *Fundamentum Pœnitentiæ*. Excus. Cracouiæ apud Danielem Iechièl filium Ascèr. Agit de Pœnitentia, Huius Auctoris fit mentio suprà Par. I. pag. 538. col. 2.

ט׳ תתכ״א ר׳ שמעון דוראן הספרדי נכד ר׳ לויף גרשון [illegible]
[illegible]
בסכת קה״ל [illegible] ס׳ מגן אבות וס׳ אוהב משפט
ס׳ ת׳ י תקון סופרים : מלחמות מצוה ;

1821 R. SIMEON DVRAN HISPANVS Nepos R. Leuif Gerson venit ad Vrbem Africæ, ibique transtulit Commentarium Ràu Alphès; & sunt nouellæ explicationes, quas fecerunt Rabbènu Nissìm, Rabbènu Chasdà, & Rabbènu Ruben anno 121. min. supputat. Christi 1461. composuitque מגן אבות *Maghèn Avòth*, *Scutum Patrum*, & אוהב משפט *Ohèu Mispàt*, *Diligens Iudicium*. Reperitur coniunctus cum altero sub Titulo משפט צדק *Mispat Tzedek*, *Iudicium Iustitiæ*; idcircò Buxtorfius existimauit vnicum tantùm librum esse; vterque enim est Commentarius in Iob. Excus. Venetijs apud Ioannem de Gara cum Indicibus copiosis, & Carminibus in fine in laudem Operis. Vide *Iuchasìn* fol. 15. 106. & 134.

Pariter scripsit de antiquis Rabbinis Chronologiam. ש״ת *Scèeloth Tesciuuòth* *Quæsita*, *& Responsa* super casibus legalibus. Nonnullas expositiones in aliquot loca libri Ruth. תקון סופרים *Tikkùn Sopherìm*, *Correctiones Scribarum*. Et vltimò scripsit מלחמות מצוה *Milchamòth Mitzuà*, *Prælia Præcepti*.

ט׳ תתכ״ב רבי שמעון ושמכורג הלוי [illegible]

[illegible]

1824 R. SIMEON BEN IOCHA'I inter antiquos, & primarios Magistros Kabalæ habetur. Nascitur in Prouincia superioris Galileæ circa annum Christi quinquagesimum, tempore, quo Tanaitæ florebant apud Tiberiadem, sub Magisterio R. Akibæ studio Legis addicitur, in quo etsi admodùm profecisset, eius tamen sententiæ in Miscnà non fuerunt receptæ, quamuis propositæ inter disputandum. Inter alios condiscipulos vnum habuit R. Iudam Bar Elài, cui infensus fuerat, eò quia Romanorum virtutem aliquando inter concionandum laudasset, ob quam rem proscriptus à Gubernatore Ciuitatis, aufugit, & in spelunca cum filio suo Eleazaro quinque millibus passuum à Tiberiade distante versus Occidentem latuit. Hoc in loco totus se dedit in perquirendis sensibus Kabalisticis Scripturæ, vndè composuit ingentem Volumen super Pentateuchum, quod זהר *Zòhar*, hoc est *Splendorem* appellauit, de quo infrà. In hac spelunca multa miracula edidisse, aiunt nimis creduli, vel increduli dicam Iudæi? Nam præter fontem, & arborem, cuius fructibus vescebatur, ad ostium speluncæ miraculosè ortam, etiam visiones cœlestes multas habuisse, & Mosen atque Eliam apparuisse, cum quibus familiaritèr loquebatur, quibus etiam mysteria non pauca sibi reuelantibus, & quæ in libro suo, & in *Tikunnim* scripta sunt, Iudæis patefecit, sicut testatur R. Moses Chanochius citando Talmud Cod. *Ievamòth* tract.

1822 R. SIMEON VSCHEMBVRG LEVITA scripsit super aliquos Rabbinos, nescio quos.

ר׳ שמעון בן יהויקים

[illegible] : על עזרא

1823 R. SIMEON BEN IOACHIM scripsit Commentarios Hebraicos in Ezram, Nehemiam, & Paralipomenon. Excus. Venetijs apud Bombergum. Itemque scripsit super Leuiticum amplissimum Volumen, in quo penè omnium rerum naturas discutiens, ostendit quomodo Moyses secundùm triplicis mundi conuenientiam, & rerum naturam, Arcam, Tabernaculum, Vasa, Vestes, Ritus, Sacrificia, & reliqua mysteria ad Deum, & Virtutes cælestes placandas, & ad expiandum horum imaginem, hominem ordinauit. Sixtus Senensis asserit eundem Auctorem composuisse in omnes viginti quatuor Veteris Instrumenti libros *Ialkùth*, id est *Collectanea*, qui *Simoni*, hoc est *Simonica* inscribuntur. Verùm mihi videtur ipsum confundere duos Auctores in vnum, & tribuere vni quod alterius est. Auctor enim *Ialkùth* non fuit R. Simeon Ben Ioachim, sed fuit ר׳ שמעון ראש הדרשנים *R. Simeon Princeps Concionatorum*, de quo egimus suprà pag. 409. num. 1816.

רבי שמעון בן יוחאי

[illegible] ס׳ הזוהר [illegible]

tract. 1. fol. 5. col. 2. vbi habetur *R. Iehoſciùa fil. Leui* inueniſſe R. Simeonem fil. Iochài ſedentem coronatum in Paradiſo ſuper tredecim thronos ex auro obrizo, cuius curioſam hiſtoriã refert R. Niſsim Ben R. Iacobi in libro ab ipſo nuncupato חיבור יפה מהשיעה *Chibùr Iaphè mehaſciiùah, Compoſitio pulchrior ſalute*, his verbis;

מעשה שאירע לרבי יהושע בן לוי ז״ל ׃

אמר חכמים ז״ל שר׳ יהושע בן לוי היה צדיק גמיר וכיון שהגיע זמנו ליפטר מן העולם אמ׳ הקב״ה למלאך המות לך ועשה לרבי יהושע כל מה שיבקש ממך : הלך אצלו ואמר לו יהושע בן לוי הגיע זמנך ליפטר מן העולם אבל כל רב׳ שאתה מבקש ממני אני עושה לך ׃ כששמע רבי יהושע כך אמר לו אני מבקש ממך שתראני מקומי בגן עדן אמר לו מלאך המות לך עמי ואראנו לך אמר לו רבי יהושע תן לי החרב שלך שלא תבהלני בו מיד נתן לו את החרב והלכו שניהם עד שבאו אצל חומות גן עדן מיד קפץ רבי יהושע מן החומה ונפל לתוך גן עדן ואחז מלאך המות בכנף טליתו ואמר לו צא מכאן ונשבע רבי יהושע שלא יצא ולא היה רשות למלאך המות להכנס בתוכו : אמרו מלאכי השרת לפני הקבה ראה מה עשה יהושע בן לוי בזרוע נטל חלקו בגן עדן ׃ אמר להם הקב״ה לכו ובדקו ממנו אם נשבע שבועה קודם ואם זהיה מפר שבועתו ׃ אף זה יפיר ואם לאו לא יפיר אותה יצאו ובדקו שמימיו לא עבר שבועה : אמר להם הקב״ה אם כן לא יצא משם כיון שראה מלאך המות שלא היה לו יכולת להוציאו מגן עדן ׃ אמר לו תן לי החרב שלי ולא רצה לתת לו עד שיצתה בת קול ואמרה לו תן לו החרב שלו שהוא צריך לבריות אמר לו ר׳ יהושע השבעה לי שלא תראהו לשום אדם בשעה שאתה נוטל נשמתו : שקודם זה בכל מקום שהיה מוצא שום אדם היה שוחט בפני הכל אפילו שכב בחיק אמו׳ באותה שעה נשבע לו ונתן לו החרב והלך אליהו ז״ל עם רבי יהושע בן לוי : והלך ומצא לרבי שמעון בן יוחאי׳ שהיה יושב על שלש עשרה

תכטקי פיזא א״ל אתה הוא בן לוי אמ׳ לו הן אמר לו נראתה הקשת מימיך אמר לו הן אמר לו אם כן אין אתה בן לוי ולא היה הדבר כן כי לא נראתה הקשת בימיו : ולמה אמר נראתה שלא רצה להחזיק טובה לעצמו ׃ ולמה שאלו על הקשת לפי שהיה ברית בין הקב״ה ובין הארץ וכל זמן שנראתה הקב״ה מרחם על הארץ ועל הבריות וכל זמן שיש צדיק גמור אין העולם צריך לקשת שבשביל צדיק אחד העולם עומד שנאמר וצדיק יסוד עולם ׃ הלך מלאך המות ומצא לרבן גמליאל ואמר לו כך וכך עשה רבי יהושע בן לוי אמר לו רבן גמליאל יפה עשה לך אלא בוא ואשלחך אליו ואמור לו בקשה אני מבקש ממנו גן עדן ותיכתר הכל ושישלח כתב אלי ואראה אם יש מאומות העולם בגן עדן או אם יש מישראל בגיהנם הלך מלאך המות לגן עדן לרבי יהושע ויגד לו את כל דברי רבן גמליאל ואמר רבי יהושע כן אעשה לך הלך רבי יהושע וחפש גן עדן כלו ומצא בו שבעה בתים בגן עדן : ובכל בית שנים עשר רבות מילין וכו׳ ׃

Opus quod accidit R. Iehoſciùa Ben Leuì.

Dixerunt Sapientes, quòd R. Iehoſciùa Ben Leuì fuit iuſtus, perfectus, & quando accidit tempus mortis eius, dixit Deus ſanctus benedictus Angelo mortis, vade, & fac R. Iehoſciùa quicquid ipſe à te petierit. Abijt apud ipſum, dixitque ei: Iehoſciùa Ben Leuì appropinquat tempus, vt diſcedas è ſeculo, ſed quidquid petieris à me, ego faciam tibi; quando audiuit R. Iehoſciùa ſic, dixit ei: Ego peto à te, quòd facias me videre locum meum in Paradiſo voluptatis. Dixit ei Angelus mortis: Veni mecum, & videre faciam tibi. Dixit ei R. Iehoſciùa: Da mihi gladium tuum, ne fortè terreat me in eo. Statim dedit ei gladium, & ſimul ambulauerunt quouſque peruenerunt ad muros Paradiſi voluptatis, ſtatim ſaltauit R. Iehoſciùa murum, ſtatimque cecidit in medio Paradi-

ſi

Quia erat fœdus inter Deum sanctum benedictum, & inter terram, & quotiescumque apparet, Deus sanctus benedictus est misericors super terram, & super creaturas, & omni tempore quo reperitur iustus in generatione, mundus non eget arcu, quia propter iustum vnum mundus stat, sicut dicitur, Et iustus fundamentum mundi. *Abijt Angelus mortis, inuenitque Rabbàn Gamaliel, & dixit ei: Sic, & sic fecit R. Iehosciùa Ben Leuì: Respondit ei Rabbàn Gamaliel: Benè fecit, vade; sed veni, & mittam te ad eum, & dixit ei: Petitionem quæro ab eo de Paradiso voluptatis, & quòd scribat ad me omnia, quæ sunt in eo, & videat an sint de populis mundi* (de Gentilibus) *in Paradiso voluptatis, & an sint de Israëlitis in Inferno. Abijt Angelus mortis ad R. Iehosciùa in Paradisum voluptatis, & nunciauit ei omnia verba Rabbàn Gamalielis. Et dixit R. Iehosciùa: Sic faciam tibi. Abijt R. Iehosciùa, & percontatus est vniuersum Paradisum voluptatis, inuenitque in eo septem mansiones, & in omni mansione duodecim myriades milliariorum &c.*

O insana Iudæorum deliria! Quis vos fascinauit non obedire veritati? Somniastisne vnquam has fabulas, quarum falsitas est luce meridiana clarior; ad quarum confutationem solus rationis vsus sufficiat?

Et quia de fictis Iudęorum pseudomiraculis introductus est sermo, referã quædam alia, videlicèt, quod Romæ in Basilica Sancti Stephani duas iactitant esse columnas æneas Salomonis Regis, ex quibus singulis annis die 9. Iulij sudor aquæ instar, emanat. Sic ab aditu sepulchri Dauidis, eiusque familię mi-

si voluptatis. & apprehendit Angelus mortis oram clamidis, dixitque ei: Egredere, curauitque R. Iehosciùa, vt non expelleretur, & non fuerat facultas Angelo mortis ingrediendi in medio eius (Paradiso voluptatis). *Dixerunt Angeli Ministratorij ante conspectum Dei sancti benedicti: Vide quid fecit Iehosciùa Ben Leuì in brachio eleuato, accepit partem suam in Paradiso voluptatis. Dixit eis Deus sanctus benedictus: Ite, & perquirite ab eo, si ante iurauerat, & fuerat fractor iuramenti sui, etiam hoc franget, si verò non, non franget. Exierunt* (Angeli), *& quæsierunt quòd in diebus eius non fregit iuramentum; dixit eis Deus sanctus benedictus: si sic est, non egredietur de illo loco. Vt vidit Angelus mortis, quòd non haberet facultatem expellendi eum à Paradiso voluptatis, dixit ei: da mihi gladium meum, noluitque dare ei, vsquequo egressum esset Oraculum, dixitque ei* (Deus sanctus benedictus) *da ei gladium suum quia ipse opus habet pro Creaturis. Dixit ei R. Iehosciùa, iura mihi, quod non ostendes illum nulli hominum in hora, qua tuleris animam eius, quia ante hoc in omni loco, quo inueniebat aliquem hominem, occidebat illum, etiam cubantem in sinu Matris suæ; in ipsa hora iurauit ei,* (Angelus mortis), *deditque ei gladium, & abijt Elias cum R. Iehosciùa Ben Leuì, & ambulauit, inuenitque R. Simeonem Ben Iochài, qui cubabat super tredecim Thronos aureos, dixit ei* (R. Iehosciùa) *tu es filius Leuì? Respondit ei, sic; dixit ei, apparuit arcus in diebus tuis? Respondit ei, sic: si ità est* (ait R. Iehosciùa) *tu non es filius Leuì, & res non fuit ità, quia non apparuerat arcus in diebus eius. Et cur dixit apparuit? Quia ex se ipso noluit ostendere bonitatem suam, Et cur quæsiuit de arcu?*

balà asserit vidisse in quaternione vetusto narrationem sepulturæ Ràu Amram, nescit tamen vtrum sit iste Auctor ille Ordinis Precum Hispaniæ, an alius excellens Doctor. Dicit itaque R. Gedalia, quòd talis R. Amram Moguntiæ habitabat, abijt Ràu ille Coloniam ad erigendam Academiam, cùmque iam consenuisset, iussit discipulis suis, vt eum cum Patribus suis Moguntiæ sepelirent, adiunxitque: Recondite me in arca, scaphæ illam imponite, eamque sua sponte fluuio abripi finite. Ita fecerunt, nauis Moguntiam peruenit; Viri autem Moguntini videntes arcam demoueri, crediderunt sancti illius esse, voluerunt scapham arripere, sed semper recedebat. Aderant quidam Iudæi, qui & ipsi volentes scapham accipere, subitò se tradidit eis; aperuerunt arcam, inueneruntque scriptum: *Fratres mei de Synagoga Moguntina ecce veni ad Vos, quæro Vt me sepeliatis in sepulchro Patrum meorum; Vobis autem salutem, & Vitam prosperam optat Amram*. Arcam è naui traxerunt, & honorabili loco collocauerunt illam. Interea Ràu Amram singulis noctibus per quietem visus est multis iuuenibus, dicens eis: Sepelite me, &c. Consultantes igitur illi, noctu abierunt extra Vrbem, ablatoque de patibulo homine induerunt eum vestibus albis, eumque loco Ràu Amram, quem furto abstulerant, substituerunt, atque sic Doctorem illum sepelierunt sepulchro Patrum suorum. Plura videbis in *Scialscèleth* & *Iuchasiin*. Miracula etiam antiquorum Patrum Iudæi sibimetipsis attribuunt, vt docuimus suprà Par. I. pag. 615. colum. 2. Et de varijs ipsorum pseudomiraculis ad risum miraculosè, prorumpere volentes, arceri monet. De *R. Salomone Ben Gebiròl* referunt, tanta eum polluisse sapientia, vt propterea œstro inuidiæ quidam penitùs eum vita priuarit. Accidisse autem, vt cùm sicarius defuncti cadauer propè ficum humaret, arbor solitò citiùs maturis turgida frugibus, in magnam admirationé multos, Regem etiam ipsum, rapuerit. Causam patratæ cædis auctorem rogatum dare, tergiuersatum quidem aliquandiù fuisse, sed cùm fidiculas Rex esset minatus, nisi spontali confessione cruciatum anteuerteret, ingenuè dixisse, hanc se maturitatem præcocem acceptam ferre humanitati, quæ ex occisi, & propè ficum sepulti Iudæi destillaret cadauere. Eiusdem farinæ sunt, quæ de Maimonide tradunt Rabbini, aiunt enim: Cœmeterium Tiberiense mortuo illi in Ægypto destinatum fuisse; funeris autem comites, latronum inopinato territos aduentu, fuga se saluasse. Prædones interim magno numero (triginta enim aut plures fuisse, Annales tradunt Iudæorum) feretrum adortos, in mare illud præcipitare constituisse; sed cùm viderent ne latum quidem vnguem capulum loco moueri posse, in se descendentes animaduertisse, virum hunc esse sanctum, Iudęis proinde non modò copiam fecisse sepeliendi defunctum vbicumque vellent, sed etiam ipsorum funus fuisse secutos. Cùm nepos Maimonidis *R. David* in spelunca sepulchri Hillelis, & Sciammài oraret, aquæ repentè ebullierunt; cùmque anathemate ferijsset obtrectatores, vno die post ictum telum, in Ægypto 500. eorum obierunt.

R. Gedalià Auctor *Scialscèleth hakab-*

igitur ſpelunca compoſuit omnia eius opera Kabaliſtica, quæ ſunt -

1. זוהר *Zòhar Splendor*, Tit. ex Daniel. cap. 12. v. 3. Liber ſuper Pentateuchum, in quo totam Legem, & quinque volumina, hoc eſt Cantica Cantic. Ruth, Hieremiæ lamentationes, Eccleſiaſtem, & Hiſtoriam Eſther Kabaliſticè explicat, vbi arcana eius panduntur ex *Midraſcim*; hoc eſt allegoricis gloſſamentis, varia, & noua Commenta includuntur, atque Sacræ Scripturæ loca in margine annotantur. Excuſ. eſt Mantuæ anno 318. min. ſupput. Chr. 1558. apud R. Meir Ben Ephraim de Patauio, & Iacob Ben Naphtali de Gazulo ſocios, ſub Principatu Guilielmi Gonzagæ Mantuæ Ducis; tribus voluminibus in 4. & Venetijs in fol. In primo volumine Kabaliſticè, myſticè, ac admodum obſcurè continetur explanatio libri Geneſis, & Exodi. In ſecundo libri Leuitici. In tertio libri Numeri & Deuteronomij. Tantæ molis erat liber זוהר *Zòhar*, aiunt peritiores Iudæi, vt nec Camelus illum ferre poſſet, ſi totus extaret. Dicunt enim totum non inueniri, ſed aliquas minimas partes recollectas eſſe quas modò in volumen habemus, nomine R. Simeonis Ben Iochai. Et in libro תקונין *Tikunnin*, *Tikun* 60. circa finem dicitur, quòd omnia opera libri Zòhar non reuelabuntur niſi in fine dierum. Auctor libri Iuchasin ait, quòd anno à Creatione Mundi 5050. Chriſti 1290. fuerunt aliqui, qui docebant, ea quæ lingua Chaldaica continentur in libro Zòhar, qui hodie circumfertur, eſſe Simeonis Ben Iochài, alia verò quæ lingua Hebraica leguntur non eſſe illius, ſed alterius noui compilatoris huius libri

mouentibus egimus Parte III. pag. 361. 378. 448. & 449. Et hæc de Rabbinorum pſeudomiraculis dicta ſufficiant.

Oracula etiam habuiſſe iactitant, nempè Salomonis Iarchì natiuitatem, Oraculo prænunciatam fuiſſe. Eorum ſuperſtitiones etiã varijs viſionibus confirmare volunt, vt de R. Maimonide, Moſis Maimonidis patre, qui non tantùm de ducenda vxore monetur, ſed & viuis ei qualis futura ſit, depingitur coloribus. R. Abrahamo Ben Dauidis Eliam Prophetam apparuiſſe aiunt. Quinimò ſunt adeò ſuperſtitionibus repleti, vt vngues quotquot diebus Veneris reſecant, idque peculiari adhibita ſuperſtitione, à ſiniſtra incipiunt, & digiti quarti primò vnguem demunt, deindè ad ſecundum digitum tranſeunt, poſteà ad quintum, inde ad tertium, tandem in pollicem deſinunt. Memoriale huius ordinis ſignum in manu ſiniſtra eſt רבצ׳ח׳ א׳ג׳ In manu dextera initium faciunt à digito ſecundo, indè ad quartum tranſeunt, poſtea ad primum, deindè ad tertium, vltimò ad quintum pergunt. Huius memoriale eſt ב׳ח׳ אג׳ה׳ tandem cœci illi cœcorum duces, lumen etiam propheticum ſibi arrogant; R. Salomonem Iarchì Gotofrido expeditionis Hieroſolymitanæ euentum prædixiſſe aſſerere audent.

Ad noſtrum R. Simeonem Ben Iochài redeat ſermo, qui reuerà in ſuis libris multa falſa, & impia Commenta ſcripſit, vt de Abrahamo quem didiciſſe & docuiſſe Artem Necromanticam, eamque filijs ſuis, quos ex Concubinis ſuſceperat, reliquiſſe, aſſerit. Multa alia his ſimilia conſultò relinquuntur, cum hic non ſit locus ea recenſere. In hac

Zòhar *nuncupatum; cuius duo millia Exemplaria in Officina typographica Cremonensi excusa inuenimus, & iam ab Hispanis militibus incendio destinati seruauimus:* Hactenùs Sixtus. Quem castigare debes, vbi dicit, *hunc Auctorem scripsisse ante Christum natum*, quia cùm ipse secundùm communem Rabbinorum opinionem, nemine discrepante, fuerit discipulus R. Akibæ, veriùs est ipsum iuniorem fuisse R. Akiba. Cùm igitur R. Akibà sit natus eodem anno ac natus est Christus, sequitur Simeonem Ben Iochài natum esse post aduentum Christi. Ratio est in aperto, quia postquam R. Akibà, vt ait R. Dauid Ganz in צמח דוד *Tzemàch Dauid, Germen Dauidis*, pag. 103. vixerat 120. annis, interfectus est anno 52. ab excidio Templi; atque hic fuit annus 880. min. supput. Chr. 120. quis non videt ipsum natum esse eodem anno quo natus est Christus? Rursum ipsum floruisse tempore Adriani Imperatoris, testantur Harrauàd, Scialscèleth, Iuchasìn & alij: Adrianum verò regnasse post Christum natum quis negat? Deindè si verum fuisset, Christo Domino antiquiorem hunc librum esse, in prætio haberi debuerat, & non incendio tradi, quia tunc in vera Ecclesia fuisset, & in Messiam futurum rectè credidisset. Neque enim antiqui Patres aliquod contra vel Messiam, vel Ecclesiam scripserunt. Stat igitur Simeonem Ben R. Iochài post Christum extitisse, Rabbinumque profanum, ac Kabalisticum fuisse. Denuò fuit excus. זוהר חדש *Zòhar Chadàsc, Zòhar nouus*, eiusdem orationis, styli, & materiæ cum Zòhar antiquo, Cracouiæ anno Christi 1603. in 4. & Venetijs apud Hieronymum Bragadenum ...

... bri, qui, vt alij asserunt, repertus fuit à R. Mose Bar Nachmàn cùm peregrinaretur in terram Israël, in Catalauniam, & inde in Aragoniam transmissus, in manus R. Mosis de Leone circa annũ mundi 5013. Christi 1253. perueniendo euulgatus est. R. Gedaliàh Auctor *Scialscèleth hakabbalà* fol. 31 b. scribit -

וראוי שתרע כי רשב״י ובנו לא כתבו על ספר הזוהר אשר הוא בידינו היום אבל היו תלמידיו ותלמידי תלמידיו שחברו הקונטרסי׳ שכתבו הם והכיר יחס כמו ששים שנה אחרו מותו׃

Scito R. Simeonem, & eius filium Eleazarum nihil scripsisse de libro Zòhar, qui hodie est in manibus nostris, sed discipuli eius, ac discipuli discipulorum ipsorum scripserunt eum in folijs multis, sexaginta circiter annis post mortem eius. Hinc ex diuersis Rabbinorum opinionibus oritur dubium, an verè R. Simeon Ben Iochài fuerit Auctor huius libri *Zòhar*. Verùm ne ampliùs sit ambigendi locus, nihil aliud probabiliùs existimo, approboque, quam suffragium R. Dauid Ganz in suo *Tzèmach Dauid* pag. 105. videlicet: *Hic exorsus est conficere librum* Zòhar, *& discipuli eius post absoluerunt illum.* Itẽ excus. est Cremonę summa diligentia apud Vincentium Contium permissu D. Decij Alterij Vicarij Generalis, Cremonensis Episcopi, & licentia F. Io. Baptistæ Clarini Sacræ Theologiæ Doctoris Inquisitoris Generalis Ordinis Prædicatorum anno 319. min. supput. Christi 1559. regnante Philippo II. Hispaniarum Rege, in fol. charactere quadrato. Huius Auctoris, & libri meminit Sixtus Senensis Bibliothecæ Sanctæ lib. 4. his verbis: *Simeon fil Iochài inter Iudæos Expositores Vetustissimus, scripsit ante Christum natum Volumen ingens,*

nempè tempore Adriani Imperatoris; multum verò post extiterunt Doctores Tiberienses. Et licèt Elias inter alias rationes, quas pro sua sententia adducit, hæc potissima sit, quòd ipse non vidit Auctores antiquos fecisse mentionem horum punctorum; non valet tamen argumentum: Ego non vidi, ergo non fuit. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

Duodecimo anno transacto egreditur de spelunca Simeon, & Eleàzar filius eius, perrexitque in Villam כפר עכברה *Caphàr Achabarà* in medio viæ positam inter Tzaphèth Galilææ superioris, & Tiberiadem ab vtraque Ciuitate distantem 5000. passuum, ibique habitauit, suumque diem clausit extremum, sepultusque est in monte propè Mironis Villam 18. lapide ab *Achabarà* distante in Mausoleo quadrato, supra cuius supremum fastigium (nam triplicato ordine est compositum) extat prægrandis cacabus æneus, quo ignis accenditur tempore nundinarum, quæ per 20. dies celebrantur post trigesimum à Paschate, nempè vsque ad Pentecostem, & per istud tempus frequentatur à Iudæis, deuotionisque causa super illud capita filiorum suorum prima vice radunt, capillosque incendunt, postquam illos redemerint auro cõsignato pro oleo emendo in honorem sepulchri ad pondus capillorũ. Et hęc de perfido Simeone Ben Iochài dicta sint satis, quem vocare solent בוצינא דנהורא *Butzinà de Neorà*, *Facem luminosam*. De hoc Auctore dicunt mendaces Rabbini, quòd toruo oculo quendam respexit, & mortuus est. Vide Par. III. pag. 377. col. 2. quam stultitiam attribuunt etiam alijs Rabbinis, vt

gadinum anno 423. min. supput. Chr. 1663. in 4. Non desunt alij Libri ab Anonymis Auctoribus scripti, sub nomine זוהר *Zòhar* vt זוהר הרקיע *Zòhar harachiaà*, *splendor firmamenti*. Excul. Constantinop. in 4. זוהר יהוה *Zòhar Adonài splendor Domini*. זוהר על הרפואה *Zòhar al Harrephuà*. Titulus libelli Medicin. Vide Par. II. pag. 807. col. 1. num. 495. & 496.

2 Scripsit תקונין *Tikunnin*, *Directoria* libri Leuitici, quibus dirigitur homo in via intelligentiæ locorum Sacræ Scripturæ, ponentium in Deo ea, quæ hominibus sunt propria. Ità ferè semper coniunguntur cum libro Zòhar, vnde factum est quòd vocentur *Tikunnim Meahazohài*; Extat msc. in Bibliotheca Vaticana à quodam Chaijm Papyr. in 4.

3 רועה מהימן *Roeèh mehèman*, *Pastor fidelis*, ità vocatur quia fingit doceri à Mosè Pastore fideli.

4 ההיכלות *Habechalòth*, *Mansiones*, *& Palatia*.

5 רזי תורה *Razè Thorà*. *Secreta Legis*.

6 Scripsit Tractatum Kabalisticũ de punctis, seù vocalibus Hebraicis, eaque iisdem nominibus, ac hodie nominantur, vocat, vt puta *Chatèph Segòl*, *Kamètz*, *Tzère*, *Chirìk &c.* & easdem quoque figuras illis assignat, & exactè describit; argumentum à nobis desumptum suprà Par. I. pag. 148. in Dissertatione de Punctorum, seù Vocalium Hebræorum origine &c. ad conuincendum Eliam Leuitam Germanum, qui in suo *Masòreth hammasòreth* malè infert Hebraica pũcta à Doctoribus Scholæ Tiberiadis adinuenta fuisse, quia multò antea fuit Rabbi Simeon Ben Iochài,

Mirandulanum Tomo I. Apolog. pagina 116.

ר' שמעון מימודינה

כתב שאלות ותשובות :

1827 R. SIMEON DE MODENA scripsit ש״ות *Sceëloth Vtscinuòth, Quæsita & Responsa legalia.*

רבי שמעון הצדיק נקרא עדו בן יהושע בן יהוצדק כהן גדול

אחד מאנשי כנסת הגדולה חבר על שם המפורש ושמואל אמר משמעון הצדיק לתלמידיו דעו כי שם המפורש נחלק לע״ב חלקים ושלושה. תקון ושרוש וכו' : נזכר בל״ג ע״א בספר שלשלת הקבלה בבית ספרי של דוכום די מלרדס קנ״ד :

1828 R. SIMEON IVSTVS; vocatus ADDO' BEN IOSVE', BEN IEHOTZEDEK SACERDOTIS MAGNI, vnus ex 120. Viris Synagogæ magnæ, qui ex Babylone egressi, in terram Israël reuersi sunt, Templumque ædificarunt.

Maioris claritatis gratia, nota, duo fuisse Simeones Iustos, præter tertium, cuius mentio fit in Euangelio, qui in vlnas suas suscepit Christum Dominum, vt diximus suprà Par. I. pag. 679. & de quo egimus Par. III. pagina 327. Secundus fuit Simeon filius Oniæ, vt apparet in Chronologia Philonis Alexandrini citata ab Azaria de Rubeis in מאור עינים *Meòr enàim* cap. 22. pag. 92. & à nobis Parte I. pag. 680. Primus fuit Simeon Iustus, cuius noster est sermo, qui obuiam iuit Alexandro Macedoni, prohibuitq; ne Templum ac Ierosolymorum Vrbs incenderetur. Item, ne simulacrum Alexandri poneretur in Templo; & ne Ale-

vt fusiùs suprà Par. I, pag. 537.

ר' שמעון יציה

כתב מעמדות לו סדר מעמדות :

1825 R. SIMEON IETZIA' scripsit Stationes, seù Ordinem Stationum sacrarum, hoc est Ordinem Officij Diuini vniuscuiusque hebdomadis, complectentem omnes Preces, Hymnos, Benedictiones, & Cantica, quæ singuli Iudæi, qui religiosiores esse volunt, recitare solent. Excus. Venet. in 16. apud Ioannem de Gara anno 312. min. supput. Christi 1552. charactere quadrato, fuisque punctis instructo. Et ibidem cum breui Comment. an. 1598. in 8. & Veronæ Germanicè. Vide Hotting. Nota ex Buxtorfio; quòd cùm Templum Hierosolymitanum adhùc staret, si quis peccasset nocte, obtulebat sacrificium mane; qui interdiù vespere; & tunc Sacerdos ipsi remittebat peccata. Postea verò ex quo Templum dirutum fuit, & Sacerdotes cũ omnibus sacrificijs cessarunt, loco sacrificiorum realium, instituerunt Hebræi sacrificia labiorum, cum commemoratione solùm priscorum sacrificiorum; nam persuasi recordationem tantũ valere, quantum ipsa sacrificia, ordinarunt triplicatas Lectiones singulis diebus Hebdomadæ recitandas, ex Biblijs, Miscnà, & ex Ghemarà.

רבי שמעון בן לקיש

כתב על שני תורה שבכתב ושבעל פה קבל בהר סיני :

1826 R. SIMEON BEN LAKI'S scripsit de duplici Lege à Mose recepta in monte Sinai literali, & spiritali. De eo fit mentio apud Ioannem Picum

יִשְׂמְחוּ הַשָּׁמַיִם וְתָגֵל הָאָרֶץ יִרְעַם הַיָּם וּמְלֹאוֹ ,

Horum dictionũ capita componunt duo prima verba posita in calamo Clauis, accentu signata, & explicantur: *Lætabuntur Cæli, & exultabit terra, tonabit mare, & plenitudo eius.*

Tertia dictio trium literarum ישו, quę significat *Iesu*, sunt primæ literæ primarum trium dictionũ sequentis versus

יַעֲלֹז שָׂדַי וְכָל־אֲשֶׁר־בּוֹ :

Exultabit ager, & omne quod in eo, quia literæ quæ sunt coniunctæ cum Makàph, se habent ac vnicum verbum.

In fine dictionuum huius ver. 12. יעלז *Exultabit &c.* reperiuntur literæ huius verbi רזו לי רזי לו *Secretum eius mihi, & secretum meum ei*, vt hic clarè apparet Psalmo 96. vers. 12.

יַעֲלֹז שָׂדַי וְכָל־אֲשֶׁר־בּוֹ אָז יְרַנְּנוּ כָּל עֲצֵי יָעַר


Exultabit ager, & omne quod in eo; tunc laudabunt omnia ligna syluæ.

Hinc apparet quod Dauid ex instinctu Spiritus Sancti ostendere voluit, quòd Messias vocari debebat nomine IESVS. Neq; mireris, quòd Iesus nomen scribatur cum litera ע *Aain* ישוע *Iesciùa*, quia erat nomen vulgare; sed hoc est nomen reconditum, & quòd venit à nomine Τετραγράμματον יהוה *Adonài*, quale est יהושוה *Iesu*, vel absolutè absque literis ה, tali pacto ישו, & de hoc intellexit Angelus, quando dixit: *Quoniam ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum*, cùm nemo præter Deum possit à peccaris saluare, quia *Domini est salus &c.* Nunc in hoc nomine tria mysteria, & secreta abscondita sunt. Primum est Trinitas, & Vnitas Dei. Secundum Diuinitas Messiæ, & vnio

Alexandri nominis deleretur inter Iudæos memoria: iussit vt omnes masculi, qui eo anno ex Sacerdotum vxoribus nascerentur, de nomine *Alexandri* essent appellandi, & quòd à tali anno inciperent numerare annos in publicis scripturis, vndè annus שטרות *Scietaròth*, *Contractuum* vocatus fuit. Contigit hoc anno 3450. ab Orbe condito, ante Christum natum 310. Anno 1000. ab exitu filiorum Israël de Ægypto; an. 40. ab ædificatione Templi secundi; ea quippè ætate obierunt Esdra Scriba, Aggeus, Zacharias, & Malachias Prophetæ, atque cessauit Prophetia in Israël. Horum omnium integram reperies Historiam Par. II. pag. 578. & sequentibus.

Scripsit Expositionem שם המפורש *Seem hammephoràsc*, *Nominis expansi*; & incipit: *Dixit Simeon Iustus discipulis eius: Silete, quoniam Nomen expansum diuiditur in quinque partes, & ipsa sunt* תקון וצירוף *Tikkùn & Tzirùph, Directorium, & Coniunctio.*

De varijs huius Nominis expansi Kabalisticis expositionibus, plurìes in hac nostra Bibliotheca egimus, inter quas enumeranda est quędam explanatio Clauis, quæ reperitur in Epistola Ludouici Carreti Neophyti, typis exarata Parisijs 1554. & est talis.



Vide Psal. 96. qui incipit שירו ליהוה שיר חדש *Cantate Domino Canticum nouum.* & in ver. 11. dicitur

לא שניתי *Quoniam ego Dominus, & non mutor*,

In manubrio Clauis adſunt decem literæ hoc modo יהוה יהו ישו tres dictiones cum tribus literis ad ſignificandam Trinitatem, & in prima dictione additur vltimo loco ה *He*, vt demonſtretur Meſſias, qui comprehenditur in prima ה *He*, & vocatur *Ieſu*. & per hoc eius loco poſitum eſt ישו *Ieſu*.

In fine Clauis ponuntur quinque literæ in modum Crucis, ex quibus egreditur nomen יהשוה *Iheſciùh* tali pacto.



Et ſi leges per longitudinem, latitudinem, & per circuitum, veniet nomen יהוה יהשוה ad hoc vt intelligas Ieſum eſſe Agnum holocauſti.

Nota, quòd nomen Dei יהוה *Adonài* compoſitum eſt ex literis quieſcentibus, hac ratione; Primùm, quia ſicuti literę quieſcentes aliquando ſunt occultæ, aliquando indicatæ, ita Deus vbique eſt, & tamen videri nequit, ſicut ſcriptum eſt: *Quoniam non videbit me homo, & viuet*; Exodi 33. Secundùm, quia literæ Hebraicæ denotant numerum, licèt cum ſuo ſignificatu remaneant, & numerus ſignificatus multiplicari poteſt cum litera tàm proxima, quàm remota, & productum ſuam literam format, E. G. litera י *Iod* multiplicata per ה *He*, videlicet 5. cum 10. facit 50., hoc eſt literam נ *Nun*, quæ ſignificat 50. & ſic de cæteris. Ita ſi ex nomine ינו multiplicabis literam נ *Nun* cum ו *Vau*, faciet 300. hoc eſt ש *Scin*, & ſi hanc ponas loco נ *Nun*, habebis ישו *Ieſù*, Et hęc eſt explanatio præfatæ Clauis, quę nullius eſt momenti, nec flocci exiſtimo, vnio cum ſecunda Sephirà, vel numeratione. Tertium eſt nomen Meſſiæ. Et circa primum, Trinitas ſignificatur à tribus primis literis יהוה, quarta verò litera eſt eadem ac ſecunda, quæ ſignificat Incarnationem ſecundæ Sephiræ vel numerationis, & etiam Diuinitatem Chriſti; ſed nomen Chriſti ibi abſconditum ſic deduces: multiplicata י *Iod* cum litera ה *He*, facit 50. & eſt numerus literæ נ *Nun* ſignificatę per Meſſiam, ſicut ſcriptum eſt לפני שמש ינון שמו *Ante Solem Innon eſt nomen eius*; & inuenies hoc nomen eſſe ישוש *Ieſus*, ſi multiplicabis י *Iod* cum ו *Vau* faciet 60. & ſic erit ס *Samèch*, & per hoc mons סיני *Sinài* totus fumigauit, in quo habitare complacuit Deus; & ſi multiplicabis ה *He* in ו *Vau* faciet 30. hoc eſt ל *Lamed* nominis זה אלי ואנוהו *Iſte eſt Deus meus, & collocabo eum*. Sed ſi multiplicabis tres literas יהו vnam cum alia, hoc eſt ו *Vau* cum ה *He* faciet 50., ſcilicèt נ *Nun*; & ſi multiplicabis נ *Nun* cum ו *Vau*, faciet 300. nempè ש *Scin*, quæ poſita inter י *Iod*, & ו *Vau*, faciet ישו *Ieſu* nomen Chriſti apti ad vniendum duas literas ה *He*, hoc eſt duas naturas, Diuinam, & humanam; & ſi loco duplicis ה *He* ponas duplex ש *Scin*, faciet ישוש *Ieſus*, & ſi ponas ש *Scin* poſt literam י *Iod*, & ה *He*, habebis יהשוה *Iheſùh*, & hoc eſt magnum nomen *Ieſus*. Hæc autem duarum naturarum vnio explicatur duabus literis ה vna incluſa in alia, vt videtur in circulo Clauis; & reſpectu vnius dicitur à Propheta Iſaia מדוע באתי ואין איש *Cur veni, & nemo adeſt*? reſpectu verò alterius dicitur à Malachia כי אני יהוה

nuntiare vt Iudæi, & cum illis conuenire in eorum nefaria explicatione per *Rascè theuòth*, *Capita dictionum*, debemus pronuntiare literam ע *Aain* in fine, dicendo ישוע *Iesciùaa*, cùm tali modo pronuntiatum sit ab Angelo annunciante. Quòd si à Latinis pro ישוע dicatur *Iesus*, hoc prouenit, quia ipsi non loquuntur cum gutture, vt Hebræi solent. Hinc corrigendus est *Christophorus Lauretus Agendicensis* in lib. *Hazòhar*, *siuè Illustratio Prophetarum de plenitudine temporis Messiæ*, excuso Parisijs anno salutis 1610. vbi in quadam Præfatiuncula Hebraico sermone conscripta vtitur hoc nomine ישו loco ישוע. Neque sit, qui nimio charitatis zelo erga Iudæos conetur eos excusare, dicendo: ideò ab eis dici ישו pro ישוע, quia nimiam difficultatem patiuntur in pronuntiatione literæ ע *Aain*, hoc enim est ineptum, & gratis dicitur, quia ab eis contrarium profitetur, vt testatur Elias Thesbites, qui in suo Opusculo, seù *Thesbì* à Paulo Fagio translato, pagina 151. ait -

ולפי שהיהודים אינם מורים שהוא היה המושיע לפיכך אינם רוצים לקראו ישוע והפילו העין וקורין לו ישו: *Et quia Iudæi non credunt, quòd ipse sit Seruator ille, idcircò nolunt ipsum vocare* ישוע *Iesciùaa, sed tollunt* ע *Aaìn literam, & pronuntiant Iesciù.*

R. Moses in *Morè hanneuuchìm* Par. I. c. 6. vult solum nomen Τετραγράμματον, esse Dei proprium, vndè dicit:

כל שמותיו יתעלה הנמצאם בספרים כולם נגזרים מן הפעולות וזה מה שאין העלם בו אלא שם אחד והוא יוד״ הא״ ואו״ הא״ שהוא שם מיוחד לו יתעלה ולזה נקרא שם המפורש:

Omnia nomina Dei, quæ in libris sacris inueniuntur, deriuata sunt, Vt palàm est

mo, vtpotè Kabalistica, quæ nihil veri concludit, neque aliquod certum ex ea infertur, sed omnia ad placitum: Quinimò auferre intendit à nomine ישוע literam ע *Aaìn*, dicendo ישו, sicuti faciunt Hebræi ex eorum malignitate, cùm per tales literas illud delere intendant; dicunt enim literam י *Iod* significare ימח *Imàch*, *Deleatur*; literam ש *Scin* שמו *Scemò*, *Nomen eius*, & literam ו *Vau* וזכרו *Vezichrò*, *& memoria eius*, & sic faciunt illud significare: ימח שמו וזכרו *Deleatur nomen eius; & memoria eius*, vt obseruat Ioannes Baptista Iona in Præfatione ad sua Euangelia Hebraica. Buxtorfius de Abbreuiaturis, Ioannes Vulser in Theriaca Iudaica, & nos obseruauimus suprà pag. 162., cùm de Numismatibus Hebraicis sermo fuit. Tamen hoc ab eorum perfidia, & nequitia gratis dicitur, quia per *Rascè Theuòth Capita dictionum* redditur hæc alia significatio, à S. Ireneo, & ab alijs doctissimis Viris relata. Per י *Iod* redditur יהוה *Adonài*, *Dominus*; per ש *Scin* שמים *Sciamàim*, *Cæli*; per ו *Vau* וארץ *Veàretz*, *Et terra*; & sic habetur יהוה שמים וארץ *Dominus Cæli, & terra*. En igitur in quo consistit tota Iudæorum doctrina, tota Iudæorum speculatio, tota Iudæorum sagacitas, ad quam magìs illudendam, fas sit & nobis eadem vti doctrina per *Rascè theuòth*, *Capita dictionum*, in titulo ab eis maximo in honore habito, videlicet חכם מחכם ורב רבנן *Sapiens, & magnus Doctor noster*, si sumamus omnes primas literas harum dictionum significabunt חמור *Chamòr*; *Asinum*. Vnde si consideremus hoc Nomen ישו *Iesù* vt sonat, nihil mali continet, attamen ne appareat illud nos pro-

& virtute ipsius destruerent seculum, fecerunt duos Canes æreos, & posuerunt eos super duas columnas contra Portam Domus Sanctuarij. Quandocumque itaque ingrediebatur aliquis, & addiscebat literas prædicti Nominis, & exibat, Canes illi ærei latrabant ei adeò horribiliter, quòd perterritus obliuiscebatur Nomen, & literas quas didicerat. Venit itaque Iesus Nazarenus; & ingressus Templum didicit literas illas, & scripsit in pergameno; deindè scidit carnem cruris sui, & in incisione illa inclusit dictam chartulam, & dicendo Nomen, nullum sensit dolorem, & redijt cutis continuò, sicut ante erat: cùmque egrederetur è Templo latrauerunt ei Canes ærei supradicti, & statim oblitus est Nomen. Perrexit itaq; in domum suam, & aperuit crus cum cultello; & accepit chartulam, vbi erant literæ *Scem bammephoràsc*, & rursum didicit eas. Quo facto congregauit trecentos, & decem de Iuuenibus Israël, & dixit eis: Videte, ob hoc dicunt Sapientes me esse spurium, quia super Israël volunt habere dominium: vos autem scitis quòd omnes Prophetæ prophetarunt super Messiam, & in veritate ego sum ipse, & super me dixit Isaias Propheta, capite 7.

הנה העלמה הרה ויולדת בן וקראת שמו עמנואל :

Ecce Haalmà, id est *Puella*, vel *Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabit nomen eius Immanuel*. Dauid quoque auus meus prophetauit super me, & dixit Psal. 2. יהוה אמר אלי בני אתה אני היום ילדתיך *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Genuit itaque me mater mea sine coitu masculi, virtute Dei. Ipsi sunt ergo spurij, & non ego, sicut dictum est, Hoz. 2. את בניה לא ארחם כי בני

est ab operibus eius, Vnico excepto Iod, He, Vau, He, quod est nomen Dei proprium, vndè etiam Vocatur Scem Hammephoràsc. Id est, vt ipse explicat, Nomen, quod clarè, & citrà vllam æquiuocationem Dei substantiam docet.

Pro *Scem bammephoràsc* multa in Iesum Christum blasphema euomunt Iudæi, omniaque eius miracula, quæ in hoc Mundo ad salutem humani generis patrauit, virtuti *Scem bammephoràsc* attribuunt. Hinc compositus fuit iniquissimus, ac sacrilegus libellus ille תולדות ישו *Toledòth Iescù, Generationes Iesu*, nuncupatus, quo Auctore, quo tempore, & vndè prodierit penitùs ignoratur; quapropter Sapientissimus Raymundus Martini in Parte II, Pugionis fidei capite 8. Parisianę editionis à me collatæ cum quodam antiquo mss. quod extat in mea Bibliotheca Sanctæ Pudentianæ de Vrbe, sic de famoso libello illo discurrit: *Quia innumera fecit Dominus noster Iesus Christus miracula soli Deo possibilia, conata est Iudaica prauitas, cui nunquam deest, nec deficit Vulpina calliditas, alia deturpare blasphemia. Composuerunt ergo librum, in quo contra Christum talem mentiti sunt fabulam*.

Tempore *inquiunt*, Elani Reginæ, id est Helenæ, quæ vniuersæ terræ Israël præerat, Iesus Nazarenus venit Ierusalem, inuenitque in Templo Domini lapidem, in quo sedebat olim Arca Domini, & erat in eo scriptum *Scem bammephoràsc*, id est *Nomen expositum*. Quicumque verò illius Nominis literas addiscebat, & sciebat, poterat facere quicquid volebat. Sapientes ergo timentes ne Viri Israël addiscerent illud Nomen,

deliores, quos habebat cum ipsis, & fecit ille impius reuiuiscere mortuum per *Scem hammephoràse*. In illa hora obstupuit Regina, & dixit: Verè magnum signũ est hoc: deditq; Sapientibus verecũdiam, & exiuerunt confusi à conspectu eius: fuitque illis, & Israëli dolor magnus. Iuit autem Iesus in Galilæam superiorem, iueruntque Sapientes ad Reginam, & dixerunt ei: Domina nostra sortilegium est cum isto homine, & deuiat creaturas. Misit ergo illa milites, qui caperent eum, & non permiserunt homines Galilçæ, sed voluerunt pugnare cum ijs; Qui ait: Nolite pugnare pro me, quia fortitudo Patris mei de Cœlis, & signa, quæ dedit mihi tuebuntur me. Faciebant itaque homines Galilçæ aues de luto coram eo, & ipse dicebat *Scem hammephoràse* super eas, & statim illæ aues volabant. Ceciderunt ergo illi in facies suas adorantes eum. Dixit etiam in illa hora vt apportaretur vnus maximus lapis molaris, & proijceretur in mare. Quod vt factum est, dixit ille impius *Scem hammephoràse*, & fecit molem istam stare super faciem maris, seditque super eam, & dixit militibus: Ite ad Dominam vestram, & nunciate ei quod vidistis. Deinde surrexit coram eis, & cæpit ambulare super faciem aquæ. Abierunt milites illi, & quæ viderant dixerunt Helenæ Reginæ, quæ vehementèr obstupescens vocauit Sapientes, & dixit eis: Vos dicitis, quòd hic homo est sortilegus, sed sciatis quòd signa quæ facit ostendunt esse verè Filium Dei. Qui dixerunt ei: Domina nostra, fac ipsum venire, & nos detegemus fraudem eius. Interim abierunt Senes Israël, & fecerunt quemdam intra-

:זנונים המה *Et filiorum eius non miserebor, quia filij sunt fornicationis*. Responderunt ei Iuuenes illi: Si tu es *Messias* ostende nobis signum. Quod signum, inquit, quæritis à me? Dixerunt ei: fac claudum stare sicut nos. Dixit eis: Adducite eum ad me. Continuò ergo adduxerunt ad eum claudum, qui nunquam steterat super pedes suos; dixit super eum *Scem hammephoràse*, & illa eadem hora surrexit claudus, & stetit super pedes suos. Inclinauerunt ei ergo omnes, & dixerunt: Iste est proculdubio Messias. Adduxerunt ei itaque leprosum, & dixit NOMEN, posuitque manum super eum, & statim curatus est. Accreuerunt ergo ei multi ribaldi gentis nostræ (Iudaicæ). Videntes ergo Sapientes, quòd crederent ei Israëlitæ, ceperunt ipsum, & duxerunt ad Helenam Reginam, in cuius manu erat terra Israël, & dixerunt ei: Domina nostra in manu istius hominis est sortilegium, & facit errare mundum. Iesus verò respondit ei: Domina, olim Prophetæ prophetauerunt super me, quorum vnus dixit Isai. 11. v. 1. *Egredietur palmes de trunco Iesse*: Ego sum ille. Super istis verò dixit Dauid Psal. 1. ver. 1. *Beatus qui non ambulat, vel abijt in consilio impiorum*. Dixit ipsa: Estne in Lege vestra quod ipse dicit? Dixerunt ei; In Lege nostra est hoc, sed non dictum de eo. Sed super istum scriptum est, Deuteron. 13. ver. 5. *Propheta autem ille morietur, qui locutus est iniquitatem contra Deum*. De Messia verò dictum est, Ierem. 23. vers. 6. *In diebus eius saluabitur Iuda*. Respondit ille iniquus, & ait Reginæ: Ego sum ille, quia ego suscito mortuos. Misit itaque Regina fi-

caulis, qui non eſt de lignis, ſed de herbis, & ſuſpenderunt eum ſuper eum. Nec eſt hoc mirum, quia ſingulis annis creſcit tantùm vnus caulis in Domo Sanctuarij, vt deſcendant de eo centum libræ ſeminis. *Hactenùs Raymundus*, qui pergit ad confutationem huius fatuæ falſitatis, & ne multiplicentur verba ſine neceſſitate, ad eum tranſmittimus curioſum Lectorem; ad inermes enim profligandos hoſtes, vnicus Pugio ſufficiat.

דר ב׳ מקבצו״ **ר׳ שמעון קיירא** חבר
הלכות גדולות וקום חיים בשנת ל׳ אלפים קקח :

1829 R. SIMEON KAIIE'RA vixit in ſecunda generatione Gahonnitarum in Matha Mathaſia Babylonis anno 4058. à creatione mundi, Chriſti 748. tempore R. Samuelis Bar Mari. Non fuit ordinatus Gahòn, ſed nihilominùs cùm eſſet doctiſſimus ſcripſit הלכות גדולות *Halachòth ghedolòth, Deciſiones magnas*, Sunt Deciſiones variorum caſuum, iuxta Iuris Talmudici Canones. Excuſ. Venetijs in fol. & Conſtantinopoli anno non notato. Huius mentionem fecimus ſuprà Par. III. pagina 9. colum. 2.

דר ב׳ מפו״ **רבי שמעון בן הרא״ש**
כתב פירוש על תלמוד בבלי בספרד :

1830 RABBI SIMEON BEN הרא״ש HAROSCH, quam abbreuiaturam ſic explicat Buxtorfius. הרב רבנו אשר *Dominus Doctor noſter Aſcer*. Inſignis Doctor Talmudicus fuit, ac ſæpè in Talmudicis Commentarijs ſic citatur. Scripſit in Hiſpania Commenta-

trare Domum *Sancti Sanctorū*, qui dicebàtur *Iuda Scariòth*; & didicit literas *Scem hammephoràſc* eo modo, quo eas didicerat Ieſus: & fecit inciſiones cruris; & alia quæ ipſe fecerat. Venit ergo ille Nazarenus cum ſocietate ſua; & Regina fecit venire Sapientes; & ille ſtans coram Regina dixit, ſuper me prophetauit Dauid, Pſal. 22. *Quod circumdederunt me canes, Synagoga malignantium obſederunt me*: ſed & ſuper me dictum eſt, Ierem. 18. *Non timeas à facie illorum, quia tecum ego vt liberem te, dicit Dominus*. Sapientes verò contradicebant ei. Ait Reginæ, aſcendam in Cœlum, quia ſic dicit Dauid ſuper me, Pſal. 108. *Exaltare ſuper Cælos Deus*. Eleuauitque manus vt alas per *Scem hammephoràſc*, & volauit inter Cœlum, & terram. Quando Sapientes Iſraël viderunt ſic, dixerunt ad *Iudam Scariòth* vt diceret *Scem hammephoràſc*, & aſcenderet poſt eum: qui aſcendit, & luctatus eſt cum eo, & ceciderunt ambo, & fregit ſibi impius ille brachium: & ſuper hoc opere ſingulis annis plorant Chriſtiani ante Paſcha ſuum. In illa hora ceperunt illum Iſraël, & operuerunt illum pannis, & percutiebant illum virgis malogranatorum, dicentes Helenæ Reginæ, ſi eſt Filius Dei, dicat, qui percuſſit illum; & neſciuit dicere. Dixit itaque Regina Sapientibus: Ecce in manibus veſtris eſt, facite ei quicquid placuerit in oculis veſtris. Ceperunt ergò illum, & duxerunt ad ſuſpendendum. Omne verò lignum, vel arbor, in quo ſuſpendebatur, ſtatim frangebatur: ipſe quippè per *Scem hammephoràſc* adiurauerat omnia ligna ne ſuſciperent eum. Abierunt itaque, & adduxerunt ſtipitem vnius

rium super Talmud Babylonicum. Mortuus est anno Christi 1248.

א' תתל"א **ר' שמעון בן שטח**
תלמיד של יהושע בן פרחיה חבר כמה חבורים וסוף פרק אומר
לתלמידיו הוי מרבה לחקור את העדים, והוי זהיר
בדבריך שמא מתוכם ילמדו לשקר :

1831 R. SIMEON BEN SCIATA'CH discipulus Iosuè Ben Perachià composuit, & dictauit discipulis suis multa ad ritus, & cæremonias pertinentia, secundùm priscorum Hebræorum traditionem, solebatque hoc effatum proferre: *Esto diligens in testium examine, & animaduerte ne dum tu loquaris, ipsi mendacium proferre addiscant.* Ex *Pirkè Auòth* cap. 1. Claruit circa annum ferè centesimum ante aduentum Messiæ; sed secundùm computum R. Samuelis Algazæi in *Toledòth Adàm* recepit traditionem à Iosuè Ben Perachià anno ab Orbe condito 3576. qui est ante Christum natum 184.

א' תתל"ב **ר' שמעון בן שמואל ירושלמי** חבר ספר יריעות עזים :

1832 R. SIMEON BEN SAMVELIS HIEROSOLYMITANVS, scripsit librum ab ipso nuncupatum יריעות עזים *Ieriòth Izìm, Cortinæ Caprinæ.* Tit. ex Exod. 26. 7. Carminibus breuiter comprehendit sexcenta tredecim præcepta.

א' תתל"ג **ר' שמעיה תלמיד של שמעון בן שטח** חבר כמה חבורים לתלמידיו
ושאר דינים אומר אהוב את המלאכה ושנא את הרבנות ואל תתודע
לרשות :

1833 R. SAMAAIA'H DISCIPVLVS SIMEONIS BEN SCIATA'CH, composuit, atque multa dictando scribere fecit discipulis suis, quæ ad cæremonias legales pertinebant. Frequentèr etiam inculcabat, & sæpiùs repetebat hæc verba: *Artem diligite, Prælaturam spernite, & ad Principatum ne accedite.* Ex *Pirkè Auòth* cap. 1.

א' תתל"ד **ר' שמשון** כתב חדושי דרשות :

1834 R. SCIMSCIO'N SAMSON scripsit חדושי דרשות *Chiduscè derasciòth, Nouas Conciones,* hoc est Noua methodo excogitatas. Excus. Pragæ anno non notato.

א' תתל"ה **ר' שמשון** בעל התוספות חבר
פירוש על משניות סדר טהרות נמצא בתלמוד בבלי דפוס
קראקא שנת שס"ד :

1835 R. SAMSON Auctor *Tosaphòth* scripsit Commentarium in Miscnaijòth ex Ordine טהרות *Taharòth*, sexto Miscnæ. Reperitur in Talmud Babylonico Cracouianæ editionis an. 364. min. supput. Christi 1546. Item reperitur excus. vnà cum Commentario R. Mosis Ægyptij textu Miscnæ quadrato charactere, & eleganti, Venetijs eodem anno apud Marcum Antonium Iustinianum in folio magno.

א' תתל"ו **ר' שמשון בר אלעזר מפראנה** חבר ספר ברוך שאמר :

1836 R. SAMSON BEN ELEAZARIS DE PRAGA scripsit librum, præfixo titulo ברוך שאמר *Barùch seeàmar, Benedictus qui dixit.* Agit de

fron-

innumerisque Cantoribus, & Cantatricibus visos fuisse. Primum musicalium Instrumentorum inuentorem fuisse *Iubal*, testatur Scriptura Geneseos 4. 21. יובל הוא היה אבי כל תפש כנור ועגב *Iubal ipse fuit Pater omnis apprehendentis Citharam, & Organum*. Post transitum Maris rubri legimus cecinisse Mosèn Canticum Domino, quia equum, & ascensorem deiecit in Mare. Idem Moses cùm Legem Domini audiente populo legisset, canticum illud triumphale Cantauit האזינו השמים ואדברה *Audite Cæli quæ loquor.* Vir ille secundùm cor Dei, egregius Psaltes *stare fecit Cantores contra Altare, & in sono eorum dulces fecit modos*. Eccl. 47. 10. Sic 1. Paralip. capit. 15. vers. 16. legimus -

ויאמר דויד לשרי הלוים להעמיד את אחיהם המשררים בכלי שיר נבלים וכנרות ומצלתים משמיעים להרים בקול לשמחה ויעמידו הלוים את הימן בן יואל ומן אחיו אסף בן ברכיהו ומן בני מררי אחיהם איתן בן קושיהו ועמהם אחיהם המשנים זכריהו בן ויעזיאל ושמירמות ויחיאל ועני אליאב ובניהו ומעשיהו ואליפלהו ומקניהו ועבד אדם ויעיאל השוערים והם שררים הימן אסף ואיתן במצלתים נחשת להשמיע וזכריה ועזיאל ושמירמות ויחיאל ועני ואליאב ומעשיהו ובניהו בנבלים על עלמות :

Dixit Dauid Principibus Leuitarum vt statuerent fratres suos Cantores in Vasis (cum Instrumentis musicis) psalterijs, & citharis, & cymbalis, audire facientes, exaltando in Voce in lætitia. Et statuerunt Leuitæ Heman filium Ioël, & de fratribus eius Asaph filium Berachiaù, & de filijs Merari fratribus eorum Ethan Kusciaiahù. Et cum eis fratres eorum secundi Zechariaù, Ben, & Iehaziël, & Semiramòth, & Sechiël, & Honni Eliàb, & Benaiahù, & Michuciaù, & Ho-

 be-

frontalibus, & pendaculis brachij. Ita vocatus fuit, quia cùm puer esset, solebat recitare illam Hebræorum Precem, quæ incipit: *Benedictus qui dixit, & factus est mundus*. Ex Psal. 148. *Ipse dixit & facta sunt, &c.* vndè apud vulgum cognominatus fuit ברוך שאמר *Baruch Sceamar*, vt ipse Auctor asserit in suo Opere, pag. 115. msc. in Bibliotheca Vaticana.

ר׳ שמשון גינצבורג אשכנזי כתב ספר גאומטריא ז׳

1837 R. SAMSON GINTZBVRG GERMANVS peritus Artis Architectonicæ, & instructus scientia Geometrica, scripsit librum de Geometria, qui lucem adhuc non vidit. Rabbì Dauid Ganz refert, quòd fuit valdè pius & humilis, & quòd ex benignitate Domini, quę super illum erat, factus est insigniter diues aliquot centenorum millenorum aureorum, cuiusmodi diues amplùs, & magnus sicuti ipse erat, non fuit seculo nostro vllus ex filijs populi nostri in Germania; etiam maiores nostri non narrarunt nobis. Sic ipse. Moritur an. 346. min. supput. Chr. 1586. 80. ætatis anno. Fuit etiam non parum doctus in cantu Hebræorum more.

DE HEBRAEORVM ΜΟΥΣΙΚΗ MVSICA Breuis Dissertatio.

INstrumenta musicalia, suauesque concentus antiquitùs apud Hebræos extitisse, compertissimum est. In Veteris enim Testamenti fastis, non semel legitur ipsos, & Cymbalis, & Organis,

ſule etiam doctiſſimum Kircherium in ſua Muſurgia vniuerſali. Hinc credimus inter tot Cantores, & Symphoniaca Inſtrumenta, perfectiſſimã melodiam, harmonicumque concentum extitiſſe. Qualis tamen eſſet hic concentus, & ad quæ ſigna velociùs, vel tardiùs incederent, quis inueſtigare poteſt? Nicolaus Lyranus egregius Sacræ Scripturæ Commentator ſuper illa verba 1. Paralip. cap. 2. v. 55. *Canentes atque reſonantes*, ait *Canentes*; id eſt; *legentes in libris Legis Diuina, qua lectio fit per modum cantus ratione accentus*. Huic auctoritati videtur opponi Paulus Burgenſis Epiſc. dicendo: *Scriptura S. textus legitur communiter ab Hebrais in ſuis ſcholis per modum cantus, non ratione accentus. Quia accentus poſſet propriè ſeruari ſine cantu; ſed hoc fit ratione ſententia, vt eſt notum peritis in illa lectura. vndè & alio cantu vtuntur in Pſalterio, alio in Prophetis, alio in libro Iob, alio verò in libro Prouerbiorum, & huiuſmodi, licèt quo ad accentum vniformitèr ſe habeant in omnibus libris*. Quòd ſi vtraque auctoritas non toruo oculo perpendatur, clarè conſtabit talem lectionem fieri per modum cantus, & ratione accentus, & ratione ſententiæ, cum ijdem accentus, & ſententias diſtinguant, & cantui inſeruiant. Quidquid tamen ſit, certum eſt Hebræos in eo cantu aliquibus accentibus vſos fuiſſe; & ſicuti nos modò vtimur Notis à Guido Aretino circa annum 1024. in ſtudioſorum gratiam, maioremque facilitatem adinuentis, & medijs virgulis, figuris, menſuris, vel accentibus illis, quos vocamus, *Maxima, minima, ſemiminima*, Κρόμα, *Croma, ſemicroma, biſcroma* διχρώματον, διχρώματον.

bededòm, & Iebièl Ianitores. Et Cantores, Heman, Aſaph, & Ethan in cymbalis æneis ad audire faciendum. Et Zetbariàb, & Haziel, & Semiramòth, & Iechièl, & Hunni, & Eliab, & Maaſeiahu, & Benaiahu in pſalterijs ſuper Halamòth.

Daniel. cap. 3. ver. 5. ובעדנא די תשמעון קל קרנא משרוקיתא קיתרס סבכא פסנתרין סופניה וכל זני זמרא וגו׳ *In tempore quo audieritis vocem Cornu, Fiſtula, Cythara, Sambuca, Pſalteriorum, ſymphonia, & omnium ſpecierum Cantus &c.*

1 Eſdræ c. 2. 65. ולהם משררים ומשררות מאתים *Et eis Cantores, & Cantatrices ducenti*. Et 2. Reg. 19. 25. Eccl. 2. v. 8. & 22. v. 6. ; 1 Mach. 9. v. 39. & nil frequentiùs in Pſalmis.

Apud Talmudicos, Cod. *Sotà* fol. 48. 1. habetur: זמרי גברי ועני נשי פריצותא :

זמרי נשי ועני גברי באש בנעורת :

Si canant viri, & reſpondeant mulieres, eſt impudicum: ſi canant mulieres, & reſpondeant viri, eſt velut ignis in ſtipula. Ad rem noſtram facit illud præclariſſimum Hebræorum Adagium à Buxtorfio in ſuo Florilegio Hebraico adductum, videlicèt, -

מה אומרת חכמת חנגון אצל הנוצרים גנוב גנבתי מארץ העברים :

Quid dicit ars Muſica apud Chriſtianos? Furto abducta ſum ex terra Hebræorum.


De inſtrumentis Polychordis נבל *Nèbel* כנר *Cinnòr* מנים *Minnìm* מחול *Machùl.* De Tympanis תוף *Toph* מנענעים *Minagnaghinìm* משרקיתא *Maſcrakittà* מגרפה *Magraphè* אבוב *Abùb* קרן *Kèren* חליל *Halìl*, & de reliquis Muſicis Hæbræorum inſtrumentis tradita fuit peculiaris, ac prolixa Diſſertatio Par. II. pag. 184. Con-

suas modulationes formasse, modò asserimus. Qui verò audiuit Iubal canentem, Mosen post transitum Maris rubri, vel Dauidem cytharizantem, in quo accentu tardiùs, & in quo remissiùs deflecterent, nos doceat. Quibus autem Tonis, & Modulationibus, & Symphonijs Psalmi fuerint decantati in Veteri Lege, Vide Par. II. pag. 204. Nunc ferè omnes Iudæi Germani eo cantu vtuntur, quē Hereticus Sebastianus Munsterus collegit, qui cantus si in Notis *vt, re, mi, fa, sol, la*, Guidi Aretini ponatur, huius erit tenoris

πέντε, διατεσσάρων, Δίεσις &c. quando altiùs, quando remissiùs, vel lentiùs incedendum sit, dignoscimus: sic antiquos Hebræos aliquos accentus, figuras, vel mensuras habuisse, credendum est: ex quarum diuersitate dabatur quædam norma, & proportio, qua seruata, gratus suauissimusque concentus resultabat; conformiter ad doctrinam à nobis Par. I. pagina 142. traditam, nempè non solùm tempore Mosis, sed ipsius quoque Adami, aliquos accentus, vel vocales, extitisse, quæ consonantibus adiunctæ locutioni adiumento fuisse, & pronuntiationi; his accentibus medijs,


Accentuum Musicorum, quibus Iudæi Germani vtuntur


MELOS.





Accentus Musici frequentiores, qui continuo vsu semper recurrunt, sunt sequentes.





Explicatio supradictorum Accentuum Musicorum.

Musici accentus Hebraicè נגינות *Neghinòth* præter peculiarem quam habent melodiam, certam inter se retinent consecutionem. Hi diuiduntur in accentus Reges maiores, & minores, seù Reges & Ministros, supernos, & infernos. *Ministri* sunt illi, qui Orationem continuant, & promouent vsque ad Regem, seù qui præcedunt tanquam Ministri Reges. Vndè eius munus est, non solùm Musicæ inseruire, & syllabam attollere; sed etiam Orationem continuare, & syllabam quam occupant, pertrahendam, ac celeritate quadam proferendam indicare, decore pronunciationis seruato, donec ad accentum Regem, qui distinguendi vim habet, peruentum fuerit; vt benè docet Bellarm. in Institutionibus linguæ Hebraicæ. *Reges* sunt qui præter eleuationis vocis cognitionem, tamquã cola, commata, & virgulæ potestatem habent sistendi vel distinguendi Orationem, perfectam, vel imperfectam eius sensus notitiam afferendo. Nos verò prætermissis his quæ ad Orationem spectant, eius munus & potestatem ad Musicam pertinentem solummodò declarabimus.

א שַׁלְשֶׁלֶת *Scialscèleth*, hoc est *Catena*, ab eius figura, inter minorum Regum pauperrimus, cùm ministro careat, quia semper in principio versus locum habet, vndè in publicum rarò prodit. Cantus eius serratim ascendit.

א סְגוֹלְתָא *Segholtà*, vel *Segholà*, *Monile*, quem antecedit מונח *Munàch*. Cantus eius est pausa cum subita vocis abruptione; vltimæ literæ proprius, vt נֹבָא;

א תְּלִישָׁא *Telisciá*, *Euulsor*; alius est magnus, alius paruus. Magnus est primæ literæ proprius; paruus verò vltimæ, ante se admittit solum מונח *Munàch*, vt דְּנָבָא. Dicitur *Euulsor*, quod vocem è profundo pectoris euellat, hoc est submissè incipiat, & elatè circumrotetur, vt Hebræi dicunt, quod & figura indicat. Dicitur etiam *Talsà*.

א פָּזֵר קָטוֹן *Pazèr katòn*, *Dispergens*, quia vocem elatam dispergit.

א קַרְנֵי פָרָה *Karnè Paràh*, *Cornua Vaccæ*, hos comites habet דְּנָבָא; Cantus eius, vox quasi dupla, fortis, & tremula est.

א שְׁנֵי גֵרְשַׁיִם *Scenè Gerasciaiim*, *Expulsores duo*. Aliquando ante se

sa, & inflexa voce, iuxta figuram eius. Vltimæ literæ proprius est. Ante se ferè semper habet hos accentus הרנבא׃

א לְגוֹרְמִי *Legormì*, *Perfectum*.

Si præcedat vnus tantùm minister, ille erit מונח *Munàch*; sin autem præcedant duo ministri, tunc primus erit מרכא *Merchà*, & secundus *Munàch*; & si ministri tres antecedant לגורמי *Legormì*, tunc primus erit *Kadmà*, secundus *Merchà*, & tertius *Munàch*.

א רְבִיעַ *Reuiaʿ*, *Incubans*, quòd medio literæ incubet. Illi seruit proximè מונח *Munàch*, consequenter דרגא *Dargà*, hoc ordine נְבָא׃ Distinguitur à vocali *Chòlem*, quod hæc lateri adhæret. Cantus eius vt גרש *Garesc*, sed fortior in fine.

א תְּבִיר *Tebìr*, *Tractus*, à voce fracta, & inæquali. Duos proximiores ministros habet ambiguos, vlteriores certos, sic הרנגבכא

א טַרְחָא *Tarchà*, vel טפחא *Tiphchà*, *Defatigatus*, quod sit vocis submissæ & quasi fessæ acquiescentis. In metro sæpè initialis est, tunc ei seruit מונח *Munàch*, בָּא׃

א סוֹף פָּסוּק *Soph Pasùk*, siuè סלוק *Sillùk*, *Finis*, eò quia semper in fine versus adhibeatur, licèt Oratio interdum sit incompleta, eius munus est periodos distinguere.

א אַזְלָא *Azlà*, *Ambulans*.

א מַאֲרִיךְ *Maarich*, *Protractor*.

se nullum habet accentum, præsente verò monosyllaba voce, vnum habet, vt בָּא׃

א יְתִיב *Iethib*, *Reuersum*, scilicet cornu, vel שופר מקדם *Sciophàr mukdàm*, *Cornu præmissum*, vel *antecedens*, aut שופר משפל *Sciophàr mascpèl*, *Cornu deijciens*. Initio vocis ante vocalem ponitur. Cantus eius vt מהפך *Mahpàch*, sed cum aliqua pausula.

א פַּשְׁטָא *Pascta*, *Extensor*, habet communem figuram cum seruo קדמא *Kadmà*, differt solùm in hoc, quod פשטא *Pascta* vltimam literam occupat; קדמא *Kadmà* verò primam, vel mediam. Dicitur *Extensor*, eò quòd extensa, protracta, æquabilique voce canatur.

א זָקֵף קָטֹן *Zakèph katòn*, *Erector minor*, eò quòd canatur voce minùs, seù parum elata.

א זָקֵף גָּדוֹל *Zakèph gadòl*, *Erector maior*, solo tamen nomine, quia reipsa pauperrimus Regum est, cùm non solùm famulis careat, imò ipsemet interdum inseruit. Elata voce canitur, & tandem facit duos saltus acutos, vt Hebræi loquuntur.

א אַתְנָח *Atnàch*, *Respiratio*, à pausa, & respiratione in cantu. Vocatur etiam accentus enixtichius, eò quia diuidit versum in duas partes, quod Latini idem præstant per duo puncta, ratione sensus existimata, non syllabarum. Ei ministrat seruus מונח *Munàch*, nec procul abest טפחא *Tiphchà*, vt נְבָא׃

א זַרְקָא *Zarkà*, *Sparsor*, à spar-

pellant ; quem illi *Sciophàr iasciar*, isti *Munàch* nominant. *Talscià*, & *Talisà ghedolà* sunt synonyma. Eodem modo *Garisìn* & *Thersciìn*. *Pazèr*, & *Pazèr katòn* ; *Karnè Pharà*, & *Pazèr gadòl*. *Segolà*, & *Sarè*. *Sciophàr iasciàr*, & *Munàch*. *Darchà*, & *Galgàl*. *Maarìch*, & *Merchà*. *Kadmà*, & *Azlà*. *Tarsà*, & *Talisà katannà*. *Scenè Chutrìn*, & *Merchà kaphulà*. *Iatìb*, & *Sciophàr mukadàm*. *Soph pasùk*, & *Sillùk*. Qui verò vt plurimùm pausant, & sententiarum partes præcipuè distinguunt, sunt, *Zakèph katòn*, *Atnàchta*, *Soph pasùk*, *Zarkà*, *Segolà*, *Tarchà*, *Pasctà*, & *Pasùk*.

Ex sententia Pauli Burgensis à nobis suprà relata, compertissimum est Hebræos alio vti cantu in Psalterio, alio in Prophetis, alio in libro Iob, alio verò in libro Prouerbiorum, & huiusmodi, licèt quoad accentum vniformitèr se habeant in omnibus libris. Verùm est diuersa ratio accentuum in suprà recensitis libris, ac in cæteris, quia licèt quoad figuram, & valorē sint ijdem, diuersū tamen ordinem seruant. Sic Tonici admodum frequentèr bini ad eandem vocem collocantur, & modò prior, modò posterior tonicus est, scilicèt, propriam vocis pronunciationem designat. Frequenter in Psalmis, & aliquando in alijs libris reperitur *Munàch* non solùm infra, sed etiam supra voces. *Reuiaà* ferè semper in prima litera *Garesc* sibi comitem adiungit. *Maphàc* conducit comitem *Sarkà*. Et sic de cæteris, quorum anomalis vsus & ordo, cautus Lector per se obseruare poterit. Supradictorum accentuum Musicorū Harmoniam, condidit, & edidit Reuchlinus an. 1518., suis studiosis discipulis tale prębens Paradigma.

שְׁנֵי חוּטְרִין אֶ״ *Scenè Chùtrin*, *Duæ Virgulæ*. Cantus eius æqualis, & submissus, & duplicatus.

דַּרְגָּא אְ *Dargà*, *Gradus*. Eius cantus gradatim tremulus, & contortus.


יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ אֶ *Iaràch Ben Iomò*, *Luna filia diei sui*, siuè *Lunula falcata*, hoc est recens, & primùm nata. Nomen à figura nouæ Lunæ. Eius cantus vt מונח *Munàch*.

מוּנָח אֻ *Munàch*, *Depositum*, scil. *cornu*, vel שופר ישר *Cornu rectum*, vel שופר הולך *Cornu ambulās*, ab eius figura. Cantus eius submissus, & protractus. Dicitur etiā עלוי *Hilluuì*; item מכרבל *Mecarbèl*. Hic accentus *Munàch* est omnium officiosissimus, plurimis enim seruit Dominis, & in longiori sententia sepè septies vsque repetitur. Interdùm etiam pingitur supra literam.

מַהְפַּךְ אֽ *Màphàch*, *Inuersum*, quasi שופר מהפך *Sciophàr Meuphàch*, *Cornu inuersum*, à figura priori opposita; seruit soli פשטא *Pasctà*, sed in metro etiam alijs, & aliquando etiam ipse supernè locatur. Cantus eius submissus vt מונח *Munàch*, sed magis sustinens, & se quasi reflectens. Reperitur in medio, & fine vocis.

מֵרְכָא אֽ *Merchà*, *Productor*, inseruit Regibus טפחא *Tipchà*, & סילוק *Sillùk*. Dicitur etiam מרכא פשוטא *Merchà Pesciutà*, *Productor minor*, quòd sit submissæ, & productæ vocis. Vocatur etiam מאריך *Maarich*, *Prolongans*.

Ne discentium ingenia confundantur, obseruandum est nonnullos accentus esse inter se synonymos: nam quem Romani *Tarchà*, Germani *Tiphchà* ap-


CANTVS.
זרקא סגול מונח רביע
מהפך פשטא זקף קטן זקף גדול דרגא תביר
BASSVS.
זרקא סגול מונח רביע
מהפך פשטא זקף קטן זקף גדול דרגא תביר
ALTVS.
זרקא סגול מונח רביע
מהפך פשטא זקף קטן זקף גדול דרגא תביר
TENOR.
זרקא סגול מונח רביע



מהפך פשטא זקף קטן זקף גדול דרגא תביר
CANTVS.
מירכא טפחא אתנח סוף פסוק תלישא קטנה
קדמא אזלא פזר תלישא גדולה
BASSVS.
מירכא טפחא אתנח סוף פסוק תלישא קטנה
קדמא אזלא פזר תלישא גדולא
ALTVS.
מירכא טפחא אתנח סוף פסוק תלישא קטנה
קדמא אזלא פזר תלישא גדולה


TENOR.
קְטַנָּה תְּלִישָׁא פָּסוּק סוֹף אַתְנָח תִּפְחָה מֵירְכָא
קַדְמָא אַזְלָא פָּזֵר תְּלִישָׁא גְדוֹלָה
CANTVS.
גְּרָשַׁיִם מֵירְכָא כְפוּלָה גֶּרֶשׁ
שַׁלְשֶׁלֶת קַרְנֵי פָרָה
BASSVS.
גְּרָשַׁיִם מֵירְכָא כְפוּלָה גֶּרֶשׁ
שַׁלְשֶׁלֶת קַרְנֵי פָרָה
ALTVS.
גְּרָשַׁיִם מֵירְכָא כְפוּלָה גֶּרֶשׁ


שַׁלְשֶׁלֶת קַרְנֵי פָרָה
TENOR.
גֵּרְשַׁיִם מֵירְכָא כְפוּלָה גֶּרֶשׁ
שַׁלְשֶׁלֶת קַרְנֵי פָרָה
CANTVS.
קַרְנֵי פָרָה יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ
מְכַרְבֵּל נַטְיָה מַקֵּל סָמִיד מֶתֶג
BASSVS.
קַרְנֵי פָרָה יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ
מְכַרְבֵּל נַגְעִיָה מַקֵּל סָמִיד מֶתֶג



ALTVS.
קַרְנֵי פָּרָה יֶרַח בֵּן יומו
מְכַרְבֵּל נַעְיָה מַקֵּל סָמִיךְ מָתֵג
TENOR.
קַרְנֵי פָּרָה יֶרַח בֵּן יומו
מְכַרְבֵּל נַעְיָה מַקֵּל סָמִיךְ מָתֵג
CANTVS.
יְתִיב פָּסוּק לְגַרְמֵי
ALTVS.
יְתִיב פָּסוּק לְגַרְמֵי
TENOR.
יְתִיב פָּסוּק לְגַרְמֵי


BASSUS





Accentuum Muſicalium, quibus Iudæi Hiſpani *in* הפטרות *vtuntur.*


MELOS.













In פרשיות Paraſcioth *vtuntur ſequenti Melodia.*






Accentuum Musicorum, quibus Iudæi Itali in omnibus Prophetarum libris vtuntur MELOS.






דַּרְגָא תְּבִיר תַּרְחָא מַאֲרִיךְ שׁוֹפָר עִלּוּי



שׁוֹפָר הָפוּךְ שׁוֹפָר יְתִיב שְׁנֵי פַּשְׁטִין סְמִיךְ אַתְנָח



יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ גֵּרֵשׁ סוֹף פָּסוּק

In פרשיות Parasciòth *canunt tantummodo hos quinque Accentus*.



זָקֵף קָטֹן רְבִיעַ סְמִיךְ אַתְנָח גֵּרֵשׁ סוֹף פָּסוּק

Hos Accentus ab Hebræis Hispanis, & Italis vsitatos, proprijs auribus ab ipsis canere audiui, qui à quodam Artis Musicæ perito, quanta fieri potuit proportione, nostris notis *vt, re, mi, fa, &c.* adaptati, sunt suprascripti tenoris; vt autem eorum forma, vel figura, vnico dignoscatur intuitu, placet hic eos omnes referre, ad quorum explicationem, sufficiunt ea, quæ de Accentibus Musicis, quibus Iudæi Germani vtuntur, dicta sunt. Quòd si aliquis ex his Accentibus Hispanis, & Italis non fuerit suprà explicatus, facilè Lexicorum consilio quisque intelligere poterit.

שמות הטעמים לפי סדר האשכנזים :

שַׁלְשֶׁלֶת סְגוֹלְתָּא תַּלְשָׁא פָּזֵר קָטֹן קַרְנֵי פָרָה שְׁנֵי גֵרְשַׁיִם
יְתִיב פַּשְׁטָא קַדְמָא זָקֵף קָטֹן זָקֵף גָּדוֹל אַתְנָח זַרְקָא
לְגַרְמֵי רְבִיעַ תְּבִיר טַרְחָא סוֹף פָּסוּק אַזְלָא מַאֲרִיךְ

שְׁנֵי חוטְרֵין דַּרְגָּא יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ תְּלִישָׁא קְטַנָּה מוּנַּח מַהְפַּךְ עִלּוּי מְכַרְבֵּל מֵרְכָא טִפְּחָא סִילוּק ׃

ואלה לפי סדר הספרדים ׃

זַרְקָא מַקַּף־שׁוֹפָר הוֹלֵךְ סְגוֹלְתָּא פָּזֵר גָּדוֹל יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ קַרְנֵי פָרָה גַּעְיָא תַּלְשָׁא אַזְלָא גְּרִישׁ פָּסֵק ׃ רְבִיעַ שׁוֹפָר מְהוּפָּךְ זָקֵף קָטוֹן זָקֵף גָּדוֹל שַׁלְשֶׁלֶת שְׁנֵי גְרִישִׁין דַּרְגָּא תְּבִיר מַאֲרִיךְ טַרְחָא אַתְנָח תַּרְצָא גַּעְיָא שְׁבָא סוֹף פָּסוּק ׃

ואלה לפי סדר האיטאליאני ׃

זַרְקָא שְׁרֵי פָּזֵר גָּדוֹל קַרְנֵי פָרָה תַּלִישָׁא תַּרְסָא גַּרְמִית רְבִיעַ פְּסִיק שַׁלְשֶׁלֶת קַדְמָא אַזְלָא זָקֵף גָּדוֹל זָקֵף קָטָן שְׁנֵי גְרִישִׁין תְּרֵין חוטְרִין דַּרְגָּא תְּבִיר טַרְחָא מַאֲרִיךְ שׁוֹפָר עִלּוּי שׁוֹפָר הָפוּךְ שׁוֹפָר יָתִיב שְׁנֵי פַּשְׁטִין סָמִיךְ אַתְנָח יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ גֵּרֵשׁ סוֹף פָּסוּק ׃

Quomodo verò Accentus illi pronunciari debeant: qua ortographia, quo metro, & vt dignosci possint quinam sunt longi, & qui breues, sequentem Psalmum pro paradigmate subijcimus.

PSALMVS CXI.
secundùm Hebræos CXII.

הללו יה׃

:Dominum timentis Viri Beatitudines
א אַשְׁרֵי אִישׁ יָרֵא אֶת יְהוָה
Adonài & iarè Isc Ascrè

. valdè vult eius mandatis in
ב בְּמִצְוֹתָיו חָפֵץ מְאֹד ׃
: meòd chaphèz Bemitzuothàiu

: eius semen erit terra in Potens
ג גִּבּוֹר בָּאָרֶץ יִהְיֶה זַרְעוֹ
zarhbò Ihiè baàretz Ghibbòr

ge-

, benedicetur rectorum generatio :
ד דּוֹר יְשָׁרִים יְבֹרָךְ ׃
. ieboràch iesciarìm dor

: eius domo in opulenta & Vbertas
ה הוֹן־וָעֹשֶׁר בְּבֵיתוֹ
bebethò vahòscer-Hon

. perpetuum in stans eius iustitia &
ו וְצִדְקָתוֹ עוֹמֶדֶת לָעַד ׃
. laàd homèdeth vetzidkitò

: rectis lumen obscuritate in est Ortum
ז זָרַח בַּחֹשֶׁךְ אוֹר לַיְשָׁרִים
Laisciarìm òr bachòscech Zaràch

. iustus & misericors & gratiosus
ח חַנּוּן וְרַחוּם וְצַדִּיק ׃
. vetzadik verachùm Channùn

cõmodans & miserescens vir Bonus
ט טוֹב אִישׁ חוֹנֵן וּמַלְוֶה
vmaluè chonèn isc Tòu

· iudicio in sua verba moderabitur
י יְכַלְכֵּל דְּבָרָיו בְּמִשְׁפָּט ׃
. bemiscpàth deuaràiu iechalchèl

nutabit non seculum in Quia
כ כִּי לְעוֹלָם לֹא יִמּוֹט
immòt lò leolàm Chi

: iustus erit seculi memoria in
ל לְזֵכֶר עוֹלָם יִהְיֶה צַדִּיק ׃
tzadik Iihiè olàm lezècher

: timebit non mala auditione Ab
מ מִשְּׁמוּעָה רָעָה לֹא יִירָא
iirà lò raàh Miscmuàh

. Domino in fidens eius cor firmum
נ נָכוֹן לִבּוֹ בָּטֻחַ בַּיהוָה ׃
. Badonài batèach libbò nachòn

; timebit non eius cor Suffultum
ס סָמוּךְ לִבּוֹ לֹא יִירָא
irà lò libbò Samùch

. suos angustiatores in videbit donec
ע עַד אֲשֶׁר־יִרְאֶה בְּצָרָיו ׃
. bitzaràiu irè ascèr Aad

: egenis dedit Dispersit
פ פִּזַּר נָתַן לָאֶבְיוֹנִים
laebionìm nathàn Pizèr

: perpetuum in stans eius iustitia
צ צִדְקָתוֹ עֹמֶדֶת לָעַד
laàd omèdet Tzidkathò

. gloria in exaltabitur eius Cornu
ק קַרְנוֹ תָּרוּם בְּכָבוֹד ׃
, bachauòd tarùm Karnò

irascetur & videbit Impius
ר רָשָׁע יִרְאֶה וְכָעָס
vacaàs irrè Rasciaà

liquefiet & frendet suis dentibus
ש שִׁנָּיו יַחֲרֹק וְנָמָס
venamàs iacharòk Scinnàiu

peribit impiorum desiderium

ת תַּאֲוַת רְשָׁעִים תֹּאבֵד ׃

. touèd resciaaim Taauàth

ת' תתל"ח ר' שמשון בן יצחק חבר

ספר בריתות [illegible] י"ג מדות [illegible]
[illegible] החלק הראשון [illegible] י"ג מדות [illegible] י"ג ו
החלק השני [illegible] ׃ החלק
השלישי [illegible] ׃ החלק
הרביעי [illegible]
[illegible] ׃ החלק החמישי [illegible]
[illegible]
[illegible] ׃

1838 R. SAMSON BEN R. ISAACI composuit librum, quem appellauit ספר כריתות *Sèpher Cheritòth*, *Liber Excisionum*. Diuiditur in quinque partes. In prima explanantur 13. modi, quibus explanari potest Lex Mosaica, habet totidem Tractatus. In secunda explicantur alij modi intelligendi Scripturas, habet Tractatus tres. In tertia agitur de 32. semitis, quibus explicari possunt dicta Talmudistarũ, habet totidem Tractatus. In quarta agitur de vijs, quibus incedunt Tanaitæ, & Amoraitæ in proferendis sententijs in Talmude. In quinta Parte vniuntur quędam, quę sparsim in Misna, & in Talmud reperiuntur, & declarantur, habet Tractatus tres. Excus. Constantinop. regnante Sultano Selimo anno 276. min. supput. Christi 1516. In 4. Plantauitius dicit, quòd sit breuis Introductio in Talmud; at ego illum vidi in Bibliotheca Ducis A ltemps Romæ, & nihil de introductione in Talmud agere cognoui.

ת' תתל"ט ר' שמשון ר' צדוק

תלמיד רבי מאיר [illegible] ספר תשב"ץ [illegible]

1839 R. SAMSON BAR TZADO'K discpulus R. Meir. scripsit Librum תשבץ *Astascbètz*, hoc est, *Quæsita, & Responsa R. Samsonis Bar Tzadòk*. Moritur anno Mundi 5702. Christi 1312.

ת' תתמ' ר' שר שלום חבר ביאורים על
[illegible] ׃

1840 R. SAR SCIALO'M scripsit Expositiones in decem prędicamenta Aristotelis super Cōmentarios Aben Rasciàd, hoc est Auerroes. Accidit anno. Mundi 5076. Christi 1316. Extat msc. in Bibliotheca Vaticana. In folio Perg.

ת' תתמ"א רב שרירא גאון [illegible]

1841 RA'V SCHERIRA' fuit creatus *Gaòn* an. 4727. Chr. 967. vt ipsemet scribit in suis Thesciuuòth. Fuit Pręses Scholę in loco vocato Pheruz-Schibbùr in Territorio Nahardeæ prope Babèl, vbi erant circiter nongenta millia Iudæi. Iuxta Harrauàd imperauit 30. annos, nempè vsque ad annum 4757. Chr. 997.; semetipsum abdicauit Rectoratu, & collocauit filium suum *Ràu Haià* in solio suo, qui fuit vltimus Gaonim, inter quos non fuit ipsi similis. Delatores verò Israëlitæ detulerunt nescio quid apud Regem Ismael, qui in carcerem cum filio suo *Hai Gaòn* inclusit, ac deprædatus est quicquid habebant; denique Ràu Scherirà suspensus fuit ex vna manu, erat enim centum annorum. De eius obitu egimus suprà Parte II. pag.

tiam vocata fuit *Targùm*, quod nomen vsque in hoc tempus retinuit. Quando ergo in Rabbinorum scriptis fit mentio *Targùm*, intelligitur translatio, siuè Paraphrasis Chaldaica. Occasionem Chaldaicæ translationi dedit populi ignorantia; Iudæi enim vsque ad captiuitatem Babylonicam, lingua vtebantur Hebraica tanquam vernacula; sed ijdem in Babylonia, cùm inter Chaldæos Chaldaicè loquentes habitarent, ex parte obliuioni tradiderunt linguam Hebraicam, & quia temporis successu magis magisq; lingua sancta fuerit obliterata, & Iudæi nihilominùs secundùm præceptum Dei Sacram Scripturam debuerint legere; ideò quidam fuerunt, qui Vetus Testamentum in linguam Chaldaicam, populo post solam captiuitatem Babylonicam vernaculam, transtulerunt; vt tali medio etiam indocta plebs Sacram Scripturam legere posset, propter nimiam affinitatem, & conuenientiam linguæ Hebraicæ cum Chaldaica; vt doctè *Leusden* in Philologo Hebræo. Modernæ autem Chaldaicæ Versiones non sunt eædem illæ, quæ immediatè post captiuitatem Babylonicam fuerunt compositæ; nam illæ diù perierunt, quia Auctores harum Paraphrasium fuerunt tempore Christi, vti noster *R. Scesciàth Saghì Nahòr*, qui vixit circa annũ Mundi 4045. Christi 285. Hinc nota quòd illę Paraphrases sunt comentitiæ; nam primò omnium fuerunt translatæ ab Onkelos, Ionathane &c. Onkelos in Pentateuchum, & Ionathan in omnes Prophetas Paraphrases composuere. Vide Par. I. pag. 411. col. 2. & Par. III. pag. 788. & 815.

Scripsit ס׳ לקוטים *Sèpher Likutim*, *Librum*

pagina 385. & pag. 432. col. 1.

Scripsit תשובות *Theschiuuòth*, *Responsiones*, quæ apud Hebræos sunt celeberrimæ, Constantinopoli primùm, deindè Venetijs in lucem prodiere. Sunt aliæ תשובות למיצים *Teschiuuòth Lameziphim*, *Responsiones ad falsarios*, quo nomine, Christianos intelligunt. Inuehit acerrimè in Christianos, præcipuè contra Clerum, & Monachismum. Extat msc. Anonymi Auctoris.

Tempore Ràu Scheriræ hoc est anno 4757. Chr. 997., refertur in Chronologia R. Dauid Ganz, quod Iudæi, qui tunc erant in Vrbe Praga sapientèr se opposuerunt prædonibus, atque suppeditarunt consilium, & subsidium Christianis, adeò vt magna strage illos afficerent, eorumque Duces indè aufugerent. Iudæi autem illos persequentes assecuti sunt eos in siluis & deuijs petrarum, illosque interfecerunt; tunc Iudæi in honore, & laude fuerunt apud omnes incolas terræ: atque data est illis facultas, & subsidium extruendi sibi Synagogam in Vrbe minore Praga.

ש׳ קמ״ב ר׳ששת סני נהור בעל תרגום
כתב ספר לקוטים :

1842 R. SCESCIA'TH SAGHI' NAHO'R, vnus ex Auctoribus, qui composuerunt *Targùm*, seù Paraphrasim Chaldaicam. De eo fit mentio Par. III. pag. 696. col. 1.

תרגום *Targùm* in genere significat quamlibet Sacræ Scripturæ in aliam linguam translationem: sed quia olìm in populo Dei per liberationem à captiuitate Babylonica non alia extabat versio, quàm Chaldaica, ideò illa per excellen-

Papa I. Nicæna Synodo II. Iconomachi perpetuo anathematis vinculo innodati extitere.

ת

א׳ תתמ״ד ר׳ תאודוכיון יהודי האפאסיוס תרגם מקרא ;

1844 THEODOCION IVDÆVS EPHESIVS, Sacram Scripturam interpretatus est, cuius meminit Æneas Siluius in descriptione Asiæ capite 78. Claruit anno Domini 180.

א׳ תתמ״ה ר׳ תדאי חגאי אבהגית

רופא עברי חבר ספר על המיטופוסקופיאה בל׳ לטין לשו וכתבו לפרדינגדו קיסר ושנת ב״א כשו שכליתי :

1845 R. THADDÆVS HAGEVS ABHAGE'TH Medicus Hebræus scripsit librum de Metoposcopia lingua Latina, quem dicauit Ferdinando Imperatori anno 1561. eumque manuscriptum ego vidi.

א׳ תתמ״ו ר׳ תדכוס הלוי כתב פירוש עשר ספירות :

1846 R. TEDACVS LEVITA scripsit פירוש עשר ספירות *Pirùsc ascèr Sephiròth*, *Explicationem decem Numerationum*, quibus Cabalistę maximam suæ doctrinæ partem comprehendunt. De his Numerationibus plures plura scripsere.

א׳ תתמ״ז ר׳ תודרוס הלוי כתב פירוש על מקרא :

1847 R. TODRO'S THEODO-

brum Collectionum. Est Cabalisticus, breuibus scholijs explicans arborē illam decem Sephiròth, hoc est attributorum Dei. Extat ms. in Bibliotheca Heidelbergensi.

1843 SARANTAPECHIS IVDÆVS VENEFICVS, vt Christianam Religionem euerteret, spopondit Ezido Regi Arabo in Arabia longum Imperiū, si Templa sacris Imaginibus spoliaret. Fallax Vaticiniū, Rex enim post sesquiannū mortuus, Iudæus ab Vlido Regis filio, vt Patris interfector occisus fuit. Huius rei peruagata fama, animoq; aliquorum insedit exemplum Ezidi Sacris Imaginibus infensi. Hinc Theophilus Natolię Episcopus, & Beseris Iconomachus, qui Christianis ortis parentibus in Syriā captiuus abductus est, ibiq; imbutus Arabū superstitionibus, redux indè ad Romanos cum Theophilo in gratiam Imperatoris est receptus. Istorum suasionibus permotus Isauricus Leo, Sacras Imagines de medio tollere in animum proposuit. Præcepit quippè Imagines Dei, Sanctæque Dei Genitricis, & aliorum Sanctorum deponi, incendique: & quia multi de populo huic impietati consentire noluerunt, eo iubente fuerunt decollati, quinimò truncata Ioanni Damasceno manu, à Beatissima Deipara miraculosè restituitur. Pro quo errore Gregorius Papa III. Leonem in scriptis, (licèt frustrà) multum redarguit. Vndè idem Gregorius Romanæ Vrbis, & Italiæ prohibuit ei dari tributa, ac Synodo multorum Episcoporum Romæ per eum habita, venerationes Sanctarum Imaginum confirmauit, & ad eorum cultum sustinendum conuocata ab Adriano

DORVS LEVITA scripsit Comentarium super Sacram Scripturam. Est veluti quædam expositio in 13. modos, quibus exponi potest Sacra Scriptura.

Est alius *R. Todròs Abèn Iachijà*, quem Iudæi asserunt disputasse diebus plurimis cum Hieronymo à S. Fide, coram Papa, qui vocabatur *Marcus Florentinus*, de quo Pontifice ab ipsis somniato vide Par. I. pag. 715. Plura etiam videbis Par. II. pag. 858. vbi scriptum reperies *Todròs* cum litera ט !

תתמ״ח ר׳ תימון כתב שאלות על ספרי טבעים לארסטו ושאלות על ספרים הויה והפסד :

1848 R. TIMO'N scripsit *Quæstiones* super libros Meteorologicos Aristotelis. Item *Quæstiones* super lib. de Generatione & Corruptione. Extāt manuscriptæ in Bibliotheca Vaticana inter libros mmssc. Latinos Papyr. in fol. sub num. 2177.

תתמ״ט ר׳ תם בן בתו רש״י בעל התוספות כתב ספר הישר ואגרת התשובה :

1849 R. TAM R. Salomonis Iarchì ex filia nepos, vnus ex Auctoribus תוספות *Tosaphòth*, hoc est *Annotationum in Talmud*, quæ seorsim non sunt excusæ, sed vnà cum cæterorum Rabbinorum Annotationibus in Opere Talmudico appositæ.

Scripsit ספר הישר *Sèpher Haiasciàr*, *Librum Recti*. Tit. ex Iosue 10. v. 13. Liber est Legalis, octodecim capitibus constans. Excus. Italiæ anno 304. minor. supput. Christi 1544. & Cracouiæ studio, & diligentia Isaaci Ben Aaronis anno 346. min. supput. Christi 1586.

Scripsit etiam quandam אגרת התשובה *Ighèreth hattesciuuà*, *Epistolam de Pænitentia*. Excus. Cracouiæ in 8. De hoc nomine *Tam*, an sit proprium, an verò cognomen, vide Par. II. pag. 855. vbi corrigitur Plantauitius, ex eo quia scribat טאם.

תתנ״ ר׳ תם בן ר׳ גדליא ן׳ יחיא כתב אהלי תם והוא שאלות ותשובות :

1850 R. THAM BEN RABBI GHEDALIA' ABE'N IACHIIA' scripsit אהלי תם *Aolè Tam*, *Tabernacula integra*, & sunt ש״ות *Sceelòth Vtsciuuòth*, *Quæsita*, *& Responsa Legalia*, cum copioso Indice. Reperiuntur cum libro תמת ישרים *Tumàt Iesciarim*, *Perfectio rectorum*. Excus. Venetijs anno 382. minor. supput. Christi 1622. apud Petrum & Laurentium Bragadinos. In fol.

תתנ״א ר׳ תנחומא בר אבא הדרשן תלמיד לרבי רב הונא הכהן כתב פירוש על התורה .

1851 R. TANCHVMA' BAR ABBA' HADARSCIA'N, qui didicit à R. Hunnà Sacerdote, scripsit פירוש על התורה. *Perùsc al Hatthorà*, *Commentarium super Pentateuchum*. Agit etiam de Excommunicatione *Chèrem*, & de his, qui facultatem habent absoluendi, vnde fol. 15. col. 4. dicit: *Chèrem potest solui à tribus etiam vulgaribus, vel etiam ab vno graui, & probato viro*. De Excommunicatione, eiusdem speciebus, signis, & effectibus, differtè egimus suprà Parte III. pag. 415. & seq. Superest tantùm, vt eius formulas varijs superstitioni-

valiginosum fiat fydus eius in nubibus ; fit in indignationem, iram, & excandefcentiam ; cadauer eius obijciatur feris, & ferpentibus : latentur fuper ipfo hoftes, & aduerfarij : argentum, & aurum ipfius dentur alijs ; & omnes filij eius ad oftium inimicorum ipfius fint expofiti : fuper die eius obftupefcant pofteri. Sit maledictus ex ore Adirfron, & Achtariel, ex ore Sandalphon, & Adrianel, ex ore Anfifiel, & Patchiel, ex ore Seraphiel, & Saganfael, ex ore Michael, & Gabriel, ex ore Raphael, & Mefcharetiel, Sit anathematizatus ex ore Zafzauif, & ex ore Hafhauif, qui eft Deus ille magnus, & ex ore feptuaginta nominum Regis ter maximi, ex ore denique Tzortak Cancellarij magni. Abforbeatur ficut Korah, & cætus eius : cum terrore, & tremore egrediatur anima eius : increpatio Domini occidat eũ ; ftranguletur vt Achitopel in confilio fuo ; ficut lepra Gechafi fit lepra ipfius : neque ulla fit refurrectio ruina eius : in fepultura Ifraëlis non fit fepultura eius ; alienis detur Vxor eius. In hoc anathemate fit Ploni filius Ploni, & hæc fit hæreditas ipfius. Super me autem, & fuper totum Ifraëlem expandet Deus pacem, & benedictionem fuam, Amen. Adducuntur etiam verfus 18. 19. 20. capitis 19. Deuteronomij. Sed multò plenior & accuratior traditur in libro *Col bò* fol. 144. videlicèt.

נוסח חרם

בגזרת עירין ובמימר קדישין אנו מחרימין ומשכיתין ומנדין ומשמתין ומקללין ומארדין על דעת המקום ועל דעת הקהלבספר התורה הזה בשש מאות ושלש עשרה מצות הכתובות בו בחרם שהחרי' יהושע את יריחו ובקללה שקלל אלישע את הנערים ובקללה שקלל גחזי נערו ובשמתא דשמתיה ברק למרוז וב שמתא דשמתינהו אנשי כנסת הגדולה ובשמת'

רשמתיה

nibus, ac horrendis fæuitijs repletas, in ftudioforum gratiam fubijciamus. Formulam Anathematis Iudaici antiquitùs vfitatam defcripfit Buxt. in Lex. Chald. ex antiquo, vt ipfe afferit, mfc. Hebræo, & huiufmodi eft tenoris :

על דעת אדוני האדונים : יהיה בחרם פב"פ בשני בתי דינים בעליונים ובתחתונים : ובחרם קדישי עליונים : ובחרם שרפים ואופנים . ובחרם כל הקהל גדולים וקטנים : ויהיו עליו מכות גדולות ונאמנות : וחלאים רבים ומשונים : ויהיו ביתומעון תנים : ויאפל מזלו בעבים : ויהיו לקצף אף וחרונים ותהיה נבלתו לחיות ופתנים : וישמחו עליו קמים ושונאים : כספו וזהבו לאחרים נתונים : וכל בניו אל פתחי אויביו יהיו מזומנים . ועל יומו ישמו אחרונים : והיה מקולל מפי אדירירון ואכתריאל ומפי סנדלפון והדרניאל : ומפי אנסיסיאל ופתחיאל : ומפי שרפיאל וזגנזאל : ומפי מיכאל וגבריאל : ומפי רפאל ומשרתיאל : ויהיה מוחרם מפי צבצביב : ומפי הבהביב הוא יי' הגדול : ומפי שבעים שמותיו של מלך הגדול ומן צרצורטק הותם הגדול : ויובלע כקרח ובעדתו בבהלה ובחפזון תצא נשמתו , גערת יי' תמית אותו : ויחנק כאחיתופל בעצתו : וכצרעת גחזי תהיה צרעתו : ולא יהיה תקומה למפלתו : ובקבורת ישראל לא תהיה קבורתו : ולאחרים תנתן אשתו : ולעיה יכרעון אחרים במותו : בזה החרם יהיה פב"פ וזה יהיה נחלתו : ועלי ועל כל ישראל יפרוש השם שלומו וברכתו : (ואם ירצה להוסיף יאמר אלא הפסוקים והיה בשמעו וגו' לא יאבה וכו' והבדילו יי' לרעה וכו') השם ישמור עניינו עמו מכל רע :

Ex fententia Domini Dominorum ; fit in Anathemate Ploni filius Ploni, in vtraque Domo Iudicij, Superorum fcilicet, & Inferorum ; in anathemate item Sanctorum Excelforum ; in anathemate Seraphim, & Ophanim ; in anathemate denique totius Ecclefiæ maximorum, & minimorum. Sint fuper ipfum plagæ magnæ, & fideles, morbi magni, & horribiles. Domus eius fit habitaculum draconum :

רשמתיה רב יהודה כ״ל יחזקאל לתחוא עברא ובכל חחרמות וחאלות וחקללות ותנדויין והשמתות שנעשו מימות משה רבנו ועד עכשיו בשם אכתריאל יה ה׳ זבאותבשם מיכאל חשר חגרול בשם מטטרון ששמו כשם רבו בשם סנרלפזן הקושר קשרים לרכו בשם שם בן ארבעים ושתים אותיות בשם שנראה למשח בסנה בשם שקרע משה את הים בשם אהיה אשר אהיה כסור שם המפרש בכתב שנכתב על חלוחות בשם ה׳ זבאות אלתי ישראל יושב חכרובים בשם חגלגלים ואופנים וחיות הקרש ומלאכי חשרת בשם כל המלאכים הקדושים משרתי עליון כלכר ישראל אובת ישראל שיעכור על שום רבר מחהסכמות או מן אחתמהן המכוארות בהערמה : ארור הוא לה׳ אלחי ישראל יושב הכרובים : ארור הואמפי השם הנכבד והנורא היוצא מפי כה גרול ביום הכפורים : ארור חוא בשמים ובארץ ארור חוא מפי וגבורה : ארור הוא מפי מיכאל חשר הגדול : ארור הוא מפי מטטרון ששמו כשם רבו : ארור הוא מפי אכתריאל יה ה׳ צבאות : ארור הוא מפי שרפים ואופנים וחיות הקדש ומלאכי חשרת המשרתים פני עליון בקרושה ובטהרת :

אם נולד בחדש ניסן ששם מלאך ראש משמרתו שמולו אוריאל ארור הואמפיו ומפי כל משמרתו : והם נולד בחדש איר ששם מלאך ראש משמרתו שמולו צפניאל ארור הוא מפיו ומפי כלמשמרתו : והם נולד בחדש סיון ששם מלאך ראש משמרתו שמול׳ אמריאל ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו : והם נולד בחדש תמוז ששם מלאך ראש משמרתו שמולו פניאל ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו : והם נולד בחדש אב ששם מלאך ראש משמרתו שמולו ברכיאל ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו : והם נולד בחדש אלול ששם מלאך ראש משמרתו שמולו ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו : והם נולד בחדש תשרי ששם מאלך ראש משמרתו שמולו צוריאל ארור הואמפיו ומפי כל משמרתו : והם נולד בחדש מרחשון ששם מלאך ראש משמרתו שמולו בזבריאל ארור הואמפיו ומפי כל משמרתו : והם נולד בחדש כסלו ששם מלאך ראש משמרתו שמולו אדוניאל ארו הואר מפיו ומפי כל משמרתו : והם נולד בחדש טבת ששם מלאך ראש משמרתו שמולו

ענאל ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו : והם נולד בחדש שבט ששם מלאך ראש משמרתו שמולו גבריאל ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו : והם נולד בחדש אדר ששם מלאך ראש משמרתו שמולו רומיאל ארור הוא מפיו ומפי כל משמרתו ארור הוא מפי שבעת מלאכים הממונים על שבעה ימי השבוע ומפי כל משמרתו וסיעתם ארור הוא מפי ארבע המלאכים הממונים על ארבע תקופות השנה ומפי כל משמרתם וסיעתם : ארור הוא מפי שבעה היכלות : ארור הוא מפי שרי התורה : שם בתר ושם חותם : ארור הוא מפי האל הגדול הגבור והנורא : מבע ליהוי תבריה בעגלא תהא מפלתיה אל אלהי הרוחות לכל בשר השמירהו והאבידהו : אל אלהי הרוחות לכל בשר השפילהו אל אלהי הרוחות לכל בשר הכניעהו אל אלהי הרוחות לכל בשר השחיתהו : אל אלי הרוחות לכל בשר הכריתהו : חמת ה׳ וסער מתחולל על ראש רשעים יחול : מלאכי חבלה יפגעובו : ארור הוא בכל אשר יפנה בבהלה תצא נשמתו באסכרה תחא מיתתו לא יצא ולא יעבו׳ חרשו יכנו בשחפת ובקדחת ובדלקת ובחרחור ובחרב ובשרפון ובירקון ורדפוהו עד אבדו חרכו תבא בלבו וקשתותיו תשברנה : יהיה כמוץ לפני רוח ומלאך ה׳ דוחה : יהי דרכו חשך וחלקלקות ומלאך ה׳ רודפו תבואהו שואה לא ידע רשתו אשר ה׳ טמן תלכדו : יהדפוהו מאור אל חשך ומתבל ינדוהו : יבעתוהו צר ומצוקה יראו עיניו בידו ומחמת שדי ישתה : ילבש קללה כמדו יאכל הכדי עורו גם אל יתצהו לנצח ויסחהו מאהל : לא יאבה ה׳ סלוחלול כיאז יעשן אף ה׳ וקנאתו באיש ההוא ירבצה בו כל האלות הכתובות בספר התורה הזה ומחה ה׳ אתשמו מתחת השמים והבדילו ה׳ לרעה מכל שבטי ישראל בכל אלות הברית הכתובות בספר התורה הזה : ואתם הרבקים בה׳ אלהיכם חיים כלכם היום מי שברך אברהם יצחק ויעקב ומשה ואהרן דוד ושלמ׳ ונביאי ישראל וחסיד עולם הוא יברך כל הקהל הקדוש הזה עם כל קהלות הקדש לבר מי שעובר על החרם הזה המקום ברחמיו ישמרם ויושיעם ויצילם מכל צרה וצוקה ויאריך ימיהם ושנותיהם וישלח ברכה והצלחה בכל יושעת ידיהם ויגאלם בקרוב עם כל ישראל חברים וכן יהי רצון ונאמ׳ אמן :

mus Sacerdos profert die Expiationum. Maledictus in Cælis, & in terra. Maledictus ex ore Omnipotentis. Maledictus ex ore Michaelis magni Principis. Maledictus ex ore Mathatheron, cuius nomen est sicut nomen Domini sui. Maledictus ex ore Achtariel Iab Domini exercituum. Maledictus ex ore Seraphim, Ophanim, & Animalium sanctitatis, & Angelorum ministerij, qui famulantur coram Altissimo cum sanctitate & puritate. Si natus est mense Nisàn Martio, cui constituit Angelum Principem illius custodia, cuius sydus est Vriel; maledictus sit ex ore illius, atque ex ore totius custodia ipsius. Si natus est mense Ziu Aprili. cui præposuit Angelum Principem custodia eius, cuius sydus est Tzaphniel, sit ex eius ore maledictus, atque ex ore totius custodia ipsius. Si natus est mense Siuàn Maio, cui constituit Angelum Principem custodia eius, cuius astrum est Amriel, sit maledictus ex ipsius ore, atque ex ore totius custodia eius. Si natus est mense Tammùtz Iunio, cui præposuit Angelum Principem custodia illius, cuius stella est Paniel, sit maledictus ex eius ore, atque ex ore totius custodia ipsius. Si natus est mense Ab Iulio, cui præfecit Angelum Principem custodia illius, cuius sydus est Barkiel, sit ex eius ore maledictus, atque ex ore totius custodia ipsius. Si natus est mense Elùl Augusti, cui præfecit Angelum custodia istius, cuius stella est . . . maledictus sit ex ore illius, & ore totius custodia eius. Si natus est mense Tiscrì Septembri, cui constituit Angelum præfectum custodia illius, cuius astrum est Zuriel, maledictus sit ex ore illius, & ex ore totius custodia eius. Si natus est mense Marchescuàn Octobri, cui præposuit Angelum Principem custodia illius, cuius sy-

Tenor Excommunicationis.

Decreto Angelorum atque edicto Sanctorum, anathematizamus, excommunicamus, obtestamur, maledicimus, & obtrectamus in nomine Dei, Vniuersitatis: hoc libro Legis, 613. præceptis in ipso scriptis. Anathemate, qua Iosue deuouit Iericho, maledictione, qua maledicti fuerunt pueri ab Eliseo, & qua ipse maledixit Gichazi adolescentem suum. Excommunicatione. qua excommunicarunt homines magna Congregationis: Excommunicatione, qua R. Iehudà filius Ezechielis excommunicauit seruum illum, & omnibus anathematibus, excommunicationibus, maledictionibus, obtestationibus, &c. quæ fuerunt facta à diebus Mosis Magistri nostri vsque hodie. Nomine Achthariel Iab Domini exercituum. Nomine Michaelis magni Principis; nomine Mathatheron, cuius nomen est sicut nomen Domini eius; nomine Saudalphon, qui nectit coronas pro Domino suo; nomine Nominis 42. literarum; nomine, quod apparuit Mosi in Sinai; nomine, quo dissecuit Moses mare; nomine Ehieh ascèr Ehieh, Ero qui ero. Arcano nominis Scem hămephoràsc. Scriptura, quæ exarata est in Tabulis. Nomine Domini exercituum Dei Israëlis, qui sedet inter Cherubim; nomine Orbium cælestium, Ophanim, Animalium sanctitatis, & Angelorum ministerij; nomine omnium Angelorum ministrantium superius, quemcumque hominem, siuè masculum, siuè fœminam, qui malitiosè transgressus fuerit aliquam rem ex is firmatis, vel in totum, vel in partem. Maledictus sit à Domino Deo Israëlis, qui sedet inter Cherubim. Maledictus ex ore Nominis celebrandi, & tremendi, quod sum-

state, febri, & frigore, ardore, & æstu, & aëre corrupto, & rubigine, & persequatur donec pereat. Gladius eius intret in cor ipsius, & arcus eius confringatur. Sit sicut stipula ante faciem venti, & Angelus Domini coarctans eum. Sit via eius tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eum. Veniat illi laqueus, quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eum. Expellant eum de luce in tenebras, & de Orbe transferant eum. Consternant eum vexationes, & afflictiones. Videant oculi eius detrimentum ipsius, & de ira Domini bibat. Induat maledictionem sicut vestimentum. & edat carnem suam. Etiam Deus destruat eum in finem, & euellat eum de tabernaculo. Et Dominus non ignoscat ei: sed tunc quàm maximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum, & sedeant super eum omnes maledictiones, quæ scriptæ sunt in hoc volumine: & deleat Dominus nomen eius sub Cælo, & consumat eum in perditionem ex omnibus Tribubus Israël, iuxta maledictiones, quæ in libro huius, ac fœderis continentur. Et vos coniuncti cum Domino vestro viuatis omnes hodie.

Qui benedixit Abrahamo, Isaaco, & Iacobo, Mosi, Aaroni, & Dauidi, Salomoni, & Prophetis Israëlis, atque pijs mundi, ipse benedicat toti huic cœtui sancto, cum cæteris vniuersitatibus sanctis, excepto illo, qui transgreditur hanc excommunicationem; Deus pro sua pietate defendat, liberet atque eripiat illas ex omni vexatione. Procrastinet dies, & annos eorum. Immittat benedictiones, & prosperitates omni operi manuum ipsorum, & citò recuperet illos vnà cum cæteris Israëlitis. Amen.

Hic Tenor Excommunicationis

sydus est Bazcariel, sit maledictus ex eius ore, atque ex ore totius custodiæ eius. Si natus est mense Kislèu Nouembri, cui præfecit Angelum Principem custodiæ illius, cuius astrum est Adoniel, sit ex ore eius maledictus, atque ex ore totius custodiæ eius. Si natus est mense Tèueth Decembri, cui præposuit Deus Angelum Præfectum custodiæ illius, cuius sydus est Anael, sit ex eius ore maledictus, atque ex ore totius custodiæ eius. Si natus est mense Sabàt Ianuario, cui constituit Angelum Principem custodiæ illius, cuius astrum est Gabriel, maledictus sit ex ore illius, atque ex ore totius custodiæ eius. Si natus est mense Adàr Februario, cui præfecit Angelum Principem custodiæ illius, cuius stella est Romiel, maledictus sit ex eius ore, atque ex ore totius custodiæ eius. Maledictus sit ex ore septem Angelorum præfectorum septem diebus hebdomadis, atque ex ore omnis custodiæ ipsorum. Maledictus ex ore quatuor Angelorum præfectorum quatuor anni temporibus, & ex ore omnis custodiæ eorum. Maledictus ex ore septem Potentiarum. Maledictus ex ore Principum Legis, quorum nomen Corona, & Sigillum. Maledictus ex ore magni Dei potentis, & formidabilis. Petendum est vt fiat fractura eius, citò reuiuiscat ruina eius. Deus spirituum cuiuscumque carnis excindat eum, & disperdat ipsum: Deus spirituum cuiuscumque carnis euertat eum. Deus spirituum cuiuscumque carnis extinguat eum. Deus spirituum vniuersæ carnis exterminet eum. Ira Dei super caput impiorum ascendat. Angeli perditionis irruant in illum. Sit maledictus vbicumque occurret. Exeat anima eius cum tumultu, cum angina possit mori. Non exeat, neque videat finem mensis huius. Percutiat eum Dominus ege-

communiter à Iudæis vocatur *Chèrem col bò*, & est grauior נדוי *Niddùi*; cùm ipsi ponant tres gradus Excommunicationis, nempè נדוי חרם שמתא *Niddùi Chèrem, Sciammatà*, de quibus vide Parte III. pag. 414. & seq. cum Excommunicatione *Chèrem* innodato, non licitum erat cibum capere, nec bibere, & excludebatur à Synagoga. Per priora verba, *Decreto Angelorum*, optant, vt hæc Excommunicatio rata habeatur in cœlesti Curia, hinc Catalogum Angelorum enumerant, quæ Angelorum nomina, *Michaël*, *Gabriël*, & *Raphaël* exceptis, tamquam suspecta, apocrypha, & nullius auctoritatis habuimus suprà Parte I. pag. 228. & seq. Tria verò illa nomina, videlicet *Achtariël*, *Mathathcròn*, & *Sandalphòn* sunt Cabalistica, vt dissertè *Franciscus Grisendus* Hebraicę linguæ peritus in quadam erudita Epistola mihi transmissa, quam Par. I. pag. 206. ne hæc pereat, exscripsi. Hæc pauca de Excommunicatione *Chèrem col bò* sufficiunt, quæ licèt in plerisque Iudæorum Synagogis adhùc sit in vsu, tamen Venetijs, Ierosolymis, alijsque locis sequenti vtuntur.

מודעא רבא לק״ק פיסארו יע״א

לקול נאקת צעקת חיקר ונעלה הח״ר עשהאל יצו״כמה״ר שמואל מנחם מפוליניו ולהת המתאוננן ומתלונן באמור בל היום כי יש לאל ידו לגלות דבריו במשפט ע׳ פ׳ עדים היודעים בטוב בטיא עסק שיש לו עליו דין ודברים אך העדים אינם רוצים להעיד ושלכן מבקש הוא מישיבתנו פה ויניציאה להטיל חרם סתם ולפרסמו על כל מי שיודע לו עדות שיבא ויגיד ואם לא יגיד ונשא עונו לכן נעתרנו לקולו ׃

והנה אנחנו גוזרים בגזרת נידוי חרם ושמתא וכו׳ על כל בר ישראל שיודע מעשה שהיה איך היה כאשר לקח הח״ר עשהאל הנז׳ מאה סקודי פ׳ פ׳ כרבית מאה תגר נצרי ס׳ ואנוקקי בעד הר שלמה ב׳כ׳ר׳ דוד אבלאפיו זקבל הבולאפיו הנז׳ אחד עשר דובילי וחצי סקודו ואחר כך קבל עשרה סקודי ב׳כ׳כ׳ לידי פיורינטיני מהמעות עצמם והשאר קבל הפוליניו לחשבון טוב ממה שהבולאפיו חייב לו מהחזקת שקנה מאתו כנראה בשטר נצרי של פאטוריני סופר כי עתה אומר הבולאפיו הנז׳ שלא קבל שום דבר שבעולם והוא אינו כי אם ערב בלבד בעסק זה ׃

לכן גוזרים אנחנו בגזרת נידויחרם ושמתא הנז׳ שכל מי שיודע יבא ויגיד כל מה שיודע לשני המבוררים היינו כמוה״ר״ר׳ ידידיה זכריה מאורביני נ׳ר׳ו וכמ׳ה׳ר׳ר יצחק שבתי רזקקה נ׳ר׳ו׳ כל מה שיודע בעסק זה הכל כאשר לכל בלי שום ערמה והתבולה שבעולם יהיה מי שיהיה הן קרוב הן רחוק הן בעיר פיסארו הן במקום אחד שיתפרסם גזרתנו זאת הן נוגע בדבר היינו אינטיריסאטו הן שאנו נוגע בדבר הכל מבלי שיקח שום אדם התר לעצמו להיות כובש ומעלים בשום דבר וכל זה כדי להוציא הדין לאמתו כדת משה וישראל והאיש אשר ימרה את פינו ולא יעיד ויגיד כנז׳ הלא׳ הוא נופל ברשת החרם הנידוי והשמתא הנז׳ והשומע ישכון בטח ושאנן וכצל יתלונן והיה עלהו רענן וכל אשר יעשה יצליח גם ברכות יעטה מורה ואתם הדבקים בה׳ אלקיכם חיים כלכם היום ותנאי יהיו דברינו אלה שיהיו ברשות אדוני הארץ ׃ ונויניציאה יום הי׳ אלול שנת וכ׳ו׳ת׳ כדר הנרתי היום לה״ ׃

הזמן למי שחייב לבוא ולהגיד ׃ מי שהוא בעיר פיסארו שלשה ימים ׃ ולמי שבחוץ לעיר שמנה ימים אחרי פרסום החרם ׃

אני יעקב בכמר משה הלוי ז״לה״ה ברשות האל העוזר ככה גוזר ׃

אני שלמה בן לא א׳ הגאון כמוה״ר״ר׳ נחמיה סרוואל וצל גוזר ׃

אני משה בן הישיש הה״ר׳ יעקב טריויס זצל גוזר ׃

אני יוסף בכמר אברהם אל כלאנגי ז״לה״ה גוזר ׃

אני דוד בכר יהודה סביבי גוזר ׃

לכו

plorans, dicens quotidiè, quòd probare posset sua verba, medijs testibus cognitis, qui sciunt rem, sicuti se habet, & iustificare veritatem, sed testes nolunt testificare, & ideò quærit à nostra Residentia Veneta, vt fulminetur excommunicatio tacita, & publicetur super quemcumque hominem, qui sciret eius testificationes, vt accedat, & referat, quòd si non referet, ipse peccatum suum portabit, & ideò exaudivimus vocem eius.

Ecce nos statuimus בגזורת נידוי חרם ושמתא *statuto diremptionis, excommunicationis, seiunctionis super quemcumque Hebræum qui sciret rem sicuti se habet, qualitèr accepta fuerunt à supradicto Febo scuta centum moneta Romana ad societatem officij à Zanuccho Mercatore, ad rationem duodecim pro centenario pro Salomone Davidis Bolafij, & ipse Bolafius recepit vndecim duplas aureas & medietatem scuti, & deinde scuta decem in tot libras Florentinas ipsarum propriarum pecuniarum, & quod supererat tradidit supradicto Samueli Fulcinati, ad computum illius quod Bolafius debebat propter ius Chazacà, quod ab ipso emit, vt apparet per Instrumentum rogatum à Domino Fattorino Notario; & hodie negat dictus Bolafius, & dicit, quòd ipse nihil accepit, & quòd non est solus ad cautionem præstandam in tali re.*

Ideò nos statuimus בגזורת נחש *statuto excommunicationis, seiunctionis vt suprà, quòd vnusquisque sciens veniat, & referat totum id quod in hac re scit, duobus Rabbinis electis id est Magnificis Amadeo Zacharia Vrbinati, & Isaaco Rocco Hebrais, omne quod scit, sicuti res se habet absque astutia, fraude, & inventione, quicumque sit, tam vir, quàm mulier, tam proximus, quàm remotus, tam in*

Ci…

תנ

לכו חזו מפעלות אשר שמואנשי שמות גדולי הארץ ושיצאו כגזורתם גזרת נ׳ ח׳ ש׳ לעזרת כרי לקיים דבר אמת וצדק והנני מוכן לחכמים ותגזור אומר ויקם לך כגזרת נ׳ ח׳ ש׳ וכו׳ :

נאם אברהם מק״ק לכוב גוזר גם אני נתתי ידי עם החכמים הנזכרים כמו שגזרו כגזרת נ׳ ח׳ ש׳ והסכמתי עמהם כנז׳ : נאם משה בכמ״והר״ר ה׳ר׳ר׳י מקרקה גוזר : כאן נמצאתי וכאן הייתי כבא האיש הזה רל ורוח וראתי אלהים עולים ויורדים גם אני הבא מקרתא קדישתא היא חברון גוזר וליטריקיה הויא דלא מכערמא לאשר כובש עדותו : והשומע לדברינו יבורך בה דברי זעירא דמן חבריא מאיר הרופא :

מי ראה את אלו יוצאים ולא יצא לעזרת ה״ בגבורים יושבי בסדר עליון אני כיהודה וער לקרא הנני חותם חוך חותם להודיע כי שפיר גזרתם והכובש עדותו אם לא יגידו נשא עונו : הקטן חייא חריין שליח חברון ותושב ירושלם :

מי האיש שיבוא אחרי המלך מאן מלכי רבנן את אשר כבר עשוהו לכן גם אני ה״ה תריך שקי מסכים לדברי אלהים חיים והעובר רבריהם ישכנו הש״ן המשפט מצעירי ירושלם מכל בני העיר ולא רמן חבריא אני יוסף צרפתי גוזר :

בהיותי עובר דרך כאן כאורח נטה ללון כתנו לפני האגרת זה התומה מחרים חרמים חכמי אשלי רברבי וכלם מסכימים לגזרת נ׳ ח׳ ש׳ וקטנם קטנם מתני והנני צעיר במשפחתי נטנה ומסכים עמהם לכל אשר גזרו אומר שמואל קטולגית והכל ברשות אדוני הארץ :

מודעא רבא לקק״ פיסארו יצ״ו

Translatio Excommunicationis Hebraicæ Residentiæ, & Rabbinorum Venetum, Ierosolymitanorum, aliorumque locorum.

Vox, lamentatio, clamor Magnifici Febi Samuelis Fulcinatis, dolens, & de-

Etiam ego posui meam subscriptionem cum alijs supradictis Sapientibus, sicuti decreuerunt, decreto excommunicationis, & cum illis consensi vt suprà. Ego Moses Arari Cracouiensis decerno.

Hic eram, quando venit iste homo miser, & pauper, & vidi Angelos ascendentes, & descendentes; etiam ego de Ciuitate Sancta Chebron decerno, quòd possit mordere anguis ille, qui non mittit sanguinem, cum qui testimonium retinet, & qui audit verba nostra, sit ipse benedictus. Hæc sunt verba minimi discipulorum Meir Arophe.

Quis vidit hos egredientes; & non egrediatur etiam ipse per auxilium Dei cũ potentibus in ordine supremo habitantibus: & ego iuxta illud Iehuda &c. subscribo, & dupli i sigillo obsigno, ad notificandum optimum fuisse eorum decretum, & qui testimonium retinet, peccabit. Ego mandatarius Ghebron, habitans in Ierusalem.

Et quis est ille, qui veniet post Reges (qui sunt Reges sapientes) dum iam decreuerunt, tamen etiam ego mendicus assentio verbis Dei viui, & qui violat eorum verba, possit eum mordere ג״כ״ה *Pectorale iudicij. Ego sum minimus Ierusalem, plebis Ciuitatis, & non discipulorum. Ego Ioseph Gallus decerno.*

Dum iter habebam tamquam hospes, vt diuerterem ad cauponam, dederunt mihi hanc Epistolam subscriptam à Montibus altis, sapientibus, magnis, & omnes assentiunt decreto נ״ח״ש *Nechosc, & eorum digitus paruus est maior lumbis meis, & ego minimus mea cognationis in eadem sum sententia in omne id quod decreuerunt. Ego paruus & minimus Samuel Katalanus ita decerno.*

Hæc formula Excommunicationis repe-

Ciuitate Pisauri, quàm vbicumque hoc decretum publicatum fuerit, tam interesse habentes, quàm non, & quòd nullo modo sit licitum reticendi, vel occultandi veritatem, & totum hoc, vt verificari possit veritas, & quòd iusta feratur sententia ברת משה וישראל *sicut Lex Mosis, & Israëlis; & homo, qui nostrum decretum violabit, neque testificabit, & referet vt suprà, irretietur* חרם נידוי ושמתא חנן *Excommunicatione, & seiunctione, vt suprà, & qui intelliget, & obediet, habitabit quietus, & pacificus, & sub vmbra Omnipotentis requiesces, & erunt folia eius virida, & totum quod faciet prosperabitur, etiam benedictionibus replebitur; & vos qui coniuncti estis in Domino Deo vestro, valete vos omnes hodie. Cum hoc tamen, quòd hæc nostra verba sint cum Dominorum, & Superiorum, & eorum ad quos pertinet licentia. Venetijs 18. Augusti 5433.* Christi 1673.

Terminus peremptorius illis, qui sunt in Ciuitate Pisauri, dies tres, qui extra, dies octo post publicationem excommunicationis.

Ego Iacob de Mosè Halleuì cum auxilio Dei, qui decernit, ita decerno.

Ego Salomon de Consolo Saraual ita decerno.

Ego Moses de Iacob Treues ita decerno.

Ego Ioseph de Abram Albalansi ita decerno.

Accedite ad videndum opera, quæ posuerunt Viri existimationis principales Orbis, qui statuerunt statuto ב״ח״ש *dirremptionis, excommunicationis, & seiunctionis, vt confirmarent res veritatis, & iustitia; & ego ad consentiendum paratus sum, cùm scriptum sit in Iob,* Decernes rem, & veniet tibi. *Ego Abraham Leuun ita decerno.*

In viginti quatuor locis (id est propter 24. capita) Iudices *excommunicant propter honorem Rabbi*, siuè Magistri, & Præceptoris, quòd ei debitum honorem non obtulerunt , &c. Sic in Talmude Ierosolymitano *Moëd katòn* cap. 3. in Ghemarà : על עשרים וארבעה דברים מנדים *Propter viginti quatuor causas excommunicant &c.* Enumerantur sigillatim à Rambàm in חלכות תלמוד תורה cap. 6. & 7. his verbis :

א׳: המבזה את החכם אפילו לאחר מותו ,
ב׳: המבזה שליח בית דין :
ג׳: הקורא לחבירו עבד :
ד׳: מי ששלחו לו בית דין וקבעו לו זמן ולא בא :
ה׳: המזלזל בדבר אחד מדברי סופרים ואין צריך לומר בדברי תורה :
ו׳: מי שלא קבל עליו את דין :
ז׳: מי שיש ברשותו דבר המזיק ולא ירחיקהו :
ח׳: המוכר קרקע שלו לגוי :
ט׳: המעיד על ישראל בערכאות של גוים :
י׳: טבח כהן שאינו מפריש המתנות :
י״א: יום טוב שני של גליות אע״פ שהוא מנהג :
י״ב: העושה מלאכה בערב הפסח אחר חצות :
י״ג: המזכיר שם שמים לבטלה או לשבועה בדברי הבאי :
י״ד: המביא את הרבים לידי חילול השם :
ט״ו: המביא את הרבים לידי אכילת קדשים בחוץ :
י״ו: המחשב שנים וקובע חדשים בחוצה לארץ :
י״ז: המכשיל את העור :
י״ח: המעכב את הרבים מלעשות את המצוה :
י״ט: טבח שיצאת טריפה מתחת ידו :
כ׳: טבח שלא בדק סכינו לפני חכם :
כ״א: המקשה עצמו לדעת :
כ״ב: מי שגירש את אשתו ועשה בינו ובינה שותפות או משא ומתן המביאין להן ליזקק זה לזה :
כ״ג: חכם ששמועתו רעה :
כ״ד: המנדה מי שאינו חייב נדוי :

1. *Contemnens Sapientem* (Rabbinũ, Magistrum, Doctorem Legis) *etiam post*

peritur excus. in vnico folio Pisauri apud Gottum anno 1676.

Grauissima igitur Excommunicatio apud Hebræos est שמתא *Sciammatà*, sine spe reditus ad communionem Reipublicæ , vel Ecclesiæ. Sic Elias in suo Lexico Tisbì . Videtur tamen aliquando generalius apud Rabbinos sumi pro simplici excõmunicatione ; Quapropter Munsterus voluit esse idem cum נדו . Si verò quis in *Niddùi* fuerit, & intra 30. dies non det operam vt soluatur , duplicatur ad 60: aut triplicatur ad 90. dies. Si tunc non resipuerit , excommunicatur per *Chèrem* tamquam grauiorem speciem. Qui erat excommunicatione *Niddùi* irretitus , remouebatur ab aliorum societate , etiam vxoris , & domesticorum ad quatuor cubitos. Excommunicatus non debet se tondere , aut lauare instar lugentis , quamdiù excommunicatus est. Si 30. dies , seù 60 , vel 90. in festo aliquo finiantur , & excommunicatus absoluatur , potest in festo se tondere , *Moëd katòn* cap. 3. in Miscnà in principio. Non admittitur in consessum ordinarium decem personarum. Non sedent iuxta eum ad quatuor vlnas. Docere tamen potest , & discere cum alijs separatim. Conducit , & conducitur. Propter pecunias , siuè debita pecuniarum neminem excommunicant , nisi iudicij nomine priùs ter moneatur , nempè , die secundo Septimanæ , die quinto , & rursùs die secundo. qui dies semisacri sunt. Iudices possunt , si velint , triginta dies diminuere. Per viginti quatuor capita , tam vir, quàm mulier, hac excommunicatione *Niddùi* innodatur ; vnde in *Berach.* fol. 19. col. 1. legitur : בכ״ד מקומות בית דין מנדין על כבוד רב

19. *Mactationem faciens prefanam sua culpa.*

20. *Mactator non ostendens cultrum* (mactationis) *coram sapiente*, vt scilicet constet, eum legitimum esse, & non vitiosum.

21. *Difficilem se prabens ad sciendum, vel discendum.*

22. *Qui repudiauit Vxorem suam, & postea instituit cum ea commercia emptionis, & venditionis; quibus adducitur ad rem carnalem cum ea habendam.*

23. *Sapiens mala fama, & existimationis.*

24. *Excommunicans eum, qui non est meritus excommunicationem.*

De vltimo exemplum habemus ex Ghem. *Moēd katòn* c. 3. fol. 159. col. 1.

ריש לקישהוא מינטר פרדסא אתת ההוא גברא קא
אכיל תאיני רמא ביה קלא לא אשגח ביה אמר ליהוי
ההוא גברא בשמתא אל' אדרבה ליהוי ההוא גברא
בשמתא אם ממון נתחייבתי לך נידוי מי נתחייבתי לך
אתא לבי מדרשא אמרו ליה שלו נידוי שלך אינו
נידוי מאי תקנתיה זיל גביה דלישרי לך לא ידענא ליה
אל' זיל לגבי נשיאה דלישרי לך וכו'

R. Simeon Ben Lakisc custodiebat hortum. Venit quidam, & ficus capit Vorare. Ille inclamare: nullā habet considerationē. Tum ille: Excōmunicatus esto. Tu Vicissim, inquit alter, excommunicatus esto: nam si ad pecuniam tibi obstrictus sum; nunquid anathemati obnoxius sum? Adijt R. Lakisc super hoc Schola Rectores. Responsum est: Ipsius anathema anathema est: tuum nullum est. Quid remedij? Age cum ipso, Vt remittat tibi. At non noui; inquit, qui sit. Adi ergo Principem, Vt remittat tibi. &c.

Quando ferre debebant excommunicationem, solebant buccinas, & cornua

post mortem eius.

2. *Spernens Ministrum, Legatum, Vel Nuntium Domus Iudicij.*

3. *Vocans proximum suum seruum.*

4. *Is ad quem misit Iudex, & determinauit ipsi tempus comparitionis, & non comparet.*

5. *Qui spernit verba Scribarum* (Rabbinorum) *multò magis verba Legis Mosaica.*

6. *Is, qui non recipit in se latum iudicium*, id est qui latæ sententiæ Iudicis non paret.

7. *Is, qui noxium aliquod in sua potestate habet, & non remouet illud*; veluti canem rabiosum, vel mordacem, aut scalam fragilem, & similia.

8. *Vendens agrum suum Christiano, aut cuiuis Gentili;*

9. *Qui testimonium perhibet contra Israëlitam in iudicijs Christianorum.*

10. *Sacerdos mactator* (ex genere Sacerdotali) *non separans dona mactationis, aut non dans ea alteri Sacerdoti.*

11. *Qui profanat diem feriatum secundum in captiuitate, etiamsi ex consuetudine illud sit.*

12. *Qui facit opera Vespera Paschatis post meridiem.*

13. *Commemorans Nomen Dei frustra, aut per iuramentum vanum.*

14. *Adducens alios ad prophanationem Nominis Diuini.*

15. *Adducens alios ad esum rerum sacrarum extra Templum sanctum.*

16. *Supputans annos, & figens menses extra terram Israëlis*, id est Calendaria scribens.

17. *Labi faciens cæcum.*

18. *Retardans alios à faciendo Legis opere.*

circumeuntes egrediebantur per viam ad sinistram, excepto eo, cui obuenerat casus aliquis, vt teneretur versus sinistram ingredi, cui dicebant: Quare ingrederis ad sinistram? Quia lugens sum. Respondebant: Qui inhabitat hanc Domum, consoletur te. Quia excommunicatus sum: (Dicebant) *Qui inhabitat hanc Domum, indat animo tuo, vt obtemperes Verbis sociorum tuorum, & restituant te*. In פרקי ר' אליעזר *Capitulis R. Elièzer* ex Hebræo in Latinum translatis per Guilielmum Henricum Vorstium, cap. 17. circa finem, refertur animaduertisse Salomonem, virtutem beneficentiæ magnam esse coram Deo; & cùm extruxit Domum Sanctuarij, ædificauit duas Portas, vnam pro Sponsis, alteram pro lugentibus & excommunicatis. Israëlitæ autem Sabbathis, vel festis diebus ingredientes considebant inter duas illas Portas; cùm quis ingrediebatur Portam Sponsorum, cognoscebant illum esse Sponsum, alloquebantur eum. *Qui habitat in hac Domo exhilaret te cum filijs, & filiabus*. Cùm verò quis intrabat ostium lugentium, atque mandibula eius obtecta esset, tunc intelligebant illum esse lugentem, atque dicebant illi: *Qui habitat in Templo hoc consoletur te*, Vbi autem quis ingrediebatur Portam lugentium, & mystax eius non erat obuelatus, agnoscebant illum esse excommunicatum, eumque sic affabantur: *Qui habitat in hac Domo consoletur te, atque indat cordi tuo, vt obedias proximo tuo, & appropinquet ad te*. Vt (sic) omnium Israëlitarum egrediantur manus debiti in beneficentia. Postquam deuastauit Domum Sanctuarij, decreuerunt vt Sponsi, & lugentes ingrediantur Synagogas, & excommunicati quoque ad Synagogas ...

nua inflare in Synagogis, ad maiorem horrorem tùm ipsis reis, tùm cœtui incutiendum. Sic in *Sanhedrin* fol. 107. 2. editionis Venetæ legitur אפיק ארבע מאו' שיפורי ושמתיה *Produxit quadringentas buccinas, & sciammatizauit eum*, nempè Iesum Nazarenum. Hæc impia Historia de sciammatizatione Iesus Nazareni reperitur in præfata editione, omissa verò in editione Basileensi. In *Nedarim* habetur: *Erat quidam Sapiens, de quo odiosus sparsus erat rumor. Dixit R. Iehudà*: היכי ליעביד *Quomodo ipsi faciendum?* לישמתיה *Sciammatizare debent eum Rabbini. Nisi sciammatizent eum prophanabitur nomen Dei*. In *Pesachìm* fol. 50 col. 2. *Qui vespera Sabbathi, & aliorum dierum festorum operas seruiles facit, infaustum illud quidem est, neque videt signum benedictionis, sed non sciammatizamus eum: at qui Vespera Paschatis operas seruiles facit, hic verò omninò sciammatizamus eum*. Vtrum verò quis posset excommunicare seipsum, videnda sunt ea, quæ diximus Par. III. pagina 417. Hinc clariùs patet nomine שמתא sciammatizationis non semper venire excommunicationem grauissimam, sed aliquando sumi pro *Niddùi*. Est traditio Talmudica olim licitum fuisse excommunicatis ingredi Templum, sed diuerso modo, vt agnoscerentur tales esse. Textus est in libro מדות *Middòth* cap. 2. his verbis:

כל הנכנסין לדרך הבית נכנסין דרך ימים ומקיפים ויוצאים דרך שמאל חוץ ממי שאירעו דבר שהוא מקיף לשמאל : מה לך מקיף לשמאל שאני אבל השוכן בבית הזה צחמך : שאני מנודה, השוכן בבית הזה יתן בלבבך ותשמע לדברי חבריך ויקרבוך :

Quicumque ingrediebantur Templum, ingrediebantur per viam ad dexteram, &

ſolutio, adnotauimus ſuprà ex R. Tanchumà, videlicet *Chèrem poteſt ſolui à tribus etiam vulgaribus, vel etiam ab vno graui, & probato Viro*. In eadem ſententia eſt Maimonides, qui dicit

בכמה מתירין הנדוי או החרם : בשלשה אפילו חדיוטות ויחיד מומחה מתיר הנדוי או החרם לבדו :

Qualis eſt numerus eorum, qui abſoluere poſſunt Niddùi, aut Chèrem? Tres Viri, etiam priuati, ſeù è vulgo: Etiam & Vnicus publicè iudicijs conſtitutus tam hanc, quàm illam excommunicationis ſpeciem ritè abſoluit ſolus. Per talem autem excommunicationem non intendunt excommunicatum à Deo ſeparare, ſed tantùm ab hominum conſortio. In *Peſachim* cap. 10. fol. 113. Ghemar. Babylon. ſeptem numerant fuiſſe cœlitùs, & diuinitùs excommunicati, videlicèt

שבעה במנודין לשמים אלו הן מי שאין לו אשה ומי שיש לו אשה ואין לו בנים ומי שיש לו בנים ואין מגדלן לתלמוד תורה ומי שאין לו תפילין בראשו ותפילין בזרועו וציצית בבגדו ומזוזה בפתחו והמונע מנעלין מרגליו ויש אומרים אף מי שאין מיסב בחבורה :

Septem ſunt quaſi excommunicati, aut ſeparati à Deo, qui nempè vxorem non habet, qui habet vxorem, nec verò liberos, qui liberos habet, quos non educat in Legis diſciplina, qui non habet phylacteria in capite, & brachio, & peniculamentum in veſte ſua, & poſtes oſtio ſuo, & qui calceamentis pedes ſuos munitos non vult, ſunt etiam qui dicunt, quiſquis non legitimo coniugio copulatus eſt. Quo ad primum determinant tempus, videlicèt qui poſt vigeſimum ætatis annum non duxerit vxorem, viuet in peccato, vt refert R. Leo Mutinenſis Venetus in Hiſtoria Rituum Hebraicorum Par. IV. cap. 2.

Adamum fuiſſe à Deo excommunicagogas, ac Scholas, atque homines illius loci videntes Sponſum lętantur cum ipſo; conſpicientes verò lugentem conſident cum ipſo ſuper terram, vt reuertantur, & egrediantur manus officij ipſorum, vel ſatisfaciant officio ſuo in retributione benignitatis, atque de illis dicit: *Benedictus ſis Domine, qui retribuis bonã mercedem exercentibus beneficentiam*.

Quo ad Iudaicæ Excommunicationis *abſolutionem* attinet, hac formula fieri ſolebat; ſi abſoluendus fuerit præſens שרוי לך ומחול לך *Abſolutio tibi eſt, & res remittitur*: ſi abſens פלוני ארוי לו ומחול לו *Abſoluitur N. & res ei remittitur*, aut alijs verbis, his æquiualentibus. Nota ex Ghemarà Babylon. in *Moēd katòn* cap. 3. fol. 17. מי שנידוהו בפניו אין מתירין לו אלא בפניו נידוהו שלא בפניו מתירין לו בפניו ושל בפניו *Qui præſens excommunicatus fuiſſet oportuit vt is etiam abſolueretur præſens, ſed qui abſens, tam abſens, quàm præſens potuit abſolui*. Quicumque facultatem habebat excommunicandi, eandem habebat abſoluendi, iuxta illud Talmudicorum כל מי שמנדה בידו להתיר *Qui excommunicat, ei licet abſoluere*. Quinimò ex R. Samuel in Ghemarà in *Nidarim* cap. 1. fol. 8. colligitur in cauſis ciuilibus licitum fuiſſe excommunicare, eodemque momento abſoluere. טוב אסר וטוט שרי *Flatus cornu ligat, & flatus cornu ſoluit*: nam ſicuti ſuprà diximus ipſos vti buccinis, & cornibus inflatis ad excommunicandũ, iiſdem vtebantur etiam ad abſoluendum, conformitèr ad doctrinam Maimonidis מנדין ומתירין ברגע אחר כשיחזור המנודה למוטב *Excommunicant, & abſoluunt eodem temporis momento, quoties ſic ad bonam mentem redit excõmunicatus*. A quot Viris fieri debebat hæc Ab-

כסיתי סלחמן העולם הזה וסלח מן העולם הבא :

Quodam Sabbatho ingressus est Adam aquas Gihon superioris, donec pertingerent aqua ad collum eius, & supplicatus est septem diebus Sabbathorum, Vel hebdomadæ, Vsque dum factum fuerit corpus eius instar cribri. Dixit Adam coram Deo sancto benedicto, Domine Vniuersi mundi, transeat quæso peccatum meum à me, & recipe pœnitentiam meam; Vt discant omnes ætates, quòd sit resipiscentia, & quòd suscipias resipiscentiam conuertentium se. Quid fecit Deus sanctus ben.? Extendit dexteram suam, atque remouit ab illo peccatum eius, & recepit conuersionem eius, iuxta illud: Peccatum meum tibi notum feci, & iniquitatem meam non celaui, *semper in hoc seculo, semper in seculo futuro.* Hinc tria sunt diligentèr perpendenda; Excommunicatio; fabula illa de generatione Spirituum, Dæmonum &c. & separatio ab vxore. Circa excommunicationem Adæ, fatemur Adamum non fuisse à Deo excommunicatum, sed tantùm à Paradiso expulsum, secundùm sensum Scripturæ Genes. c. 3. v. 23. וישלחהו יהוה אלהים מגן עדן לעבד את האדמה אשר לקח משם ויגרש את האדם וגו׳ *Et emisit eum Dominus Deus è Paradiso voluptatis, Vt coleret terram, è qua sumptus est, & expulit Adam, &c.* Neque indigebat Adam vlla absolutione, & licèt pœnitentiam egerit de peccato suo, & in Dei gratiam restitutus fuerit, non per hoc denuò rediit in Paradisum voluptatis, neque reassumpsit statum innocentiæ semel amissum. At excommunicati, tam apud Iudæos, quàm apud nos indigent absolutione, eaque recepta redeunt ad statum pristinum, & ad communionem, in qua erant an-

catum, scribunt Rabbini, ex eo quia Geneseos cap. 5. ver. 3. dicatur ipsum vixisse centum triginta annis, quando genuit in similitudine sua, iuxta imaginem suam, vnde temerè R. Ieremiah Ben Elièzer in Glossa Talmudica, *Iruuin* cap. 2. fol. 18. asserit כל אותן השנים שהיה אדם הראשון בנידוי הוליד רוחין ושידין ולילין שנאמר ויחי אדם שלשים ומאת שנה ויולד בדמותו בצלמו מכלל דעד האידנא לאו בצלמיה אוליד :

Omnibus istis annis, quibus fuit Adam homo primus in excommunicatione, genuit Spiritus, Dæmones, & Lamias, sicut dicitur: Et vixit Adam triginta & centum annis, genuitque in similitudine sua, iuxta imaginem suam. *Non omninò vsque ad tempus illud genuit quemquam in similitudine sua.* Rasci verò ad locum illum Geneseos de generatione ad similitudinem suam anno 130. ait עד כאן פרוש מן האשה *Vsque ad tempus illud abstinuit se ab Vxore.* Item R. Meìr אדם הראשון חסיד גדול היה כיון שראה שנקנסה מיתה על ידו ישב בתענית מאה ושלשים שנה פרוש מן האשה מאה ושלשים שנה והעלה זרזי תאנים על בשרו מאה ושלשים שנה : *Adam primus homo valdè erat pius, adeò vt postquam viderat se morti obnoxium esse, in ieiunio manserit per annos centum & triginta, ab vxore item separatus fuerit annos centum & triginta, & per totidem annos aptaret cingula ficulnea super carnem suam.* Et in *Pirkè, Capitulis Rabbi Elièzer* legitur -

בחמר בשבת נכנס אדם במי גיחון העליון עד שהגיעו המים עד צוארו והתענה שבעה שבתות ימים עד שנעשה גופו כמין כברה אמר אדם לפני הקב״ה רבון כל העולמים העבר נא חטאתי מעלי וקבל את תשובתי וילמדו הדורות שיש תשובה ואתה מקבל תשובת שבים מה עשה הקב״ה פשט ידו והעביר את חטאתו מעליו וקבל את תשובתו שנ׳ חטאתי אודיעך ועוני לא

466. 579. 580. 581. 585. 617. 636. 671. Hæc obitèr. Ad id quod dicunt Rasci, & R. Meir, videlicèt quòd fuerit separatus ab vxore per annos centum & triginta, expresſè oppoſitum fatetur Scriptura Geneſ. 4. 1. והאדם ידע את חוה אשתו
ותהר ותלד את קין ותאמר קניתי איש את יהוה ותסף
ללדת את אחיו את הבל: *Et Adam ipſe cognouit Chauuàh vxorem ſuam, & concepit, & peperit Cain, & dixit: Acquiſiui Virum cum Domino. Et addidit, vt pareret fratrem eius Abel.* Vnde vel debent negare Cain, & Abel genitos eſſe ab Adam, quod eſt contra textum, vel fateri ſuos filios eſſe. Si ergo Cain, & Abel fuerunt geniti ante Seth, qui fuit genitus anno 130. Gen. 5. 3. (quicquid dicant Septuaginta) ſequitur neceſſariò Adamum non fuiſſe per annos 130. ab vxore ſeparatum.

Et hìc vltimam imponimus manum ad conſumationem noſtræ Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ, & ad extremam Hebraici Alphabeti literam ת *Thàu*, quæ litera, teſte Ezechiele cap. 9. ver. 4. ſignum eſt vitale, fauſtum, ac maximè ſalutiferum; quo Diuina miſericordia frontes eorum inſignire ſpiritualiter conſueuit, quas à furore Diuinæ vltionis decreuit eripere. En Ezechielis verba.

וכבוד אלהי ישראל נעלה מעל הכרוב אשר היה
עליו אל מפתן הבית ויקרא אל האיש הלבש הבדים
אשר קסת הספר במתניו ויאמר יהוה אליו עבר בתוך
העיר בתוך ירושלם והתוית תו על מצחות האנשים
הנאנחים והנאנקים על כל התועבות הנעשות בתוכה
ולאלה אמר באזני עברו בעיר אחריו והכו על תחום
עיניכם ואל תחמלו זקן בחור ובתולה וטף ונשים תהרגו
למשחית ועל כל איש אשר עליו התו אל תגשו וממקדשי
תחלו ויחלו באנשים הזקנים אשר לפני הבית:

Et

antea. Ad ſummum lato modo poſſumus dicere fuiſſe quandam excommunicationis figuram, quia ſicut Adam eiectus, & ſeparatus fuit à Paradiſo, ſic per excommunicationem eijciuntur, & ſeparantur fideles ab Eccleſia, conformiter ad doctrinam Auguſtini in Geneſ. ad literam lib. 11. cap. 40. *Alienandus vtique fuerat, vel iam moriturus, vel etiam tamquam excommunicatus, ſicut etiam in hoc Paradiſo, ideſt Eccleſia, ſolent à Sacramentis Altaris viſibilibus homines diſciplina Eccleſiaſtica remoueri.* Et Hieronymus de excommunicatis ſui temporis, in Oſeæ lib. 2. cap. 6. *Præuaricati ſunt pactum Dei in Eccleſia, ſicut Adam præuaricatus eſt in Paradiſo & imitatores ſe antiqui parentis oſtendunt, vt quomodo ille de Paradiſo, ſic iſti eijciantur de Eccleſia.* Fabulam illam de generatione Spirituum, & Dæmonum ſatis reprobauimus ſupra Par. I. pag. 74. in qua Parte multa Talmudiſtarum portentoſa, & fabuloſa de Adamo curioſus Lector reperiet; quòd fuerit vaſtæ molis p. 65. Hermaphroditus, pag. 66. Bicorporeus, & caudatus, 67. & 68. Creatus circumciſus, 69. Dæmonum pater, 291. 293. & 345. quòd ante Euam aliam vxorem habuerit, 70. Comedendo de pomo vetito dentes eius obſtupuerint, 322. In hæreſim prolapſus, ſubinde totam fidem abnegauerit, & Apoſtata effectus fuerit, 291. Præputium ſibi attraxerit, ibid. Et tandem quòd pœnitentiam egerit, 292. & ſepulturæ à Deo traditus fuerit, 64. Alia fabuloſa de eodem à pag. 73. vſque ad 81., & à pag. 345. vſque ad 351. De Adamo mentionem fecimus etiam Par. II. pag. 217. & Par. III. pag. 193. 374. 395. 397.

figuram Crucis, fuisse similem literæ T Græcorum, & Latinorum. Quinimò literam ϒ *Thàu* Samaritanorum Crucis habere similitudinem, probauimus suprà in hac Parte pag. 176. quod idem dicendum est de T *Dan*, & T *Di* Ægyptiorũ. Per signum igitur ת *Thàu* signatur signum Crucis, quo significantur verè pœnitentes, qui gemunt & dolent de suis peccatis. & illi saluantur; alij verò, qui non pœnitent, damnantur. Et quidem apud Græcos, & Latinos T *Thàu* symbolum erat Vitę, Θ *Theta* Mortis. Imò Iudices, teste Asconio Pediano, damnatos notabant litera Θ *Theta*, liberandos T *Thàu*. Quoties verò Deus signum aliquod dedit, explicauit, quale, & quomodo debebat esse hoc signum: sic Numer. cap. 21. v. 8.

ויתפלל משה בעד העם ויאמר יהוה אל משה עשה לך שרף ושים אתו על נס והיה כל הנשוך וראה אתו וחי ויעש משה נחש נחשת וישמהו על הנס והיה אם נשך הנחש את איש והביט אל נחש הנחשת וחי:

Orauitque Moyses pro populo, & locutus est Dominus ad eum: Fac Serpentem æneum, & pone eum pro signo; qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses Serpentem æneum, & posuit eum pro signo, quem cùm percussi aspicerent, sanabantur. Quòd si aliquando reperiatur Deum posuisse aliquod signum innominatum, tunc Scriptura non vtitur pro signo תו *Thàu*, sed אות *Oth*, vt Geneseos 8. v. 15. וישם יהוה לקין אות לבלתי הכות אתו כל מצאו: *Et posuit Dominus in Cain signum, vt nullus eum inueniens interficeret illum.* Imò etiamsi loquatur Scriptura de signo nominato, nullibi vtitur תו nisi in præcitato loco Ezechielis, Cùm

Et gloria Dei Israël eleuata est desuper Cherub, quem erat super eum ad limen domus, & Vocauit ad Virum indutum lineis, qui tabella Scribæ (habebat) *in lumbis suis. Et dixit Dominus ad eum: Transi per medium Ciuitatis, per medium Ieruscialàim, & signabis* תו *Thàu super frontes Virorum suspirantium, & vociferantium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit in auribus meis: Transite per Ciuitatem post eum, & percutite: non parcat oculus vester, nec misereamini. Senem, adolescentem, & Virginem, & paruulum, & mulieres occidetis ad perditionem: sed omnem virum super quem* (fuerit) *Thàu ne occidatis, & à Sanctuario meo incipietis. Et inceperunt à Viris senioribus, qui* (erant) *ad facies domus.* Cùm autem in præfatis verbis Ezechielis non scribatur sola litera ת *Thàu*, sed tota dictio תו, hinc oritur dubium, an Prophetæ verba, de ipsa litera ת *Thàu*, vel de quopiam alio signo intelligenda sint, cùm à Septuaginta, à Symmacho, à Syriaca, & Arabica versione *Signum* interpretetur. *Hebræi verò*, inquit Diuus Hieronymus, *autumant, quia Lex apud eos appellatur* תורה *Thorà, quæ hac in principio nominis sui litera scribitur, id est* ת, *Thàu, quod illi hoc accepere signaculum, qui Legis præcepta compleuerant.* Verùm meliùs idem S. Hieronymus, Origenes, Tertullianus contra Iudæos, Ambrosius lib. 1. de Abraham, S. Augustinus in Dialogo altercationis Ecclesiæ, & Synagogæ, Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum, & alij passim respondent, literam ת *Thàu* ante Esdram apud Hebræos priscos habuisse

ait, *hoc signum leuemus in frontes, quod Dæmones cùm viderint, contremiscunt: qui aurea Capitolia non timent, Crucem timent*. *Fortasse*, inquit meus Clareuallensis Abbas Bernardus serm. 4. in Vigilia Natiuitatis, *Crux ipsa nos sumus, cui Christus memoratur infixus. Homo enim formam Crucis habet; quam, si manus extenderit, exprimet manifestiùs.* Vtinam Hebraica Synagoga hanc Crucem agnosceret, & brachijs extensis, in seipsa videret quem crucifixit, in eum crederet, in eum speraret, in ipso viueret.

Cum autem in Ezechiele non determinetur hoc signum, neque dicat אות *Oth*, sed תו *Thàu*, arguere possumus ipsum fuisse literam ת *Thàu*, per quam mysticè Crucis signum significabatur, quo signaculo qui non fuerint insignitus, sempiternæ mortis supplicium effugere non posset: conformiter ad doctrinam Andreæ Cæsaris, videlicèt, quòd tempore Antichristi signo Crucis fideles seipsos ab infidelibus secernent. *Tunc enim*, inquit, *fideles intrepidè, citraque ruborem signaculum Crucis Christi in conspectu impiorum deferent*. Et Origenes homil. 8. in diuersos: *Gaudentes*,

תם ת :

FINIS LITERAE ת :

לוח שמות כל רבנים וחבוריהם אשר נשארו בסדר אלפא ביתא כל קרית ספר ׃

MANTISSA OMNIVM SCRIPTORVM, ET LIBRORVM QVI IN ORDINE ALPHABETICO TOTIVS BIBLIOTHECÆ MAGNÆ RABBINICÆ RELICTI FVERE.

אב

ת׳ תקנ״ב ר׳ אבן מוסא כתב הגהות על גמרא ׃

1852 R. ABE'N MVSA scripsit *Annotationes* in quædam spectantia *ad Ghemaram*, quas edidit Abraham Akrà, de quo egimus Par. I, pag. 49., & egemus infrà,

ת׳ תקנ״ג אבן שועיב כתב פירוש על התורה ׃

1853 ABEN SCIOE'V fortasse nomen Auctoris Commentarij in Pentateuchum, licèt huius nominis, neque Buxtorfius, neque alij meminerint; quinimò hæc verba אבן שועיב fuerunt à nobis lecta *E'uen Scioin*, & per consequens explicata *Lapis densus*, & sic sumpsimus hæc verba pro Titulo Commentarij, non pro Auctore. Vide Par. III, pag. 781. col. 2. Attamen iuxta quandam Annotationem super hoc à Præclarissimo, eruditissimoque Viro *Ioanne Pastritio* Philosophiæ, ac Sac. Theologiæ Doctore, & Controuersiarum in Collegio Vrbano de Propaganda Fide Lectore, necnon Hebraicæ, & Græcæ linguę Professore, mihi transmissam, videtur אבן שועיב esse nomen Auctoris, quia, vt ipse doctè ac subtilitèr obseruat, Zacharias de Porto in lib. qui notatur Par. II. pag. 818. in primum Maamàr, pagi-

na א' col. 2. lin. 3. citat hunc Auctorem פרשת בא' *Parascià* בא' pag. 24. ex quo colligit non esse eundem ac librum עולת שבת *Olàth Sciabbàth* Auctore ר' יואל ן שועב *R. Ioèl Abèn Scioèu*, de quo Par. III. loc. cit. nam ille non procedit per *Parasciòth*, neque pag. 24. col. 1. reperitur quod citat Zacharias à Porto. Alius est liber אבן שועים *E'uen Scioìm*, quem Buxtorfius in Biblioth. Rabbin. profert שועי *Scioì*, fortasse quia non reperitur שועי cum accentu.

א׳ תתנ״ד **ר׳ אברהם** חבר ספר צפוני והוא פי׳ על שיר השירים ונכנס כ״י בוואטיקאנו בתוך ספרי של דוכוס דאורבינו על קלף כרך רב : עב״י .

1854 R. ABRAHAM nescio quis, scripsit ספר צפוני *Sèpher Tzephonì*, *Librum occultum*, & est breuis, & succincta *Explanatio in Cant. Cantic.* Reperitur msc. in Biblioth. Vaticana inter Codices Biblioth. Vrbinat. Pergam. in folio.

א׳ תתנ״ה **רבי אברהם אריה ממודינה הרפא** חבר ספר שלטי הגבורים ובו מפרש כל מכשירי כלי בית המקדש קרבנות וקטורת ודיניהם המשוררים והשוערים מעשי כל הבית :

1855 R. ABRAHAM ARIE' DE MVTINA MEDICVS, scripsit librum, cui Titulum fecit שלטי הגבורים *Sciltè hagghibborìm*, *Scuta potentium*, ex Cant. Cantic. 4. v. 4. In eo exponuntur omnia vasa, & vtensilia Templi Hierosolymitani. Item, omnia sacrificia, libamina, suffimenta, munera, & alia, quæ ad oblationem pertinebant. Itemque Officia Sacerdotum, Cantorum, & cætera huiusmodi. Liber est curiosus, sed rarus.

א׳ תתנ״ו **ר׳ אברהם די בוטון** כתב חידושי הלכות על תלמוד :

1856 R. ABRAHAM DE BOTTO'N, de quo egimus Parte I. pag. 16. num. 47. scripsit חידושי הלכות *Chidusce Halachòth*, *Nouellas Decisiones* super nonnullos Codices Talmudicos, quæ sunt impressæ in libro מהררי נמרים *Meharerè Nemarìm*, *De montibus Pardorum*, ex Cant. Cantic. 4. 8. R. Immanuelis Sephardi Hispani. Excus. Venetijs anno 359. min. supputat. Christi 1599. in domo Danielis Zanetti in 4.

א׳ תתנ״ז **רבי אבראם ביבאש** הפילוסוף הספרדי במלכות ארגון כתב עץ חיים :

1857 R. ABRAHAM BIVA'SC, seù VIVAX, Philosophus Aragonensis, præter ea quæ diximus Par. I. pagina 17. num. 49. scripsit etiam עץ חיים *Etz chaiìm*, *Lignum vitæ*. Est Codex msc. Philosophicus, cuius meminit Buxtorfius in Appendice ad Bibliothecam Rabbinicam pagina 462. vbi ostendit plures esse libros huiusmodi nominis עץ חיים *Etz chaiìm*.

א׳ תתנ״ח **ר׳ אברהם יהודי** כתב אגרת על משפטי הככבים אל אלמנסור אלמנצור בן מלך ישמעאלי והעתיק אותה אפלטון הטיבולי אל לשון לטין ונכנס בוואטיקאנו כ״י :

1858 R. ABRAHAM IVDÆVS, scripsit quandam *Epistolam de Signorum dispositione*, & *Astrorum iudicijs*, quam obtulit אלעמרא *Alhamrà* Almansoro Astrologo à Platone Tiburtino Latinè translata. Habetur in Bibliotheca Vaticana inter Codices manuscriptos La-

Latinos sub num. 5714. pag. 113. in fol. Pergam.

ט׳ קמט״ ר׳ אברהם בר יצחק מרמון ספרד חבר ספר חברית על הקבלה ונזכר בסוף ספר היצירה נדפס במנטובה שנת ש׳כ׳ב׳ לפ״ק :

1859 R. ABRAHAM BEN R. ISAAC DE RIMO'N SEPHARAD, id est DE GRANATA Hispaniæ Vrbe, scripsit librum חברית *Habberith*, *Fœderis*. De Cabala, Huius mentio fit in fine libri יצירה *Ietzirà*, editionis Mantuanæ anno 322. minor. supputat. Christi 1562. in 4.

ט׳ קמט״ ר׳ אברהם כהן ארירה חבר ספר שער השמים והוא על הקבלה :

1860 R. ABRAHAM COHE'N IRIRA' Lusitanus, dicitur Hispanicè scripsisse librum Cabalisticum, quem vocauit שער השמים *Sciàar Hasciammàim*, *Porta Cælorum*, qui postea in Hebraicam linguam, & inde in Latinam translatus, typis editus est Solibaci anno 1678. in Cabala denudata.

ט׳ קמט״ ר׳ אברהם הלוי בר׳ יצחק תמך חבר ביאור שיר השירים ונמצא בתוך ספרי עלו רומי וכו׳ בוואטיקאנו בסימן י״ז בכתב על הקלף עיין דף ק״ס :

1861 R, ABRAHAM HALLEVI' BEN R. ISAAC TAMACH, scripsit ביאור שיר השירים *Bijùr Scir Hasciriìm*, *Elucidationem Cant. Canticorum*, Reperitur inter Codices mmssc. Bibliothecæ Vrbinat. in Vaticano sub nu. 17, Pergam. in 4. Vid. pag. 160.

ט׳ קמט״ רבי אברהם מורן מישמירנה חבר ספר מנורת המאור ועל כל ובו עשה בית פירושים על פסוקים ולרבא ספרי קדש וכם פרקים נפים עד שלר : ונפטר כ״י כמו מסמעתי מכמם סבולל ל׳ רפאל דיאס סרופלא ופים גדול :

1862 R. ABRAHAM MORON SMIRNARVM INCOLA, Concionator inter suos percelebris. Hic superioribus annis vita functus, reliquit magnum Volumen manuscriptum, cui nomen indiderat מנורת המאור *Menoràth Hammaòr*, *Candelabrum lucis*, Tit. ex Exod. cap. 35. v. 14. quod in septem lucernas, vti olim Candelabrum aureum Templi Ierosolymitani dispertitum fuerat, diuisit. In his veluti septem Tractatibus, seù libris, varia loca Sac. Scripturæ explicat; sed adhuc ineditum inter heredum manus latitat in tenebris, R. Raphaele Dies Medico teste. Alius est liber huiusmodi inscriptione מנורת המאור *Menoràth Hāmaòr*, Auctore R. Samuel Ben Elchanàn, de quo suprà in hac Parte pag. 390. col. 1.

ט׳ קמט״ ר׳ אברהם מוסאפיאת חבר ספר ערוך לו שלחן ערוך עם סבסות ומורה מקום של בית יוסף : ועשה גם כן צורת בית המקדש בכלי עץ מבוסם סוחב ונמצא בביתו בעיר אמשטרדם :

1863 R. ABRAHAM MVSAPHIA' scripsit librum ערוך *Arùch*, *Ordinatum*. Sunt Annotationes, & Indices locorum Talmudicorum, qui in שלחן ערוך *Sciulchàn arùch*; *Mensa parata*, libro בית יוסף *Beth Ioseph Karo* passim adducuntur.

Fecit etiam ex ligno perpolito, & auro tecto figuram, seù archetypum, Templi Ierosolymitani, in quo Porticus, Conclauia, Atria, Ambulacra, Aditus,

1866 R. ABRAHAM AKRA' BEN DON SCELOMO' AKRA' edidit in Expositionē Ghemarę quædam Opuscula inscripta ספר מהררי נמרים. *Sèpher Meharàre. Nemarim*, *Liber de Montibus Pardorum*, Titulus ex Cant. Cantic. 4. 8., quia scilicet ob varietatem Opusculorum *Pardi* sunt ibi, & ob materiæ præstantiam secundùm Hebræos *Montes* sunt, & etiam quia *Auctores magni*, *Montibus* æquiparari solent. In Præfatione Abraham Akrà aperit suum consilium, & Auctores Opusculorum. Hinc puto ab Hebræis dictum *Abraham Meharàr*, quia fuit Auctor libri *Meharàre*, & quòd scripserit *Perùsc* in Ghemaram, cùm reuera collegerit breues quasdam Expositiones aliorum in quædam loca difficiliora Ghemaræ. Typis editus est liber anno mundi 5359. Chr. 1599. apud Danielem Zanettū Venetijs in 4. Ætas eius videtur posse colligi ex Tit. *Dou*, quod habebat *Don Isaac Abrauanel* circa annum Domini 1490. & ex ætate *R. Nisim Sciuscian*, cuius meritum laudat in editione Opusculi. Iunctum vidi hoc Opus מהררי נמרים *Meharàre Nemarim* alijs duobus, quorum primum אורים ותומים *Vrìm*, *& Thùmim* R. Meir Nghasamà excus. ibidem anno 5363. Christi 1603. Secundum לשון הזהב *Lescìon hazàau* R. Iedaaiàh Happenini. Non desunt alij cum hac inscriptione מהררי נמרים *Meharàre Nemarim*.

ר' קמ״ג רבי אברהם שלום
שלח שאלה לחכמים סבב. ל נסים. על מעשה ספק בזמן, לי
כתוב בספרי. הר' ורבינו בוולמיקלמו:

1867 R. ABRAHAM SCIALO'M misit quandam Interrogationem

Portæ, Gradus, & omnes aliæ partes Templi sub oculis visendæ exhibentur. Extat hoc laudabile, & curiosum Opus Amstelodami in domo huius Auctoris, ad quod inspiciendum, eò se conferunt rerum antiquarum Sacræ Scripturæ indagatores. Ita à Raphaele Dies Hebręo Philosophiæ, & Medicinæ Doctore Romano, ac Musarum Latinarum cultore studiosissimo audiui.

ר' קמ״ד אברהם מפורטה
ליאון הרופא חבר דיאלוגו על הזהב בדפס
בוויניציאה שנת שלד לפ״ק למספרנו:

1864 ABRAHAM DE PORTO LEONIS, Patria MANTVANVS, professione *Medicus*, scripsit *De Auro Dialogos tres*. Excus. Venetijs anno Domini 1584. in 4.

ר' קמ״ה רבי אברהם בן גזיז
המכונה בורגיל כתב ספר לחם אבירים וסם חדושים
ופירושים על כמה מסכתות:

1865 R. ABRAHAM ABE'N GAZI'Z cognomento BORGIL, scripsit Nouellas expositiones super aliquot Codices Talmudicos, easque vocauit לחם אבירים *Lèchem Auirìm*, *Panis robustorum*. Excus. Venetijs apud Ioannem de Gara in folio anno 365. min. supput. Christi 1605. In fronte libri habet titulum insignem, præstantissimis dari consuetum, videlicèt המאור הגדול סיני ועוקר הרים *Hamaòr haggadòl Sinài vengoker harìm*, *Luminare magnum Sinai*, *& scrutans montes*, De eo egimus etiam Par. I. pag. 17. col. 2. num. 54.

ר' קמ״ו ר' אברהם עקרא בן דון
שלמה עקרא כתב ספר מהררי נמרים:

missariam Vendraminam.

ת״ק״ע רבי אהרן המקבל הגדול ראש ישיבה בבבל חבר ספר בקבלה ספר הנקוד וספר אחר בקבלה ספר הפרדס בקבלה ונזכר שמו בסוף ספר יצירה דפוס מנטובה שנת שכ״ב לפ״ק :

scripsit Prophetiam, præter ea quę scripsit Ieremia dictante, cuius erat minister & Scriba. Prophetauit autem Baruch tempore Iechoniæ Regis, vt in versu 3. capitis primi sui voluminis habetur: *Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioakim Regis Iuda*. Fuit nobilis familiæ, vt testatur Ioseph Antiquit. Iudaic. lib. 10. his verbis: *Rogauitque Nabuzardan, Vt cum eo dimitteret discipulum Baruch, filium Neriæ, ex magna valdè familia, & qui lingua patria præcipuè fuerat eruditus*. Hic liber non reperitur hebraicè scriptus, nec apud Hebræos habetur, afferente hoc D. Hieron. in præfat. in Ieremiam: *Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermisimus*. Hinc Caluinus lib. 3. Institut. §. 8. Kemnitius, & alij negarunt hunc esse Canonicum, tùm quia etiam Gregor. Damascen. lib. 4. de fide 18. vbi recensent lib. canonic., omittunt Baruch. Tandem nunc de fide est hunc librum canonicum esse, ita definiente Concil. Trid. sess. 4. Quod autem aliqui SS. PP. non posuerint nominatim illum in canone, est, quia hunc librum partem esse iudicabant Ieremiæ vaticiniorum. Vide Bellarmin. libro 1. de verbo Dei, cap. 8. Vnde passim Patres citant, & vocant hunc librum Ieremiæ: vide eos apud Maldonat. in procem., & apud Christoph. à Castro in cap. 1. v. 1.

א׳ תתצ״א **ר׳ ברוך ן׳ ברוך יזייא בן ר׳ משה ברוך** תנב״ל ה׳ חבר ספר אלה תולדות אדם וגם חבר באורים בספר קהלת בן דוד : עיין חלק ל׳ דף מב׳ :

1891 R. BARVCH ABEN BARVCH

præfationem in librum חמת ישרים *Tumàth Iesciarìm, Perfectio rectorum*. Reperitur in principio eiusdem libri. Vide *R. Tam Aben Iachijà*; suo loco pag. 447. col. 1. num. 1850.

א׳ תתפ״ח **ר׳ בנימן מוספיה** כתב ספר זכר רב :

1888 R. BENIAMIN MVSSAPHIA scripsit זכר רב *Zècher Ràu, Memoriam multam*. Libellus in quo omnes Hebraicas radices in sententias, & plenam Orationem cohærentem, & liberè decurrentem satis ingeniosè reuocauit. Huius meminit Michael Haueman in sua Methodo, qua ad fundamentalem Linguarum cognitionem facilè perueniri potest.

א׳ תתפ״ט **רבי בנימן מנורציה** חבר כמה הגהות על פסקי ר׳ יצחק דטיוולי אשר עשה על מסכתות פסחים יומא סוכה : יום טוב : ראש השנה ומגילה ונמצאו כ״י בוואטיקאנו על הקלף :

1889 R. BENIAMIN DE NVRSIA; scripsit quasdam Annotationes super Decisiones R. Isaaci Tiburtini, quas compilauit ex Codicibus Talmudicis *Pesachim, Iomà, Succà, Iom Tou, Rosc Hascianà, & Meghillà*. Reperiuntur mmssc. in Bibliotheca Vrbinate apud Vatic. Pergam. in 4.

א׳ תתצ׳ **ברוך הנביא בן נריה בן מחסיה בן צדקיהו בבבל** תלמיד ירמיהו כתב בנבואה בימי יכניהו המלך :

1890 BARVCH PROPHETA BEN NERIÆ, BEN MACHASIÆ, BEN SEDECIÆ, IN BABYLONIA.

TALVS REGNICOLA ad fidem Christi conuertitur, visis miraculis à D. Ioanne Calà patratis circa annum 4990. Chr. 1230., de quibus scribit ad Fratrē suum Opusculum, cuius titulus est, ספור הנפלאות *Sippùr Hanniphleòth*. *Mirabilium enarratio*, quod in regestis Bibliothecæ Nilensis vocatur *Aureum Opusculum*. Eius meminit *Carolus Calà* in Vita B. Ioannis Calà, inter Scriptores, qui de illius vita scripsere. Excus. Neapoli an. 1660. Italicè sub inscriptione: *Historia de Suevi nel conquisto de Regni di Napoli, e di Sicilia*: In fol.

ה' קנ"ה **ר' דוד הכהן די לוזא**
כתב ספר כתר כהונה :

1895 R. DAVID HACOE'N DE LAZA, scripsit librum, quem vocauit כתר כהונה *Chetèr Chehunà*, *Corona Sacerdotij*. Excus. Hamburgi in fol., sed vsque ad literam י *Iod* tantummodo impressus est, cùm Author morte præuentus, finem imponere non potuerit.

ה' קנ"ו **ר' דוסא בן ר' סעדיה גאון** כתב אגרת לרב חסדאי הנשיא בן ר' יצחק על הטובות שעשה לישראל ונזכר אותה בספר הקבלה הראב"ד :

1896 R. DOSA' BEN RAV SAADIA' GAO'N, scripsit אגרת *Igghereth*, *Epistolam* ad R. Chasdài Hannassi Principem fil. R. Isaaci, de rebus gestis à Ràu Saadia Gaòn in bonum, & vtilitatem Israëlis. Huius Epistolæ fit mentio in libro Cabalæ הראב"ד *Harrauàd*. Alius est *R. Dosà Ben Harchinàs*, de quo Par. II. pag. 284. col. 1. num 451.

ה' קנ"ז **ר' זכריה הלוי** כתב השגות על ר"ף.

RVCH IAZIIA BEN R. MOSIS BARVCH b. m., scripsit librum cui nomen imposuit אלה תולדות אדם *Elle Toledòth Adàm*, *Ista sunt Generationes Adam*. Sunt duæ באורים *Biurìm*, *Elucidationes* libri קהלת *Kohèleth*, *Ecclesiastes*, *Ben David*, de quibus sermo fuit suprà in hac Par. IV. pag. 62. col. 2. in *R. Moscè Alpalàs*, qui summa diligentia eas castigauit, ac correxit. Non desunt alij huiusmodi inscriptione.

ה' קנ"ב **ר' ברכיאל** כתב ספר יסוד האמונה

1892 R. BERACHIEL, de quo suo loco, Par. I. pag. 698. col. 2. num. 379. scripsit etiam יסוד האמונה *Iesod haèmunà*, *Fundamentum fidei*. Est liber Cabalisticus msc. ex Buxtorf. in Append. Bibl. Rabbin.

ה' קנ"ג **ר' דוד ן' זמרא** חבר ס' שאלות ותשובות והם שלש מאות שאלות ונדפסו בליוורנו שנת תי"ב בדפוס ר' ידידיה בר' יצחק גבאי בעל כף נחת תחת ממשלת פירדינאנדו די מידיצי :

1893 R. DAVID ABE'N ZIMRA', cuius mentionem fecimus Par. II. pag. 23. col 1. num. 421. scripsit ס' ש"ת *Sèpher Sceelòth vthesciuuòth*, *Quæsita*, & *Responsa*; & sunt 300. argumenta diuersa. Prodierunt Liburni an. 412. min. supput. Chr. 1652. ex Typographia R. Iedidiàh Ben R. Isaaci Gabbài Authoris. *Capnachàth*, sub Ferdinando Magno Hetruriæ Duce. In fol.

ה' קנ"ד **ר' דוד חבה מאיטליה במלכות נאפולי** בשנת ה' אלפים תתק"צ המיר דת משה וקבל תורת ישו משיחנו ועל זו כתב מאמר אחד אל אחיו :

1894 R. DAVID CHAVA' I-

ר׳ אברהם בר דוד מקרית יערים :

1897 R. ZACHARIAS LEVITA scripsit השגות *Hassagòth, Animaduersiones* super R. Abraham Bar Dauid de Kiriàth Icarìm, qui scripsit *de Matrimonio, & eius vsu*. Vid. Par. I. pag. 23. col. 2. num. 60. Hæ Animaduersiones sunt contra prænotatum librum *de Matrimonio &c.*, arguitque contra eius Authorem, ostendendo rationibus, & Auctoritatibus Talmudis eius sententias vt plurimùm esse falsas & alienas à mente antiquorum Doctorum. Extant in Bibliotheca Vrbin. apud Vatic. vnà cum scriptis R. Abrahami prædicti.

א׳ תתצ״ח זכריה הספרדי נביא השקר כתב אמרי שפר :

1898 ZACHARIAS HISPANVS PSEVDOPROPHETA, de quo Par. II. pag. 817. col. 1. num. 502. scripsit אמרי שפר *Imrè Sciaphèr, Eloquia pulchritudinis*, Tit. ex Gen. 59. 21. eaque in tres partes diuisit; Primam appellauit מאמרים *Maamarim, Tractatus*, secundam שערים *Sciaarim, Portas*; & Tertiam חלקים *Chelakim, Sectiones*; & quãlibet ex his, in tres alias subdiuisit; ità vt sint tres *Maamarim*; tres *Sciaarim*; & tres *Chelakim*. In his agit de scientia Doctorum nostri æui; de scientia Sapientum Israëlitarum; & de scientia Prophetarum, succinctè quidem, & per compendium. Tractat etiam de Creatione hominis; de Nomine Dei, quod vocant שם המפורש *Scem hammephoràsc*, illiusque virtute; de retributione bonorum operum, & pœna debita prò delictis. In hoc paruo libello agitur etiam: cur fuerit creatus homo; cur ei data fuerint præcepta, & lex; cur lex scripta fuerit super duabus Tabulis lapideis; cur potiùs data sit vni nationi, quàm alteri; cur non ante, aut posteà; cur in monte Sinai, & non alibi, & alia id genus quamplurima, quæ omnia Cabalisticè resoluuntur, media videlicèt illa scientia, quam tanti faciunt Iudæi, vt mysticæ Theologiæ adæquent. Librum hunc vidi msc. pergam. in 4.

א׳ תתצ״ט ר׳ חיים כהן חבר ספר תורת חכם ונדפס בויניציאה :

1899 R. CHAII'M COHEN SACERDOS scripsit ס׳ תורת חכם Sèpher *Toràth chachàm* librum, quem nuncupauit, *Lex Sapientis*. Excus. Venetijs in fol.

א׳ תתק׳ קדוש יהודה אח הקדוש יעקב הקטן כתב אגרת אחד :

1900 S. IVDAS FRATER S. IACOBI MINORIS, qui frater Domini cognominatus est. Eius Mater fuit Maria Alphæi, siuè Cleophæ, quæ habuit quatuor filios, è quibus tres à Christo electi sunt ad Apostolatum scilicèt, Iacobus, Iudas, & Simon, quartus Ioseph, qui fuit competitor Matthiæ, Actor 1. Hinc quatuor hi vocantur fratres Christi, Matth. 13. v. 55., non quòd fuerint filij Ioseph Sponsi B. Virginis ex alia vxore, vti opinatus est Nissenus orat 2. de Resur. Origen. Theophyl. & Euthym. in Matth. 13. Clemens Alexandrinus, Chrysostomus Orat. de Annunc. Hilarius, & Epiphanius hæres. 51. vbi his clarissimis verbis. Io-

se-

fuerunt eius consanguinei, & affines, sicut Mater eorum vocatur soror B. Mariæ Virginis, non quòd propriè fuerit soror eius, ac filia S. Ioachimi, & Annæ, sed soror phrasi Hebræa, hoc est, cognata, vel consobrina.

Scripsit S. Iudas epistolam vnam, quę est inter canonicas, ex Concil. Trid. sess. 4. Rom. sub Damaso, & Cartaginensi c. 47., licèt nonnulli Hæretici, vt Lutherus, Centuriatores, Brentius, & Kemnitius apocrypham esse censeant, ex eo quia citet librum Enoch apocryphum, & altercationem Michaëlis cum Diabolo. Attamen D. Hieronymus lib. de Scriptor. Eccles. in Iuda, inquit: *Iudas frater Iacobi paruam quidem, quæ de septem Catholicis est, Epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est in ea assumit testimonium, à plerisque reijcitur, tamen auctoritatem vetustate iam, & vsu meruit, & inter S. Scripturas computari, & sacrosanctam auctoritatem habere.* Et quamuis in Perside prædicarit, non per hoc eam scripsit Persicè, sed Græcè. Cùm enim Epistola illa sit quasi encyclica, & vniuersalis, omnibus fidelibus scripta, voluit eam scribere ea lingua, quæ tunc erat maximè communis, scilicèt Græca.

רבי יהודה אריה ממודינא בן ר' יצחק
פי' מתקפ"ג · כתב ס' בית יהודה

1901 R. IVDAS ARIE vulgò dictus LEO DE MODENA BEN R. ISAAC, de quo suo loco Par. III. pag. 32. col. 2. num. 608. scripsit librum, quem nuncupauit בית יהודה *Beth Iehudà, Domus Iudæ*. Hunc descriptum habes Par.

sephum B. Mariæ Virginis sponsum, aliam vxorem habuisse asserit; loquens enim super illud Lucæ 3. 23. *Et erat Iesus incipiens esse, quasi annorum 30. filius, vt putabatur, Ioseph*, sic ait: Τὸ δὲ νομίζεσθαι οὐκ ἀληθῶς ἐστιν ἀλλὰ ἐν τάξει μὲν πατρὸς ἐτύγχανεν ὁ Ἰωσὴφ, διὰ τὸ οὕτως τῷ Θεῷ δεδόχθαι. οὐκ ὢν δὲ πατὴρ, ὁ μὴ πρὸς τὴν Μαριὰμ ἐσχηκὼς συνάφειαν, οὐ μόνον ὅτι ἀνὴρ ἐκλήθη διὰ τὸ μεμνηστεῦσθαι πρεσβύτης ἐτῶν ὀγδοήκοντα τυγχάνων πλείω ἢ ἐλάσσω, καὶ ἔχων υἱοὺς ἕξ, ἀπὸ τῆς ὄντως αὐτοῦ γαμετῆς πρώτης, τὴν δὲ δι' οἰκονομίαν παρειληφὼς ὡς καὶ ἄλλη που ἀκριβέστερον περὶ τούτου δεδηλώκαμεν. *Quod autem solummodo putatur, minimè est reipsa. Sed Patris vicem Iosephus gerebat ille quidem, quod ità Deo placuerat: Pater verò non erat; vt qui nunquam se cum Maria copularat, nisi quòd illius vir appellatus est, quòd eam senex duxisset, anno, ætatis plus minus 80, cùm iam liberos sex è priori coniuge sustulisset; hanc verò posteriorem singulari Dei prouidentia sibi, vt alio loco fusiùs disputamus, adsciuisset.* Licèt autem Ecclesia nihil super hoc decreuerit, tamen communis eius sensus est, Sanctum Ioseph semper virgine Mariam habuisse cœlibem. Hinc Bollandus in Vita S. Ioseph, de eius Virginitate ait: *Virginem sanè vixisse Iosephum, ac mortuum esse, post Hieronymum totà Latinorum sensit Ecclesia: Virginem autem non quomodocumque, sed deliberato animi in vitam omnem consequentem proposito, voti religione firmato, sit per quàm credibile ex illo iam constanti tot annorum cœlibatu &c.* Idem asserunt D. Thomas Par. III. quęstione 28. artic. 3. ad 5. Mellifluus Bernardus homil. 2. & 3. super *Missus est*. & alij. Ideò autem in Euang. Matth. 13. v. 55. vocantur *fratres Christi*, quia

Par. III. pag. 848. col 2.

ה׳ תתקד״ רבי יהודה בר׳ נתן חתן
של רש״י רבו דרך בפירושו כמו שנראה במסכת מכות פרק אלו הן
לוקין דף י״ט ע״ב וזה לשונו : רבינו גופו טהור ויצאת׳ נשמתו
בטהרה לא פירוש יותר מכאן ואילך לשון התלמיד
רבי יהודה בר נתן :

1904 R. IVDAS BEN RABBI NATHA'N Discipulus R. Salomonis Iarchì, post mortem Magistri sui Rascì, vbi desierat commentari Talmudem Babylonicum, Commentarios ipse prosequitur; De quo in Cod. *Maccòth* cap. 3. pag 15. 2. ità scribitur -

רבינו גופו טהור ויצאת׳ נשמתו בטהרה לא פירוש
יותר מכאן ואילך לשון התלמיד רבי יהודה בר נתן :

Magistri nostri corpus (id est Rabbi Salomonis) *mundum est, cuius anima cum munditia egressa est, nec vlteriùs eius Commentarij extant. Hinc & deinceps sequuntur Commentarij R. Iudæ bar Nathanis eius discipuli.* Patet igitur quòd Rascì non sit commentatus omnes Codices Ghemaræ Babylonicæ.

ה׳ תתקס״ ר׳ יהודה בר׳ שמעיה
או שמריה המקובל הגדול חבר ספר מקוה ישראל
על הקבלה : עיין בספר יצירה דפוס מנטובה שנת שכ״ב לפ״ק :

1905 R. IVDAS BEN SCEMAIA'H, vel SCEMARIA'H, magnus Cabalista composuit librum inscriptum מקוה ישראל *Mikuè Israèl, Spes Israëlis*, Tit. ex Ierem. 14. 8. Buxtorf. Fil. vocat *Iudam Ben Schemaiàh*, & hunc librum dicit esse Cabalisticum msc. At in calce libri יצירה *Iezirà* impressionis Mantuanæ an. 322. min. supput. Chr. 1562. vocatur *R. Iudas Ben* שמריה *Scemariàh*. Vide Par. III. pag. 8. col. 1. num. 595.

ה׳ תתקכ״ ר׳ יהודה החסיד כתב ספר
חסידים :

1902 R. IVDAS HACHASID, nescio an sit idem cum descripto Par. III. pag. 46. col. 1. num. 624. scripsit ס׳ חסידים *Sepher hachasidim, Librum piorum*. De moribus rectè componendis. Est liber præclarus, & magnæ apud Hebræos existimationis. Multoties fuit impressus, sed primò Bononiæ anno 298. min. supput. Chr. 1538. apud Abrahamum Haccohèn Ben R. Mosis Haccohèn, in 4. charta tersa, & charactere eleganti.

ה׳ תתקנ״ ר׳ יהודה או יודא מינץ
חבר ספר שאלות ותשובות על הדינים נדפס בויניציאה שנת
שי״ג לפ״ק : ונלוה הספר הנזכר יחד עם סדר גטין וחליצה
ונלוו הספרים ודינים יחד תלמיד אחד של ר׳ יהודה מינץ
וחתן בנו :

1903 R. IVDAS, seu IODA MINTZ, hoc est MOGVNTINVS, scripsit ס׳ ש׳ ת׳ *Sèpher Sceèloth & Tesciuòth, Librum Quæsitorum, & Responsorum legalium*. Excus. Venetijs iussu Aloysij Bragadini an. שי״ג 313. min. supput. Chr. 1553. In principio libri extat Index omnium Responsorum; & in fine reperitur ordo, & ritus tradendi libellum repudij cum suo Indice, vnà cum ritu seruando in solutione, seù extractione calcei, ex iure leuiratus. Coniuncti fuerunt illi Tractatus simul à quodam discipulo, & filij sui genero; quibus ab eodem annexa fuere Quæsita, & Responsa R. Meir de Padua, excussa ibidem eodemque anno in 4.

eum Iosuè, cum priùs vocaretur Osee, vt patet Numer. 13. Multi quoque inter Hebręos hoc nomen acceperunt. Post hunc scimus extitisse Iesum Sacerdotem magnum, de quo Zachar. cap. 3.

ויראני את יהושע הכהן הגדול עמד לפני מלאך יהוה והשטן עמד על ימינו לשטנו :

Et ostendit mihi Iehosciùa Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini: & Sathan stabat super dexteram eius, ad aduersandum ei. Et hunc fuisse filium Iosedèch patet ex c. 6. v. 11. Alius etiam vocatus fuit Iesus filius Sirach, qui *Ecclesiasticũ* scripsit, de quo Par. I. pag. 678. col. 1. num. 349. sub nomine *Ben Sirà*. Multi quoque alij fuerunt, qui in Sac. Scriptura celebres non sunt: de quibus vide Par. III. Quis Auctor fuerit libri Iosuè lis est intèr SS. PP. S. Athanasius in Synopsi rectè monet ex nomine libri non necessariò colligi Auctorem, sed materiam, ex eo quia res gestas Iosue contineat. Theodoretus in libro de quæstionibus Iosuè, existimat librum Iosue scriptum ab Auctore anonymo, qui scripsit librum iustorum; de quo dicitur Iosuè 10. 13. *Nonnèhac scripta sunt in libro Iustorum?* Et Sanctus Isidorus lib. 6. originum cap. 2. affirmat librum Iosue scriptum fuisse ab ipso Iosuè. Non desunt alij, qui adscribunt librum hunc Eleazaro Summo Pontifici, Aharonis filio. Alij celebrant Auctorem Esdram. Alij autem viam mediam tenentes, dicunt hunc librum neque totum scriptum esse à Iosuè, neque totum ab alio, sed partim à Iosuè, partim ab alio. Ad hoc probandum sumunt testimonium ex ipso libro Iosuè; vbi constat fuisse ab eo scriptum ex cap. vlt. 26.

ס״ מנקו״ ר׳ יודא ליווא בן ר׳ בצלאל חבר ספר תפארת ישראל וידבר על נפלאות שמים ועשים בעבור עמם ובעם ישראל פרקים פ׳ נדפס בויניציאה שנת השנ״ט ליצירה :

1906 R. IVDA LEVA BEN R. BETZALEL, scripsit librum, præmisso Titulo תפארת ישראל *Tipherèth Israel, Gloria Israëlis*: de mirabilibus à Deo effectis pro Populo, & in Populo Israëlis, habet capita 80. Excus. Venetijs an. ab Orbe condito 5359. Redemptionis humanæ 1599. apud Danielem Zanettum, in fol.

ס״ מנקו״ יהושע בן נון משרת משה מלך סופרים :

1907 IEHOSCIVA BEN NVN (quem Gręci & Latini vocant Iesum filium Naue) Minister Mosis & Dux Hebræorum; qui post obitum Mosis rexit populum ann. 26., & obijt anno centesimo decimo vitæ suæ vt habetur in vltimo capite Iosue v. 29. videlicèt.

ויהי אחרי הדברים האלה וימת יהושע בן נון עבד יהוה בן מאה ועשר שנים : ויקברו אתו בגבול נחלתו בתמנת סרח אשר בהר אפרים מצפון להר געש :

Et fuit post Verba hac, & mortuus est Iehosciùa filius Nun seruus Domini, filius centum, & decem annorum. Sepelieruntque eum in termino hæreditatis eius, in Timnathsèràch, qua (est) in monte Ephraim, ab Aquilone montis Ghahas. Hinc corrigendus est Sixtus Senen. lib. 1. Bibl. Sanct. verbo *Iosuè*, vbi ait ipsum mortuum annum agentem ætatis centesimum, ac vigesimum. Erat Iosue vir strenuus in armis, & morum pollens probitate, quem Moyses maximè diligebat, mutauitque nomen eius, vocans

Hinc quæritur an duo versus libro Iosue à recentioribus sint adiecti? *Resp.* Leusden in Philologo Hebræo Dissert. 5. in multis Biblijs Hebraicis, scil. Bombergianis, posterioribus Venetis, Buxtorfianis, & in illis nouissimis. quæ ducto suo per Iosephum Athiam ann. 1667. edita sunt, Iosue c. 21. post versum 35., duos versus scil. 36. & 37. non extare; qui sic sonant -

וממטה ראובן את בצר ואת מגרשה ואת יהצה ואת מגרשה : את קדמות ואת מגרשה ואת מיפעת ואת מגרשה ערים ארבע :

Et de tribu Ruben, Betzer, & suburbana eius, & Iahatzah. & suburbana eius, & Chedemoth, & suburbana eius: & Mephahath, & suburbana eius, & Ciuitates quatuor. Ait etiam quod antiqui Rabbini testantur se illos duos versus in nullo correcto Codice inuenisse. Quin imò neque in Vulgata reperiuntur.

א׳תתקח״ יואל בן פתואל נביא בימי

עזיה יותם אחז חזקיהו ובימי ירבעם בן יואש המלך ישראל :

1908 IOEL BEN PHATVEL PROPHETA, natus in agro Bether, siuè Bethor de tribu Ruben, vt ait S. Epiphanius lib. de Vit. & obitu Prophet. Quo tempore ipse prophetauerit, ferè incertum est. R. Salomon, Lyr. & alij recentiores Hebræi putant ipsum vixisse, & prophetasse cum Eliseo sub Rege Ioram filio Achab Regis Israël, ideoque cap. 1. prophetare famem, quę illo tempore tàm Samariam, quàm Iudęam afflixit, vt 4. Reg. 6. 25. -

ויהי רעב גדול בשמרון והנה צרים עליה עד היות ראש חמור בשמנים כסף ורבע הקב חריונים בחמשת כסף :

Et fuit fames magna in Someron, & ecce ...

ויכתב יהושע את הדברים האלה בספר תורה אלהים :

Et scripsit Iehosciùa verba ista in libro legis Dei. Et ex eodem capite dicunt esse impossibile totum esse ab eo scriptum, quia ibi enarrantur aliqua, quæ ad eius funera pertinent, & quædam alia, quæ post eius obitum euenisse scimus. His non obstantibus, nos dicimus Iosue verè posse dici authorem huius libri, quia denominatio desumitur à potiori; neque per hoc, quod aliquis in fine libri Iosue addat octo versus, ad eius funera spectantes, sequitur quòd ipse fuerit partim author. Quis enim neget Moysen scripsisse totum Pentateuchum?, & tamen in fine Deuteronomij, seù in vltimis octo versibus describitur historia mortis, & sepulturæ Mosis, quos nonnulli asserunt additos esse, vel à Iosue successore Mosis, vel ab Ezra Propheta, qui post solutam captiuitatem Babylonicam, sexto ferè seculo ante Christi natiuitatem, Legem in pristinum statum restituit, & per hoc quis vnquam dixit Iosue vel Ezram authores fuisse Pentateuchi? Quiquid sit de his qui opinantur Moysen per specialem reuelationem sibi à Deo reuelatam hos versus de morte agentes addidisse. Argumentum verò Theodoreti dicimus cum Bellar. de script. Eccles. T. V. nihil obstare, cùm ibi agatur de ingenti illo prodigio, quo ad verbum Iosuè Sol, & Luna steterunt. Hoc enim prodigium cum alijs similibus videtur annotatum fuisse in libro illo nuncupato, *Liber Iustorum*. Attamen adhuc oritur difficultas, ex eo quia Masorethæ, (referente Buxtorfio in Tiber. c. 12.) numerando versus omnes V. T. aiunt in Iosue inueniri versus 656., cùm in multis Biblijs inueniantur versus 658.

iunt ipsi, ex his Prophetis fuisse Ioël, qui has Iudçæ clades comminatur, æquè ac Ieremias cap. 15. 4. qui ob scelera Manassis eas irrogandas disertè asserit. Horum opinio nec approbo, nec reprobo, cùm ex dictis sit valdè probabilis. Circa tempus verò, quo ipse prophetauit, nos non discedimus ab auctoritate D. Hieron. præfat. in Ioël, dicentis. *Tempora quoque quibus prophetauit, eadem debemus accipere, quæ in Osee legimus. In diebus Oziæ, Ioathan, & Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda: & in diebus Ieroboàm, filij Ioas, Regis Israël.*

Hæc Prophetia tribus contenta capitibns, in primo hortatur omnes, & potissimùm Sacerdotes ad planctum, ieiunium, & orationem, plangens & ipse vastationem terrę suę. In secundo denuntiat Iudæis crudelitatem hostium suorum,& quàm terribilis erit ipsis dies illa, quapropter ad pœnitentiam eos hortatur: & conuersis magnam pollicetur Dominus prosperitatem, seque daturum spiritum suum super omnem carnem, & magna prodigia ante diem Domini magnum, & terribilem: eritque saluus omnis, qui inuocauerit nomen Domini. In tertio minatur Dominus afflictionem magnam gentibus, quæ populum suum afflixerunt; seque omnes in valle Iosaphat iudicaturum: fons de domo Domini egredietur, & Iudæa in æternum inhabitabitur, sanguine ipsius emundato. Obitèr nota, quod caput tertium Ioël in Codicibus Hebraicis incipit ex illis verbis.

והיה אחרי כן אשפוך את רוחי על כל בשר וכו׳ :

Et erit post hæc, effundam spiritum meum super omnem carnem &c. Et in Vulgata hic

ce coarctantes super eam, donec esset caput asini in octoginta argenteis, & quartum cabi stercoris columbarum in quinque argenteis. R. Dauid, Genebrardus in Chronol., & alij censent eum prophetasse sub Manasse, ac consequentèr post excidium Samariæ, & decem tribuum, probantes hoc ex verbis D. Hieronymi præfat. in Ioelem, vbi putat ipsum solis duabus tribubus, Iudæ scilicèt, & Beniamin prophetasse. *Et sicut ibi*, inquit (hoc est, in Osee Propheta) *sub nomine Ephraim ad decem tribus confertur Vaticinium, quæ vel Samaria, vel Israël sępè memorantur: sic in hoc Propheta*, (hoc est in Ioele) *omne quod dicitur, ad Tribum Iuda, & Ierusalem pertinere credendum est: & nullam omninò Israëlis, idest decem tribuum, in hoc fieri mentionem.* Cùm autem illæ decem tribus tempore Manassis essent iam excissæ, & abductæ, & remanerent solùm Ierusalem, & Iuda, ad quas misit Dominus Prophetas, qui earum clades eius nomine intentarent ob scelera Manassis, dicente Scriptura 4. Reg. 21.

וידבר יהוה ביד עבדיו הנביאים לאמר : יען אשר עשה מנשה מלך יהודה התעבות האלה הרע מכל אשר עשו האמרי אשר לפניו ויחטא גם את יהודה בגילוליו לכן כה אמר יהוה אלהי ישראל הנני מביא רעה על ירושלם ויהודה אשר כל שמעיו תצלנה שתי אזניו :

Locutusque est Dominus in manu seruorum suorum Prophetarum, dicendo pro eo quòd fecit Menasseh Rex Iehuda abominationes istas, faciendo peius præ omnibus, quæ fecerunt Emoræi, qui fuerunt ante eum, & peccare fecit etiam Iehudà in Idolis suis: Idcircò sic dixit Dominus Deus Israël: Ecce ego inducens malũ super Ierusçialàim & Iehudà, adeò vt omnis audientis illud tinniant ambæ aures eius, Videtur ergo, a-

ſcondita à conſtitutione Mundi reuelauit:Virgo, cui Corona Virginum in Cruce pendens, Virginem commendauit. Theologus vulgò dictus, imò Theologorum vertex, ipſe Patriarcha, ipſe Propheta, ipſe Apoſtolus, ipſe Euangeliſta, ipſe Sacerdos, ipſe Pontifex, ipſe Hierarcha, ipſe Virgo, ipſe Martyr, ipſe Angelus, non natura, ſed puritate, & virtute; tandem omnium Sanctorum Titulis decoratum fuiſſe, oſtendit Cornel. à Lapide in Prolegom. in Apocalyp. Hinc commentitiam cum Eminentiſſimo Baronio an. Chr. 31. opinionem exiſtimamus eorum, qui volunt D. Ioannem fuiſſe ſponſum in nuptijs Canę Galileæ, ex eo quia D. Auguſtinus hic præfatione in Ioannem dicat: *Ioannem Dominus de fluctiuaga nuptiarum tempeſtate vocauit*. Eiuſdem opinionis fuerunt Beda, Rupertus, Lyranus, Carthuſianus hic,& S. Thomas 2. 2. q. 186. art. 4. ac Dom. Soto in 4. diſtinct. 27. q. 1. ad 4. & alij. Nobis verò ſufficiat hic referre verba non ſatis laudati Annaliū cōpilatoris, *Proditū eſt*, inquit, *à nonnullis, has fuiſſe nuptias Ioannis Euangeliſtæ, qui cùm duxiſſet Vxorem & nuptias celebraſſet, tamen viſo miraculo de aqua in vinum per Chriſtum mutata, coniugem dimiſerit, ac Chriſtum ſecutus fuerit. Sunt hæc omnia commentitia, & nuper excogitata; cùm penes antiquos Patres nulla prorſùs mentio de his habeatur. Si hæc feciſſent Veteres, quantum putas negotij feciſſet Iouinianus Hæreſiarcha Hieronymo? Si, qui tàm pertinaci animo Ioannem Apoſtolum & Euangeliſtam Virginem fuiſſe negabat; ſi hic inquam, quoquomodo vel per coniecturam ſaltèm dicere potuiſſet, nuptias factas in Cana Galileæ fuiſſe Ioannis, quis*

hic eſt verſus 28. capitis ſecundi, incipiente capite tertio Vulgatæ à verſu 6. Hebraicę, *Quia ecce in diebus illis, & in tempore illo &c.*

R. Salomon putat Ioelem filium eſſe Samuelis Prophetæ, qui vnxit Dauidem in Regem; eò quod à Ioſeph lib. 6. Antiquit. Iudaic. vocetur Ioël: *Deinde*; inquit, *ſenectute grauatus*, loquitur de Samuele, *& agere ſolemnia præpeditus, filijs ſuis populi tribuit Principatum: quorum ſenior quidem dicebatur Ioël, iunior autem Abia*. Sed iſte eſt alius Ioël, à Ioële Propheta, cuius eſt ſermo; hic enim fuit longè poſterior tempore, vt oſtendit Cornel. à Lapide Comment. in Ioël.

ו׳ תמוז קדוש יוחנן תלמיד ושליח יהוה בן זבדי ושלומית

אח יעקב הגדול כתב אגרות שלשה אבנגיליון ואפוכליפסים :

1909 S. IOANNES APOSTOLVS, & EVANGELISTA, ZEBEDEI FILIVS & SALOMES FRATER IACOBI MAIORIS, quam Salomes multi putant fuiſſe filiam S. Annæ, æquè ac fuit B. Virgo. Vndè S. Chryſoſtomus Act. 1. 5. Ioannem vocat fratrem Domini. & S. Birgitta lib. 1. Reuel. cap. 10. S. Ioannem vocat ſororium Chriſti, quod natus ſit ex Matris Chriſti ſorore, ac conſequenter B. Virginis fuerit nepos, & Chriſti conſobrinus. Idem ſentiunt Beda præfat. in S. Ioan. Hugo de S. Victore, & Gloſſa in c. 1. ad Galat. Albert. Magn. in c. 19. Ioan. Abulenſis in c. 20. & alij. Ob eius ſingularem caſtitatis prærogatiuam magis Deo dilectus, qui ſupra pectus Domini in cœna recumbens, ex eo omnem ſapientiam ſuxit, atque arcana, & ab-

um sit interfectionis occasio. Hanc Epistolam cum alijs duabus græcè fuisse scriptam consentiunt Interpretes, & inter Canonicas, recenset Concil. Trid. sess. 4. cum communi totius Ecclesiæ sensu. Circa secundam, & tertiam dubitarunt olim nonulli an scriptæ fuerint à Ioanne Apostolo, an verò ab alio Ioanne Presbytero, eò quòd initio vocat se seniorem, græcè πρεσβύτερον. Ita refert Euseb. lib. 3. histor. c. vltimo, & S. Hieron. de script. Ecclesi. in Ioanne. De fide tamen tenendum est vtramque esse canonicam scripturam, à S. Ioanne Apostolo scriptam, ex Sacrorum Conciliorum definitione, Sanctorum Patrum approbatione, & ex styli similitudine cum prima; vndè sacri Purpurei Senatus decus Cæsar Card. Baronius an. Chr. 99. c. 9. *Certè*, inquit, *si quando ex facierum similitudine filios eodem parente genitos licuit iudicare, tres illas epistolas verbis, sententijs, stylo, charactere, vnam eandemque præ se ferrentes imaginem, ab vno eodemque Auctore esse conscriptas quiuis facilè poterit intelligere*. Et indè vlteriùs pergit ad ostendendum Auctorem primæ fuisse etiam secundæ, & tertiæ. S. Ioannes verò ideò se vocat Presbyterum, hoc est seniorem, quia illo æuo Presbyter, & Episcopus pro eodem vsurpabantur, vt colligitur ex 1. ad Timoth 4. 14. *Noli negligere gratiam quæ in te est: quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuū Presbyterij*. Idemque docet Sanctus Hieron. Epist. 85. ad Euagrium; tùm quia S. Ioannes iam decrepitus, & Apostolus dignitate, & ætatis plenitudine omnium Christianorū erat senior. Quo anno præcisè scripserit incertum est. Videtur tamen eas scripsisse sub idem tempus,

quis secreta thalami scrutari valuisset, vt Ioannem adhuc post nuptias Virginem permansisse dicere potuisset? Et post pauca: *Caterùm de cælibatu Ioannis, quod nunquam contraxerit nuptias, non tantùm Hieronymus lib. 1, aduersùs Iouinianum agens, sed & Ignatius epist. ad Philad. non mediocris auctoritatis vir, grauissimus assertor est. Idipsum non tantùm de Ioanne, sed & de Iacobo quoque Epiphanius hæres. 58. testatur: quibus Augustinum tract. vlt. in Ioann. prope finem, consentire nemo sanæ mentis non viderit, dum ait, ea de causa Ioannem à Christo plùs cæteris amatum, quòd neque vxorem duxerit, & ab ineunte pueritia castissimus vixerit.* Cùm autem D. Ioannes destinasset virginitatis propositum nunquam neque per matrimonium infringere, sed in eo constantèr per omnem vitam persistere, vt docent S. Ignatius, Hieron. Augustinus, Epiph. iam memorati, sequitur præfata Augustini verba: *Ioannem Dominus de fluctiuaga nuptiarum tempestate vocauit*, non esse intelligenda, quòd cùm vxorem duxisset, eam reliquerit, sed quòd eam prorsùs non acceperit. Seù vt clariùs Cornel. à Lap. *nuptiarum* non initarum, sed ineundarum, seù quas inire potuisset, & more gentis inire debuisset, q. d. Christus Ioannem Iuuenem auocauit ad se, ne de nuptijs ineundis cogitaret.

Scripsit Epistolas tres. In prima prædicat Verbum incarnatum à se visum, auditum, & manibus contrectatū, vt cum illo, & per illud societatem habeamus cum Deo Patre. Rationem Verbi, & quòd Deus ipse sit Charitas, manifestat, & susurrones fratrum, nec Deum scire, nec pios fieri posse eò vsque dissertat, vt esse comprobet homicidas: eò quòd odi-

loquar. Parum dixi pro merito voluminis, laus omnis inferior est: in verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. *Hactenus Hieron.* Hunc librum ad septem Episcopos Ecclesiarum Asiæ videlicèt, Ephesi, Smyrnæ, Pergami, Tyatiræ, Sardis, Philadelphiæ, & Laodiceæ scribit, Græco idiomate. vt apparet ex versu 8. capitis primi, vbi dicitur Ego sum A. & Ω, non א & ת, sicuti si hebraicè scripsisset. Apocalypsin scripturam esse canonicam, nullus Catholicorum ambigit, cùm inter libros canonicos à Concilio Romano sub Damaso, ac Florent. & Trident. enumeretur. Ità patet ex Ancyrano, Carthaginensi III. & Toletano IV. Rursùm ex Innocent. I. epist. 3. ad Exuperium, Gelasio, S. Augustino de Doctrina Christiana, Cassiodoro, Isidoro, & alijs cum communi catholicæ Ecclesiæ sensu. Verùm dubitarunt olim Marcionitæ, & Alogiani, teste Epiphanio lib. 2. hæres. 51., cuius germana verba Græco idiomate conscripta, hic referam: Φάσκουσι τοίνυν οἱ Ἄλογοι· ταύτην γὰρ αὐτοῖς τίθημι τὴν ἐπωνυμίαν· ἀπὸ γὰρ τοῦ δεῦρο οὕτως κληθήσονται. καὶ οὕτως, ἀγαπητοί, ἐπιθῶμεν αὐτοῖς ὄνομα τουτέστιν ἄλογοι· εἶχον γὰρ τὴν αἵρεσιν καλουμένην ἀποβάλλουσαν Ἰωάννου τὰς βίβλους· ἐπεὶ οὖν τὸν λόγον οὐ δέχονται τὸν παρὰ Ἰωάννου κεκηρυγμένον, ἄλογοι κληθήσονται. ἀλλότριοι τοίνυν παντάπασιν ὑπάρχοντες τοῦ κηρύγματος τῆς ἀληθείας ἀρνοῦνται τὸ καθαρὸν τοῦ κηρύγματος· καὶ οὔτε τὸ τοῦ Ἰωάννου Εὐαγγέλιον δέχονται οὔτε τὴν αὐτοῦ Ἀποκάλυψιν. – *Hæc igitur Alogorum est opinio. Nam eiusmodi eis nomen imponimus, nec à nobis deinceps alitèr vocandi sunt. Et vos mecum ò carissimi, Alogos illos nominate. Quorum heresis Ioannis Libros repudiat. Quam-*

pus, quo scripsit Euangelium, ex magna earum cum Euangelio consonantia. Hinc nuper memorata Purpura, tàm illud quàm has consignat an. Christi 99. qui fuit Clementis septimus, Neruæ Imperatoris primus.

Nouissimus igitur omnium scripsit Euangelium, biennio post Apocalypsin, de qua infra, rogatus, vt tradit D. Hieronym. in Catalogo Script. Ecclesiast. ab Asiæ Episcopis aduersùs Cerinthum, aliosque Hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam natiuitatem edicere. Hinc statim noster Boanerges exordium Ebioni opponit, dicendo: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. –

IN PRINCIPIO ERAT VERBVM, ET VERBVM ERAT APVD DEVM, ET DEVS ERAT VERBVM. HOC ERAT IN PRINCIPIO APVD DEVM. –

In suo Euangelio ferè omnia prætermisit quæ ab alijs scripta fuerant: ea siquidem repetijt, quibus aliquid addendum esse existimauit. Vide Bellar. de Script. Ecclesiast. Et licèt in Græcia græcè illud scripserit, tamen quia ipse genere, & gente, ac primæuæ natiuæque linguæ amore, æquè ac elegantia erat Hebræus, hinc magìs Hebræis quàm Græcis phrasibus, & idiotismis præ alijs abundat, vt obseruat Cornel. à Lapide in eius Comment. Vndè bilingui, imò trilingui cognitione hic opus est, scilicèt Hebraica, Græca, Latina, &

Quoad Apocalypsin spectat, tot habet secreta, quot verba, vt cum D. Hieronymo epist. 103. ad Paulinum c. 7.

auctoritate D. Augustini serm. 35. de Sanctis. Obijt S. Ioannes anno à natiuitate Christi 101., ab eius passione 68., fuit Traiani Imperatoris 2., teste D. Hieronymo de Script. Eccles. in Ioanne: *Confectus senio*, ait, *sexagesimo octauo post passionem Domini anno, iuxta eandem Vrbem sepultus est*. Cùm ageret annum vitæ 106. vt vult S. Hippoli lib. de Consummatione Sæculi; vel vt alij 99., vel potiùs vt Baron. 93. Attamen non defuerunt nonnulli, qui dubitarunt verè fuisse mortuum, imò crediderunt adhuc viuere cum Elia, & Enoch in Paradiso terrestri, ac cum eis venturum in fine Mundi, vt contra Antichristum decertet. Verùm certum est ipsum esse mortuum, talem enim, tanquam in Ecclesia triumphante gloriosum, sub die 27. Decembris, Ecclesia militans annua festiuitate commendat. Et si fides præstanda est reuelationibus S. Birgittæ, quas defendit Em. Card. Turrecremata, apparens ei S. Ioannes: *Ego*, inquit, *sum ille qui scripturam auream pleniùs agnoui, & agnoscendo augmentaui. Ego fui nudatus ignominiosè, sed quia patientèr sustinui, Deus vestiuit animam meam veste immortali. Ego etiam fui intinctus oleo, ideò nunc gaudeo oleo lætitiæ sempiternæ. Ego insuper post Matrem Dei leuissima morte de Mundo transiui, quia custos Matris Dei factus fui, & corpus meum est in loco quietissimo & securissimo*. Ita refert S. Birgitta *lib. 4. Reuelat. cap. 1. & 23.*

Habuit S. Ioannes pro Auditore D. Ignatium, post Apostolum Petrum, tertium Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum, qui ex Syria Romam ductus, ibique martyrium passus est anno Traiani Imperatoris 11. Christi 108. Kalendis Februarij. Scri-

Quamobrem cùm Verbum à Ioanne prædicatum respuant, Alogi, hoc est à Verbo alieni nuncupandi sunt. Ergo illi à doctrina Veritatis funditùs abhorrentes sinceram fidem abnegant; nec Ioannis Euangelium, aut Apocalypsin approbant. Erasmus etiam, Lutherus, & Caluinus Apocalypsin à canone Sacræ Scripturæ reiecerunt. Præcipuum Caluini argumentum, quo Apocalypsin non esse paris auctoritatis cum cæteris libris probabat, est, quia c. 1. & vltimo huius libri dicitur: *Beatus qui seruat Verba prophetiæ huius*, cùm tamen nemo sciat, quid sibi velit hæc prophetia. Ad hoc respondetur, duplicem esse argumentum Apocalypseos. In primis quatuor capitibus hortatur S. Ioannes fideles suos, ac corrigit mores septé Episcoporum, & Ecclesiarum Asiæ. A capite verò quarto vsque ad finem libri, prophetat de rebus in Ecclesia futuris, maximè sub finem Mundi tempore Antichristi: hinc licèt habeat nonnulla obscurissima vaticinia, habet etiam multa præcepta vitæ clarissima, vt de constantia in persecutionibus, de hæreticis odio habendis, de Pseudo-prophetis fugiendis, & vt ait Bellar. lib. 1. de verbo Dei cap. 19. argumentum, & scopus totius libri non aliud est quàm vt nos hortetur ad perseuerantiam, & patientiam tempore persecutionum. Quæ quidem res clarissima, & apertissima est. Iacobus Genuensis Archiepiscopus, in libro annuarum festiuitatum profert librum quendam Apocryphum Ioannis Euangelistæ, de transitu, & assumptione Mariæ Virginis: ex quo etiam eiusdem solemnitatis historiam summariè collectã recitat. Quem librum suppositititium esse demonstrat Sixt. Sen. lib. 2. Bibl. Sanct.

partus, inquiens, eius celaretur diabolo, dum eum putat non de Virgine, sed de Vxore genitum. Aliæ sunt scriptæ *Ad Antiochenos, Heronem, & Mariam Cassaboliten*, quarum nec Eusebius, nec Hieronymus meminere. Huius Mariæ meminisse creditur Paulus ad Romanos cap. vltimo: *Salutate*, inquit, *Mariam, quæ multum laborauit in vobis*. Quę verò sunt dubię, duę sunt Ioanni sancto seniori Apostolo, & Euangelistæ inscriptæ, tertia ad Christiferam Mariam, cui addi solet huius ad Ignatium Responsum: huius meminere Æneas Syluius, Dionysius Carthusianus, Michaël Cornotensis, Symphorianus Camperius, & alij quos refert Halloix quęst. singulari post Apologiam pro epistolis S. Ignatij, & Mellifluus Bernardus in Psalm. 97. serm. 7. his verbis: *Magnus ille Ignatius, discipuli, quem diligebat Iesus, auditor, martyr noster, cuius pretiosis reliquijs ditata est nostra paupertas. Mariam in pluribus, quas ad eam scripsit epistolis, Christiferam consalutat. Egregius planè titulus dignitatis, & commendatio honoris immensi*. Quinimò Sixtus Sen. lib. 2. Bibl. Sanct. refert hanc Epistolam his verbis:

CHRISTIFERÆ MARIÆ SVVS IGNATIVS.

Me, Neophytum, Ioannisque tui discipulum, confortari, & consolari debueras. De Iesu enim tuo percepi innumera dictu, & stupefactus sum ex auditu. A te autem, quę semper ei fuisti familiaris, & coniuncta, & secretorum eius conscia, desidero animo fieri certior de auditis. Scripsi tibi etiam aliàs, & rogaui. Va-

Scripsit nonnullas epistolas, quas hìc breuitèr referre, occasione sui Magistri Ioannis, non incongruum esse arbitramur. Quis non videt sanctitatem, & sapientiam discipuli gloriam esse Magistri? Numerantur igitur epistolę quindecim, quarum septem certissimæ ab eo scriptæ noscuntur; quinque si non conuincentibus, probabilibus certè argumentis eundem expetunt Auctorem. Tres verò dubię. Prioris generis sunt; *Ad Ephesios*, cui meminere Eusebius, Hieronymus, Athanasius, & alij; *Ad Magnesianos*, cuius quoque meminerunt supracitati; *Ad Trallenses*, quæ inscribitur: *Ignatius, qui & Theophorus, dilectæ à Deo Patre, & Iesu Christo Ecclesiæ Sanctæ, quæ est Trallibus &c.*; *Ad Romanos*, quę est omnium nobilissima, & certissima, & reperitur in Actis à Metaphraste collectis; Ad *Philadelphios, Smyrnæos*, & *Polycarpum*, quorum meminere Eusebius, Hieronymus, & Nicephorus. Secundi generis sunt: *Ad Tarsenses*, quæ incipit: *A Syria Romam vsque cum bestijs depugno* &c. Huius epistolę meminisse traditur Anastasius Presbyter in Ecloge cap. 14. *Ignatius Theophorus ex epistola ad Tarsenses*. At testimonium ab Anastasio prolatum, ex epist. V. ad Philippenses desumptum esse, asserit Eruditissimus Emanuel à Schelstrate Par. II. Antiquit. illustr. diss. 3. cap. 4.; *Ad Philippenses*, in hac epistola, Diaboli ignorantiam, & dementiam arguit Ignatius dum dicit: *Multa te latuerunt, Maria Virginitas, & admirandus ille partus*; Idem testantur Origenes homil. 6. in Lucam, & Hieron. comment. in c. 1. Matthęi: *Martyr*, inquit, *Ignatius etiam quartam addidit causam, cur à desponsata conceptus sit, vt*

eodem modo inſcriptus, Auctore R. Iſaaco bar Samuelis, de quo Par. III. pag. 925. col. 2. num. 1023. Alios Auctores ſub nomine R. Iom Tou habes Par. III. pag. 784. & ſeqq.

א׳ תתקי״א יונה הנביא בן אמתי
שנת החבר בימי עובדיה הושע יואל ועמוס :

1911 IONA PROPHETA BEN AMITHA'I, ex Regione Hopher, ex Viculo Geth, qui temporibus Hieronymi Diocęſarea vocabatur; ſecundo à Sephorim milliario verſus Tyberiadem ſitus in tribu Aſer. *Iona* interpretatur *Columba*; hinc Hieronymus epiſt. ad Paulin. *Ionas*, inquit, *columba pulcherrima naufragio ſuo paſſionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat: & ſub nomine Niniue Gentibus ſalutem nunciat*. Hebræi (referente Guilielmo Henrico Vorſtio in obſeruat. ad Chronologiā R. Dauidis Ganz) tradunt Ionā filium fuiſſe mulieris Zarephtanæ ab Elia ſuſcitatum, matre poſteà dicente ad eum: *Nunc cognoui, quod Vir Dei es tu, & Veritas in ore tuo*: & ob hanc cauſam vocatum, filium *Amithài*, hoc eſt *Veritatis*, eò quòd verum dicente Elia Propheta, iterum in hanc lucem editus ſit. Hanc opinionē ſequuti ſunt S. Dorotheus in vita Ionæ, & S. Epiphanius in libro de vita, & morte Prophetarum. Nos tamen dicimus hoc non eſſe poſſibile, quia Iona prophetauit tempore Abdiæ, & præcedentium Prophetarum, videlicèt Oſee, Ioël, & Amos, ſub Ierobo-am, qui regnauit in Iſraël eo tempore, quo in Iuda regnabat Ozias, ſiuè Azarias, vt habetur 4. Reg. 14. 25. -

הוא השיב את גבול ישראל מלבוא חמת עד ים הערבה

כדבר

Valeas: & Neophyti, qui mecum ſunt, ex te, & per te, & in te confortentur. Amen.

Cui Epiſtolæ Mater Dei hac reſponſione ſatisfecit:

IGNATIO DILECTO DISCIPVLO, HVMILIS ANCILLA CHRISTI IESV.

De Ieſu, quæ à Ioanne audiſti, vera ſunt. Illa credas, illis inhæreas, & Chriſtianitatis votum firmitèr teneas, & mores, & vitam voto conformes. Veniam autem vnà cum Ioanne, te, & qui tecum ſunt, videre, ſta, & in fide virilitèr age, nec te commoueat perſecutionis auſteritas; ſed valeat, & exultet ſpiritus tuus in Deo ſalutari tuo. Amen.

A pleriſque tamen dubię, & incertę cenſentur, à Bellarmino, Chriſtophoro de Caſtro, & alijs, fictitiæ; & nuper à Præclariſſimo Viro Emanuele à Schelſtrate, loco iam memorato cum communi Recentiorum opinione tanquam ſuppoſititijs fertur iudicium. Alius reperitur Tractatus ſub nomine S. Ignatij planè confictus, cum hoc titulo, *Regula Chriſtiferę Mariæ Virgini à S. Ignatio conſcripta*. De quo Vide Bolland. in Vita S. Ignatij ſub die 1. Februarij.

א׳ תתקי׳ ר׳ יום טוב כתב ספר כתם פז :

1910 R. IOM TOV, ſcripſit librum ab eo nuncupatum כתם פז *Chètem paz, Aurum purgatiſſimum*. Eſt Cabaliſticus, vt notatur in fine Libri יצירה *Ietzirà* impreſſionis Mantuanæ anno 322. min. ſupput. Chr. 1562. Eſt alius Liber

Amithài. Confirmatur totum hoc à D. Hieronymo in Prolog. *Geth*, inquit, *in secundo Sephorim milliario, qua hodie appellatur Diocæsarea, euntibus Tyberiadem haud grandis est Viculus, vbi & sepulchrũ eius ostenditur, Quanquam alij iuxtà Diospolim, id est, Liddam, eum & natum, & conditum velint, non intelligentes, hoc quod additur Hopher, ad distinctionem aliarum Geth vrbium pertinere, qua iuxta Eleutheropolim, siuè Diospolim hodiè quoque monstratur.* A Deo igitur mittitur Ionas ad Niniuitas, vt eorum scelera redargueret, & imminens exitium comminaretur. Ipse fugit in Tharsis; Deus eum insequitur, ventum & procellas in mari excitat: nautæ iaciunt sortes, vt reum deprehendant; sors cecidit super Ionam, ille verò culpam fugæ agnoscens ait; *Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis.* R. Salomon inquit: illicò cùm dimiserant eum vsque ad genua eius substitit mare à fremitu suo; sed cùm reciperent eum ad se, mare procellosum fuit contra illos. Præcipitarunt eum vmbilicum tenùs, & cessauit mare à tempestate sua; sed cùm ad se eum retraherent, tedijt mare, & procellis agitatum fuit aduersus illos. Postmodum dimiserunt vsque ad ceruicem, & quieuit mare ab æstu suo, sed cùm alleuarent eum ad se, accessit mare, & concitatum fuit contra illos. Tandèm totum dederunt præcipitem, & statim mare sedatum fuit ab æstu suo. *Hucusque R. Salomon.* Quibus argumentis hoc probet, non video; Scriptura enim dicit tantummodo: *Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare, & stetit mare, à feruore suo.* Licèt ex magna Nautarum charitate ergà Ionam, hoc possit esse probabile, & cre-

כדבר יהוה אלהי ישראל אשר דבר ביד עבדו יונה בן אמתי הנביא אשר מגת החפר׃

Ipse (loquitur de Ieroboam) *restituit terminum Israël ab introitu Chamath, vsque ad Mare solitudinis, iuxta verbum Domini Dei Israël, quod locutus fuerat in manu serui sui Ionæ filij Amithai Prophetæ, qui* (est) *de Gath hachèpher:* Et hic sermonem esse de nostro Iona Propheta, testatur Ioseph lib. 9. Antiquit. Iudaic. c. 11. *Huic* (Ieroboam) *quidem Ionas prophetauit, quia oporteret eum Syros vincere dimicando, & Regnum proprium dilatare in partibus quidem Aquilonis vsque ad Hemathi Ciuitatem: à Meridie verò vsque ad Asphalitiden paludem.* Et post pauca: *Igitur Ieroboam castrametatus contra Syros, omnem eorum prouinciam, sicut Ionas prophetauerat, deuastauit.* Igitur certum est Ionam prophetasse tempore Abdiæ; cùm autem certum etiam sit Abdias non vixisse tempore Eliæ, sequitur necessariò neque Ionam vixisse tempore Eliæ, & per consequens non posse filium esse viduæ Zarephtanæ. Rursùm, si ipse ex dictis est Gethæus, non Zarephtanus quomodo est filius viduæ Zarephtanæ? Hinc notandum est duplicem extare Vrbem, quę appellatur Geth; alia enim est Philistinorum, de qua non fuit Ionas, cùm Hebræus, non Philistæus fuerit, licèt id senserint Epiphanius, Dorotheus, & Rupertus: errat etiam hic Marius de Calasio in interpretatione nominum propriorum ad verbum *Geth*, dum dicit: *Geth nomen Ciuitatis Palestinæ à Roboam constructæ, vnde Ionas Propheta.* Alia dicitur *Geth Hòpher* ad distinctionem supradictæ, & est nomen Ciuitatis in tribu Zabulon, ex cuius Regione, vt diximus in principio, fuit noster Ionas Ben

diceret, Niniuè subuertetur, nisi pœnitentiam egerit, itaque impetret à Deo hanc excidij sententiam tolli, aut suspendi, sicuti de facto per pœnitentiam suspensa fuit; cùm autem in decursu temporis ad sua scelera redierint, misso etiam ad eos Nahum, qui iterum Ciuitatis subuersionem prædiceret, illis non resipiscentibus, pœnam à Iona comminatam infligitur.

ה׳ תתקי״ב יונתן כהן הראש ואלוף היהודים. כתב אגרת אל כפרציאתם :

1912 IONATHAN SVMMVS SACERDOS, ET DVX IVDÆORVM, scripsit Epistolam ad Spartiatas pro ineundo fœdere cum Lacedæmonijs, quæ habetur 1. Machab. 12. Incipit: *Et Vidit Ionathàn quod tempus* &c.

ה׳ תתקי״ג ר׳ יוסף אלבו הספרדי כתב ספר עקרים :

1913 R. IOSEPH ALBO HISPANVS, de quo Par. III. pag. 776. col. 2. in Catalogo Rabbinorum, qui interfuerunt disputationi cũ Hieronymo à S. Fide coram Antipapa Benedicto XIII. scripsit ספר עקרים *Sèpher Ikarim*, *Librum Fundamentorum*. In eo, (ait Buxtorfius cap. 1. Synagogæ Iudaicæ), pro fide Iudæorum pugnat, disputationem contra fidem Christianorum instituit. Fidem verò Iudæorum fundamentis superstruit, præcipuè tribus. Et primò quidem super vna illa essentia vnius Dei, quo & Trinitatem, & Christi abnegat Deitatem. Secundò super lege Mosis, quæ è Cœlis à Deo ipsomet, ex ore scilicèt ipsius, delata fuerit: quo & doctrinam

dibile, quia vt obseruat D. Hieronymus, *Non dixit*, inquit, *arripuerunt*, *non ait*, *inuaserunt*; *sed tulerunt*; *quasi eum obsequio*, *& honore portantes miserunt in mare*, *non repugnantem*, *sed præbentem manus ipsorum voluntati*. Statim ac missus fuit in mare; sorbetur à ceto, in ventre ceti Deum inuocat; exauditur, liberatur, die tertio in littus euomitur. Pergit in Niniuen, ibique clamat: עוד ארבעים יום ונינוה נהפכת *Adhuc quadraginta dies*, *& Niniue subuertetur*. Cur verò versio Septuag. habeat Καὶ ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὶ καταστραφήσεται. *Et adhuc tres dies*, *& Niniue subuertetur*, quam versionem sequuntur Orig. Chrysost. & alij Græci: puto fortassè librarios scripsisse quadraginta per abbreuiationem; vndè alij describentes legerunt, scripseruntque, τρεῖς *tres*. Aut per ciphras, puta per literas, vt vult Cornel. à Lapide; scripserunt μ *mi*, quę index est quadraginta, & crosò, vel minus apparente altero eius apiculo, pro μ *mi*, legerunt γ *gamma*, quæ index est trium: præsertim, quia præcessit mentio trium dierum. *Et Niniue erat Ciuitas magna*, *itinere trium dierum*. Hebraica enim, Chaldaica, & Vulgata legunt; *Adhuc quadraginta dies &c.* Porrò Theodoretus, *Credibile est*, inquit, *etiam Septuag. concordem alijs posuisse numerum*, (quadraginta) *sed qui initio scripserunt errasse in hoc*, *ac deinceps in omnia exemplaria permanasse errorem*. Perterriti igitur Niniuitæ, resipiscunt, & in cinere, & sacco pœnitentiam agunt. Parcit illis Deus, & Ionas indignatur sua oracula non impleri, hinc cap. 4. v. 1. dicitur: *Et afflictus est Ionas afflictione magna*, *& iratus est*. Vndè Ionæ Prophetia fuit comminatoria, & conditionata, quasi

nam Christi, & nouum reijcit Testamentum. Tertiò fidem Iudaicam super æterno operum bonorum præmio, æternoque operum malorum supplicio ponit.

ט׳ תתקי״ד ר׳ יוסף אזובי ספרדי מפירפינייהנו כתב ס׳ המלואים :

1914 R. IOSEPH EZOVI HISPANVS PERPINIANENSIS, de quo egimus Par. III. pag. 795. col. 2. num. 721. scripsit, referente Buxtorf. ספר המלואים *Sèpher hammilluim*, *Librum supplementorum*.

ר׳ תתקט״ו יוסף הלורקי. ס״כ פירוש על ספר [illegible] כי זה פירוש הוא [illegible] לקח רבנו הלורקי [illegible] כ״י בבית [illegible] [illegible] :

1915 R. IOSEPH HALORKI scripsit duplicem Commentarium de Medicina in librum antiquioris cuiusdam Medici anonymi. Reperitur msc. in selectissima Bibliotheca Eminentissimi ac Eruditissimi Cardinalis Casanatę, Romę: in 4. Papyr. vbi diuerso Charactere, & atramento post primam lineam hæc annotantur verba.

ולנ״ל שהוא פי׳ הרב הריאטי ולקח רובו מהלורקי :

Et mihi videtur, quod huiusmodi Commentarius sit Ràv Doctoris Rieti (Reatini), *cuius maior pars desumpta sit ab Halòrki*. Nota quod Hieronymus à S. Fide, cuius frequentèr mentio fit Par. III. erat huius Familiæ, & ante conuersionem vocabatur *Iosuè Halòrki*.

ח׳ תתקי״ו ר׳ יוסף נחמיאש כתב אור עולם בתכונה :

1916 R. IOSEPH NACHMIAS, scripsit librum, cui titulum fuit אור עולם בתכונה *Or olàm battechunà*, *Lux Mundi in Astronomia*. Huius libri notitiam dedit mihi Petrus Riuier, qui asserit illum vidisse Patauij. De Nachmia vide Par. III. pag. 845.

ז׳ תתקי״ז רבי יוסף קמחי. כתב ספר הגלוי וספר הברית :

1917 R. IOSEPH KIMCHI praeter alia Opera relata Par. III. pag. 827. col. 1. num. 698. scripsit etiam ספר הגלוי *Sèpher haghillùi Librū reuelatum*, & ספר הברית *Sèpher habberith*, *Librum fæderis*, contra המינין *Hæreticos*, per quos Christianos intelligit; horum meminit R. David Kimchi eius filius, Comment. in Isaiam cap. 52. v. 13.

ט׳ תתקי״ח יחזקאל בן בוזי הכהן בארץ כשדים [illegible] :

1918 IECHEZCHE'L, EZEKIEL BEN BVZI, SACERDOS IN TERRA CHASDI'M, oriundus ex tribu Leui, vti testatur S. Hieronymus in c. 14. Ezechiel. v. 25. Patria ei fuit Sarara, ait Epiphan. in eius vita. Eius Pater fuit Buzi, quem Hebręi Ieremiam Prophetam fuisse fabulantur: qui dictus sit *Buzi*, id est contemptus, eo quod Iudæis esset contemptui. Nazianzenus verò Orat. 47. *Ferunt*, inquit, *Ezechielem seruum Ieremiæ prius extitisse*. Sed hoc etiā fabulosum est, cùm fuerit ex genere Sacerdotali, quod nobilissimum apud Iudęos erat. Ezechiel hebraicè idē est quod חזק אל *Chezech èl*, id est, *Robur Dei*,

omnes, tàm Gentes quàm Iudæos, ad Dei cultum, & Iesu Christi obsequium, inuitat; tandèm liberationem,& reditum è captiuitate prædicit. A Diuo Hieronymo lib. 14. Commentariorum Ezechielis ad Eustochium, in Proœm. vocatur *Scripturarum Oceanus, & Mysteriorum Dei Labyrinthus*, abstrusissimamque huius libri difficultatem, his Virgilij versibus, Cretensis Labyrinthi similitudine, expressit:

Hic labor, ille domus, & inextricabilis error,
Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille vijs habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.

Eius stylus, nec adeò disertus, nec adeò rusticus est, sed temperatus. Antiquitùs apud Hebræos, traditione cautum fuit, ne quis primum Ezechielis, & posteriora octo capita ante trigesimum annum legeret, & hoc proptèr nimiam difficultatem in illis capitibus contentam, quę Iuuenum captum superat. Occiditur Ezechiel apud Babylonem à Iudæis, & à Duce gentis suæ referente Epiphanio; eius Martyrium describitur in Romano Martyrologio quarto Idus Aprilis: *Ezechielis Prophetæ, qui à Iudice populi Israël, quod eum de cultu Idolorum argueret, apud Babyloniam interfectus, in sepulchro Sem, & Arphaxad Abrahæ progenitorum sepultus est: ad quod orationis causa multi confluere consueuerunt.* In Itinerario Beniaminis Tudilensis narrantur quædam de splendido Mausoleo Ezechielis, deque Iudæorum peregrinationibus ad illud. Ab Athanasio in Synonopsi citatur liber apocryphus sub nomine Ezechielis Prophetæ, qui vt ait Sixt. Senen. fortè alter est è duobus Vati-

ci.

Dei, quem nonnulli veterum putarunt fuisse Pythagoram, teste Clemen. lib. 1. Stromat. *Alexander*, inquit, *in libro de Symbolis Pythagoricis, refert Pythagoram fuisse discipulum Nazarethi Assyrij. Quidem eum existimant Ezechielem, sed non est, vt ostendetur posteà. Clearchus autem Peripateticus, dicit se nosse quendam Iudæum, cum quo versatus est Aristoteles.* Sed hoc falsissimum est, quia Pythagoras ex communi veterum opinione prodijt ex Samo Insula, ideoque Græcus, non Iudæus fuit. Insuper Pythagoras docuit μετεμψύχωσιν, hoc est animarum transmigrationem ex vno corpore in aliud, non tantùm hominis, sed & bestiæ, Hebræorum placitis: quæ apertè Ezechielis oraculo cap. 37. repugnant. Rursum validissima ratio ad probandum Pythagoram non fuisse Ezechielem, est quia non eodem tempore vixerunt, cùm Ezechiel quindecim Olympiadibus, hoc est sexaginta annis, præcesserit Pythagoram; Ezechiel enim floruit regnante apud Chaldæos Nabuchodonosore, apud Romanos Tarquinio Prisco, Olympiade 49. Pythagoras verò floruit euersa Chaldæorum Monarchia, regnante apud Persas Cambyse, apud Romanos Tarquinio superbo, Olympiade 64. teste Eusebio in Chronic. Cùm puer esset, captiuus in Babyloniam ducitur, cœpitque prophetare anno quinto transmigrationis Regis Ioachin, & prophetauit annis viginti, quia finijt anno eiusdem transmigrationis 25. vt patet ex c. 40. 1., eodemque anno, quo desijt Ezechiel, cœpit Daniel. Causa prophetandi fuit vt Ieremiæ prophetiam de Vrbis, & gentis excidio confirmaret. Iudæorum peccata recenset, & arguit,

in cuius aliorumque Apostolorũ locum succeſſiſſe Epiſcopos, declarat Tridentina Synodus ſeſſ. 23. c. 4. Interfuit primo Concilio Ieroſolymitano, primuſque poſt S. Petrum, vtpotè Ieroſolymæ Epiſcopus, ſententiam dixit: nimirùm Chriſtianos non obligari lege, & legalibus Moſis, Act. 15. 13. *Et poſtquam tacuerunt, reſpondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me;* vndè Iacobus non fuit in illo Primas, vt doctè oſtendit D. Emanuel à Schelſtrate Antiquit. illuſtr. Par. I I. diſſert. 1 cap. 1. artic. 1. Præfuit Eccleſię Ieroſolymitanę vſque ad annum ſexageſimum, annis omninò triginta, & tribus circitèr menſibus, & tandem è pinnaculo Templi in ſolemnitate Paſchali deiectus, à Iudæis lapidibus appetitus, quidam ex eis accepto fuſte ex officina fullonis, quo comprimebat veſtes, validè inflixit eius capiti. & ſic Iuſtus tradidit animam, anno Neronis 7. Chriſtianę ęrę 61. cui ſucceſſit Simeon frater eius; & iuxta Templum, vbi & pręcipitatus fuerat, ſepultus eſt, referente D. Hieronymo, qui falſam eſſe aſſerit opinionem eorum, qui in monte Oliueti eum putant conditum. S. Epiphan. hęreſi 78. aſſerit eius cognomen fuiſſe *Oblias*; recenſendo enim filios Ioſephiè priori coniuge habitos, mares videlicet quatuor, & fœminas duas (quam opinionem reprobauimus ſuprà in S. Iuda, Iacobi minoris fratre, & reprobat Dionyſius Petauius, qui opera D. Epiphanij latinè vertit, & animaduerſionibus illuſtrauit) inquit: Ἔσχε μὲν οὖν πρωτότοκον τὸν Ἰάκωβον τὸν ἐπικληθέντα Ὠβλίαν, ἑρμηνευόμενον τεῖχος, καὶ δίκαιον ἐπικληθέντα, Ναζωραῖον δὲ ὄντα, ὅπερ ἑρμηνεύεται ἅγιος. *Primus ex omni ſtirpe natus illi filius eſt Iacobus, cognomento*

to

ciniorum, & Oraculorum libris, quos Ioſephus in quintò capite decimi libri Antiq. refert ab Ezechiele conſcriptos. R. Chananiàh ben Chizkiàh defendit Ezechielis Prophetiam à cenſura Iudicum, ne prohibeatur, & ad eius explanationem 300. dolia olei parat pro lumine lucernæ; hanc fabulam retulimus Par. II pag. 848.

ס׳ הקדמה **יעקב עכסאי** כתב אגרת אל ר׳ שלמה ן׳ אדרת הנמצא בתלמוד לו סגמרא דפוס קראקא בסוף הקדמה של מסכת יבמות עם תשובה ר׳ שלמה ן׳ אדרת :

1919 R. IACOB ACSAI' ſcripſit Epiſtolam ad R. Salomonem Abèn Addèreth, quæ reperitur in Talmude Babylonico editionis Cracouianæ, in fine Præfationis ſuper Codicem *Ieuamòth* cum reſponſione ipſius R. Salomonis Abèn Addèreth ad eundem R. Iacobum.

ס׳ יעקב **קדוש יעקב קטן אח הקדוש יהודה** כתב אגרת אחד :

1920 S. IACOBVS cognomento Iuſtus, vel Minor; ad diſtinctionem Iacobi Maioris, qui frater etiam Domini cognominatus eſt. Vide ea quæ diximus de S. Iuda eius Fratre pag. 487. Eius mater fuit Maria Alphæi, ſiuè Cleophæ; nam Marci 15., *erant mulieres de longè aſpicientes, inter quas erat Maria Magdalene; & Maria Iacobi minoris, & Ioſephi mater; & Salome*, quæ Græcè ità efferuntur Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ μήτηρ, quaſi diceretur, *Maria qua erat Mater Iacobi cognomine Parui*. Eius Patria, referente Metaphraſte, fuit Iudęa; poſt paſſionem Domini ab Apoſtolis ordinatus eſt Ieroſolymæ Epiſcopus,

cobum primum Ierosolymę Episcopum. Quòd verò diximus suprà Iacobum fuisse ab Apostolis ordinatum Ierosolymę Episcopum, est sententia S. Anacleti Epist. 3. quæ non est ita intelligenda, ipsum fuisse primitùs ab ijs consecratum, vt obseruat Sanctus Chrysostomus homil. 87. in Ioannem, quia vt communis fert opinio, omnes Apostolos ab ipso Christo immediatè ordinatos esse Episcopos in genere totius Orbis, credendum est. Petrus verò cum cæteris Apostolis ordinauit, hoc est deputauit Iacobum Episcopum proprium primę Ecclesiæ, nempè Ierosolymæ, quidquid sit, an hoc factum sit per electionem, an per sortes; de his enim hic quæstionem texere non est mens nostra; Vide tamen si placet, inter Recentiores, Syluestrum Maurum tom. 3. De Episcopatu Apostolorum lib. 13. quæst. 275.

S. Iacobo concessum fuisse ingredi in Sancta Sanctorum tradunt nonnulli Sancti Patres inter quos Sanctus Epiphanius lib. 1. tom. 2. hæres. 29. his clarissimis verbis: Διὸ καὶ ἠφίετο αὐτῷ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσιέναι, ὡς τοῖς Ἀρχιερεῦσιν ἐκέλευσεν ὁ νόμος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. οὕτω γὰρ ἱστόρησαν πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ αὐτοῦ, Εὐσέβιός τε καὶ Κλήμης, καὶ ἄλλοι. ἀλλὰ καὶ τὸ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξῆν αὐτῷ φέρειν, καθὼς οἱ προειρημένοι ἀξιόπιστοι ἄνδρες ἐν τοῖς ὑπ' αὐτῶν ὑπομνηματισμοῖς ἐμαρτύρησαν. ἱερεὺς τοίνυν, ὡς ἔφην, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, Βασιλεύς τε ὁμοῦ κατὰ τὴν τάξιν τὴν ἄνωθεν, ἵνα μεταγάγῃ τὴν ἱερωσύνην ἅμα τῇ νομοθεσίᾳ. *Quamobrem semel ei quotannis in Sancta Sanctorum concessum est ingredi, quemadmodum summis Sacerdotibus lege esse præscriptum è Sacris literis didicimus.* *Quod*

to Oblias, (quod murum, vel castellum interpretari licet) qui & iustus appellatus est, & Nazaræus fuit, quod vocabulum Sanctum significat. Nonnulli distinguunt, ponuntque tres Iacobos. primum Zebedæi, cuius festum Græci celebrant die 30. Aprilis, Iacobum Alphæi die nono Octobris, & Iacobum fratrem Domini die 23. eiusdem mensis, qui fuerit Episcopus dumtaxat (non Apostolus) Ierosolymæ, scripseritque Epistolam canonicam. Huius opinionis fuere Clemens lib. 2. Constit. cap. 59. & lib. 6. cap. 12. Turrianus, Cyrillus Ierof. & alij. Refellunt Sanct. Hieronymus in lib. contra Heluidium, Eusebius, Clem. Alex. & alij; inter quos Cæsar Card. Baronius an. 44. *Fuit enim*, inquit, *quorundam sententia, tres fuisse Iacobos in Euangelio recensitos, Iacobum scilicèt Zebedæi, alium dictum Alphæi, tertium verò fratrē Domini, cognomento Iustum: qui hac tradiderunt, tertium quem diximus Iacobum, extra numerum duodenarium Apostolorum imprudentèr quidem nimis constituunt. Sed satis ad eius sententiæ confutationem esse videtur, si vndè est deducta repetatur origo. Ex reiectis enim illis Clementis nomine scriptis Recognitionum libris de tribus Iacobis auctoritas semel sumpta, in nonnullos est infelicitèr propagata. Putarunt aliqui eandem sententiam ex eiusdem Clementis Constitutionibus, sed apocryphis, roborari, dum hac &c.* Hinc assignat vndè hi errorem sumpsere, & ex eorum verbis, ostendit cum D. Hieronymo hunc Iacobum fuisse Apostolum, & duos tantùm Iacobos extitisse. Ex his igitur deducimus eundem omninò esse Iacobum, qui dicitur Alphæi, cuius noster est sermo, Iacobum fratrem Domini, & Ia-

Aharon fratrem tuum, & non ingrediatur in omni tempore ad Sanctitatem à domo in velum ad facies tectorij, quod (eſt) *ſupra arcam, & non moriatur, quia in nube conſpiciar ſuper propitiatorium*. Et Apoſtolus ad Hebręos 9.7. *In ſecundo autem*, inquit, (loquitur de ſecundo tabernaculo) *ſemel in anno ſolus Pontifex, non ſine ſanguine, quem offert pro ſua, & populi ignorantia*. Rurſùm conſtat Aharon primũ Pontificem fuiſſe ex Tribu Leui: eoque defuncto, non quilibet Leuita, ſed ex familia tantùm Aharonis Pontifices iure eligebantur; Iacobus verò neque fuit Pontifex, neque ex tribu Leuì, quo igitur titulo permittebatur ei ingredi in Sancta Sanctorum? Certè ſi mores, & iura ſpectemus, hoc prorſùs incredibile eſt: niſi velimus dicere hoc extraordinariè licuiſſe, exigente neceſſitate per diſpenſationem, vt legitur in *Eruuin* fol. 105. & 14. vt pro re graui, ſi V. G. fulmen incidiſſet in Sancta Sanctorum; ſi caſu Cherubim, Propitiatorium, vel Arca corruiſſet, & alia huiuſmodi. Hinc Genebrardus ad Pſal. 108. v. 8. ad *Exaudiebat eos; Hoc*, inquit, *nonnulli referunt ad Propitiatorium, in quo ſit locutus cum Moſe, & Aharone. Sed de Samuele nihil tale legitur. Quin quia Sacerdos non erat; ad illud ingredi non potuit, niſi fortaſſis per diſpenſationem, ſecundùm quam accipiendum illud Hieronymi in Catalogo, ex Hegeſippo, Iacobum fratrem Domini ſolitum ingredi Sancta Sanctorum*. Ad illud verò Leuitici 16. Exodi 30. & Apoſtoli 9. de ingreſſu ſolius Pontificis ſemel in anno, reſponderi poteſt cum D. Auguſtino Quęſt. in Exod 133., ingreſſum patuiſſe in illud Sanctũ Sanctorum, non ſoli Pontifici, ſed reliquis omnibus

Quod quidem de Iacobo plerique ante nos memoriæ prodiderunt, Vt Euſebius, Clemens, & alij. Sed & Bracteam eidem in capite geſtare licuiſſe, quos proximè nominaui, idonei Scriptores commentarijs ſuis teſtatum reliquerunt. Quo circa Sacerdos, *Vti diximus*, Ieſus Chriſtus Dominus noſter in æternum fuit, ſecundùm ordinem Melchiſedech, *idem Rex ſecundùm ſuperiorem, ac cœleſtem ordinem, vt Vnà cum lege Sacerdotium transferret*. D. Hieronymus in Catalogo Script. Eccleſ. *Huic ſoli*, inquit, *licitum erat ingredi Sancta Sanctorum; ſiquidem Veſtibus laneis non Vtebatur, ſed lineis, ſoluſque ingrediebatur Templum, & flexis genibus pro populo deprecabatur; in tantum, Vt camelorum duritiem traxiſſe genua crederentur*. Metaphraſtes in eius vita ſic loquitur: *Hic ergo magnus, & diuinus Iacobus erat Sanctus* (*Vt ſacra dicunt eloquia*) *ex Vtero matris ſuæ. Quamobrem ſtatim poſt Deum, primum Pontificem, accipit clauem Eccleſiæ Ieroſolymitanæ, & ſolus in Sancta Sanctorum perpetuò ingreditur. Non enim ſemel, ſicut ijs, qui legi, & Vmbræ cœleſtium ſeruiebant, concedebatur ingreſſus: ſed ſic ingrediebatur, Vt qui ſolus poſſet ingredi propter puritatem*. Vndè videtur opponi D. Epiphanio ſupracitato, dum ait: *Non enim ſemel* &c. Eius opinionis fuere. etiam Euſeb. lib. 2. Hiſtor. c. 22. Hegeſippus lib 5. Nicephorus, Abdias, & alij. Contrarium ego defenderem, niſi tot Patrum auctoritas, & fides me commoueret; cùm certum ſit ex Leuit. 16. 2. hoc licitum fuiſſe ſoli Pontifici:

ויאמר יהות אל משה דבר אל אהרן אחיך ואל יבא בכל עת אל הקדש מבית לפרכת אל פני הכפרת אשר על הארן ולא ימות כי בענן אראה על חכפרת :

Dixitque Dominus ad Moſen: Loquere ad

ctrinæ, nos sola fide iustificari docentis, aduersatur: imò docet Epistolā illam contrariam esse doctrinæ D. Pauli, qui idē docet Rom. 3. 28. *Arbitramur enim*, inquit, *iustificari hominem per fidem sine operibus*. Exponit autem hæc verba D. Augustinus lib. de fide, & operibus, c. 14. *Cùm ergo dicit Apostolus, arbitrari se iustificari hominem per fidem sine operibus legis non hoc agit, vt percepta ac professa fide, opera iustitiæ contēnantur, sed vt sciat se quisque per fidē posse iustificari, etiamsi legis opera non præcesserint. Sequuntur iustificatum, non præcedunt iustificandum*, Vndè patet Apostolum non excludere, sed includere opera ex fide manantia, sicut arbor non excludit, sed includit fructus ab ipsa manantes. Non desunt alia Lutheri argumenta contra hanc epistolam, quæ doctè soluit Bellar. lib. 1. de Verbo Dei cap. 18. Straminea igitur est fides Lutheri non Iacobi Epistola, qui vt stramen vrens, experitur fidem sine operibus mortuam esse, & qui tale diabolicum dogma docuit: *Pecca fortitèr, crede fortiùs & saluus eris*, dicat quam salutem, ex tot peccatis assecutus sit, vt ab exemplo Magistri diseant eius Asseclæ tàm perniciosam doctrinam respuere, & veræ fidei fundamenta amplecti. Audiant Georgium Saxoniæ Ducem, qui cùm à Luthero inuitaretur ad suam hæresim, respondit: Opera Lutheri & Lutheranorum ostendere ipsius fidem non esse à Deo, sed ex Diabolo: Opera enim quæ fides Lutheri docet, & suadet, sunt: violare vota, ieiunia, festa, profanare Templa, & Altaria, Imagines Sanctorum confringere, S. Sacramenta conculcare, blasphemare B. Virginem, omnesque Sanctos, imò Deum ipsum, quem

Sacerdotibus, in integro anno, vnico tempore excepto, quo Pontifex ingrediebatur per sanguinis aspersionem: & illum ipsum quotidiè ingressum propter incensum: at semel tantum in anno, propter expiationem, cum sanguine purificationis. Verùm non intendimus hic aliquid definire in hac materia, cùm res incerta sit: An extra tempus consuetum, quod in die Expiationum erat, Pontifici summo licuerit Sancta Sanctorum ingredi. Consule Buxtorf. in Exercit. Hist. Arcæ Fœderis cap. 5. S. Epiphanius vult S. Pontificem ter in anno ingredi Sanctū Sanctorum, quem parùm piè corrigit *Braunius* de Vestitu Sacerdot. Hebræor. lib. 2. cap. 20.

Scripsit S. Iacobus Epistolam cum hoc titulo: *Iacobus Dei, & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribus, quæ sunt in dispersione salutem*. Cur verò se nominet seruum Christi, non Apostolum, hoc cum Metaphraste, eius humilitati, ac modestiæ tribuimus, sicut B. Virgo vocauit se ancillam Dei. Cùm hæc Epistola scripta sit ad Hebræos per Orbē dispersos, & à Iacobo Hebræo, probabile dat argumentum ipsam scriptam fuisse Hebraicè. At communior opinio est ipsam fuisse scriptam Græcè, quia lingua Græca eo tempore erat vsitatior, & communis etiam Iudæis præsertim dispersis, teste D. Athanasio in Synopsi scribente, Euangelium S. Mathæi à S. Iacobo translatum esse, vtique ex Hebræo in Græcum, quasi vniuersaliùs idioma. Hæc Epistola de septem Catholicis est, licèt Lutherus à canone Sacræ Scripturæ tanquam stramineam, aridam, & Apostolo indignam resecare contendat: commendans enim opera bona, Lutheri do-

in vltima vitæ periodo necessariam esse negabat: abstinentiam ab esu carnium diebus ab Ecclesia præceptam non permittebat, aliaque plura indigna, temeraria, obscœna, castarumque aurium offensiua, scriptis, verbo, & exemplo docebat; tandem ferè omnia Hæreticorum dogmata verpes ille amplectens, ad illa instauranda, quos conatus non adiecit? Verùm Supremi Pastoris Zelus INNOCENTII XI. Pontificis Maximi felicitèr regnantis, statim ac has venenatas radices in suo Grege pullulare agnouit, ne serò medicina paretur, euellere satagens, ad suas hæreticas suspectas, erroneas, & temerarias respectiuè opiniones, num. 68. abiurare constrinxit publicè in Ecclesia S. Mariæ supra Mineruam die 3. Septembris 1687. Indulgentia interuenientibus imposita, & sicut antea ob eius scelera, tanquam membrum putridum ab Ecclesia recisum erat, sic post eorum detestationem, denuò in Christi ouile receptus, ad perpetuam, strictamque carcerem, absque remissionis spe per definitiuam sententiam damnatus fuit. Ad Epistolam D. Iacobi redeat sermo.

Nonnulli Hispani, hanc Epistolam Iacobo Zebedęi attribuunt, vt Lucius Dexter in Chronico, vbi asserit S. Iacobum prædicasse Iudæis per Hispaniam dispersis. Paritèr versio Syriaca Widmanstadij, hanc Epistolam tribuit S. Iacobo, qui cum S. Petro, & S. Ioanne interfuit Transfigurationi Christi; ille autem fuit Zebedæi, non Alphæi. Verùm S. Hieron. in Catalogo Scrip. Eccles. Euseb. lib. 2. Histor. cap. 22. S. August. in cap. 2. Epist. ad Galat. S. Ambros. lib. 7. in Lucam cap. 19. & a-

quem omnis operis mali Auctorem facit. Quando vnquam, inquit, facta sunt tot sacrilegia Sacerdotum, Religiosorum, & Virginum Deo dicatarum, quot sub tuo, ò Luthere, Euangelio? Quando crebriores in Principes extitere rebelliones? Quando tot sacrarum ædium expilationes, tot furta, & rapinæ visæ sunt? Quando tot maritis ablatæ sunt vxores alijsque traditæ? Quando tot fornicationes, adulteria, incestus &c. *Hactenùs Catholicus Saxoniæ Dux.* Et hæc est via salutis? O inauditam insaniam! At quid mirum, si ab ipsis nascentis Ecclesiæ primordijs, semper Tartara fœtū aliquem ad mergendam Petri nauem dedere, quę vtique vel falsis Hæreticorum dogmatibus, vel scandalosis opinionibus mergitur, sed non submergitur. Neque hoc seculum, quod aureum vocari potest, tàm ob immanem Turcarum rabiem depressam, quàm ob Catholicam fidem variis Regionibus, Regnisque propagatam, ab hoc Tartareo fœtu immune videmus; detegitur enim his diebus à S. Romana, & vniuersali Inquisitione lupus quidam rapax ouina pelle indutus, Hæreticus Dogmatista, *Michaëlis de Molinos* nomine, perditionis filius, qui Romæ degens plerasque Mundi partes, suis perniciosissimis erroribus, ac erroneis, nouisque opinionibus sub prætextu *Orationis Quietis* peruertere conabatur; & dum veritatis viam ostendere seductor ille præsumebat, vel potiùs tristis hypocrita simulabat, ad viam perditionis innumeras penè animas manuducebat. Hic Christianus quidem, vt ipse asserit, erat, mores tamen potiùs Iudaicæ Synagogæ, quàm Catholicæ Ecclesię conformes erant: confessionem etiam

verè esse Iacobi asserit, & probat, nec non Nouatorum Obiectiones nihil Liturgię Iacobi officere demonstrat.

Extat Proto-Euangelium titulo S. Iacobi, siuè Sermo historicus de natiuitate Deiparæ, continens historiam de natiuitate Mariæ vsque ad aduentum Magorum, in quo, vt refert Sixt. Senen. lib. 2. Bibl. Sanct. inter cæteras ambiguę fidei narrationes illud etiam adijcitur absurdissimum, nempè Iosephum, & Mariam stupri, & sacrilegij accusatos, ex decreto Sacerdotum simul fuisse adactos ad bibendum poculum redargutionis, quo Moyses explorari iussit innocentiam fœminæ de adulterio suspectæ. Hoc Proto-Euangelium nunquam fuit ab Ecclesia receptum; hinc Baron. in Apparat. Annal. Eccl. *Eiusdem*, inquit, *generis, & existimationis habentur quæ ex Pseudo-Euangelio Iacobo attributo leguntur, quæ à nostris chartis procul repellimus*. Neque hæc detrimentum esse volumus Euangelio ab ipso scripto, quod appellatur secundùm Hebræos, à D. Hieronymo ex Hebræo, Græcè, & Latinè translato, de quo sic loquitur in Catalogo Script. Eccles. *Euangelium quoque, quod appellatur secundùm Hebræos, & à me nuper in Græcum, Latinumque sermonem translatum est, quo & Origenes sepè vtitur &c.*

ר׳ יצחק בן אברהם

חזוק אמונה :

1921 R. ISAAC BEN ABRAHAMI, de quo suo loco Par. III. pag. 873. col. 1. num. 913. scripsit חזוק אמונה *Chizuk Emunàh*, *Munimen fidei*. Nuper Wagenseilius ex Cod. msc. Africano La

lij tùm veteres, tùm recentiores, hanc Epistolam tribuunt S. Iacobo Alphæi. Huius Epistolæ argumentum est animare fideles ad constantiā in persecutione; in ea docet gaudendū esse in tentatione, eò quòd illius patientia opus perfectum habeat: transit deindè ad fidem, docetque eam non admittere acceptionem personarum, & opera bona commendans, probat fidem sine operibus mortuam esse.

Fuit etiam Auctor diuinæ Liturgiæ, composuitque preces, quarum vsus fuit in Sacrificio Missę. Extat ea Missa tom. 2. Auctarij Græco Latini, cura Frontonis Ducæi anno 1624. sub hoc titulo: Ἡ θεία λειτουργία τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ Ἀδελφοθέου *Sancti Iacobi Apostoli, & fratris Domini Missa*. Extat etiam Tom. 12. pag. 241. Magnæ Bibliothecæ Parisiensis. Hanc vt veram, & germanam Iacobi scripturam agnouit, & accepit Proclus Constantinopolitanus Archiepiscopus, qui in Synodo Ephesina aduersus Nestorium fortitèr dimicauit. Vid. Sixt. Senen. Bibl. Sanct. Paritèr hanc esse eiusdem Iacobi, patet tùm ex sensu, & consensu Doctorum, & fidelium in Concilio Trullensi, tùm ex Cyrillo Ierosolymæ Episcopo, qui Catechesi 5. Orationes mystagogicas habet acceptas ex Missa S. Iacobi. Græci verò, hanc abbreuiatam esse à Basilio Magno, & Chrysostomo tradunt: alij à posterioribus credunt ità locupletatam vt non sit facilè dijudicare, quæ pars eius Liturgiæ Sanctum Iacobum habuerit Auctorem, inter hos Bellarminus. Verùm noster Eminentissimus Cardinalis Bona, cui auctoritati maximè adhęreo lib. 1. c. 8. Rerum Liturgicarum, hanc

fit librum, quem vocauit *Drufcim*, *Conciones*, cuius primus Tractatus, qui eſt veluti Introductio Metaphyſica ad Cabalam, reperitur verſione latina in libro cuius Tit. *Kabbalà denudata* excuſ. Sulzbaci an. 1677. in Par. II. Apparatus in Librum Zòhar pag. 28. Habet capita 5. In I. duę proponuntur Quęſtiones, nimirùm quam ob cauſam creati ſint Mundi, & quare fuerint neceſſarij? & quid ante fuerit; & quid poſteà facturum ſit, de qua quæſtione agitur in Miſcnà Tract. Chaghigà cap. 2. In II. diſputat circà infinitum ipſum, quomodo nimirùm ſe habeat, & circa initiũ emanationis Mundorum ab ipſo effluentium. In III. agit de vtraque Diuinitatis notione. In IV. de decem numerationibus. In V. & vltimo capite, quomodo Perſona Adami conſtet 248. membris per decem partes principales diſtributis. Deindè poſt epiſtolam ad Compilatorem, adſunt Quæſtiones, & Conſiderationes paucæ breueſque in Tractatum primi eiuſdem Libri *Drufcim*, & amica Reſponſio ad ipſas facta ad D. Henricum Morum. De eo egimus etiam Par. III. pag. 913. col. 1. num. 972.

ס' מקבל ירמיהו בן חלקיהו

מן הכהנים אשר בענתות בארץ בנימין : נבא וחיה בימי יאשיהו בן אמון מלך יהודה בימי יהויקים בן יאשיהו מלך יהודה ובימי צדקיהו בן יאשיהו מלך יהודה :

1924 IRMEIAHV IEREMIA BEN CHILCHIAV de Sacerdotibus, qui fuerunt in Hanathòth in terra Biniamin. Cùm eſſet adhuc puer, annorum circitèr 14. cœpit prophetare & vaticinia ſua ſcribere, an. videlicèr 13. Regis Ioſiæ. Vndè vixit ſub Regibus Ioſia, Ioakim

Latinum fecit, & libro ſuo, cuius Tit. *Tela ignea Satanæ*, inter reliqua Opuſcula inſeruit, ſed ſine confutatione, aut vllis notis, quarum maximè indigere videtur, cum fucatis argumentis ex Veteri, & Nouo Teſtamento petitis, impetat Chriſtianos, & ſtylo plano, & facili contra eoſdem, vt præſenti æuo inter antagoniſtas fieri ſolet, acerrimè pugnet. Vndè apparet, hunc Auctorem eſſe ex recentioribus. Quod quidem patentèr dignoſcitur ex reſponſionibus ad obiecta Chriſtianorum, vbi מרטין לוטר *Martinum Lutherum* nominat. De hoc eodem Libro חזוק אמונה idem Wagenſeilius in ſua Præfatione ad eundem hanc nobis notitiam affert, videlicèt: Iudæos Luſitanos, eum in linguam Hiſpanicam conuerſum clàm tenere, vnà cum obſeruationibus quibuſdam, quas *R. Gabriel Ben Abaròn* adieciſſe dicitur. Hanc tranſlationem non vidit Wagenſeilius, ſed illius notitiam habuit ex Libro, quem aduerlùs Iudæos Germanicè conſcripſit Io: Mullerus, cuius tranſlationis paſſim, & vbique non tantùm meminit, ſed & ferè totam confutauit. Ita Wagenſeilius Hebraicarum, & antiquarum rerum diligens indagator, & interpres loco cit.

ס' מקנב רבי יצחק ישראלי כתב ספר הקדחים ;

1922 R. ISAAC ISRAELITA, ſcripſit *de Febribus* Librum vnum. Excuſ. Venetijs 1576. in fol.

ס' מקנב ר' יצחק לוריא כתב ספר דרושים :

1923 R. ISAAC LVRIA ſcrip-

dio iam peracto, & præterito. Eius stylus est simplex, vulgaris, & incultus: *quantùm in verbis*, ait D. Hieron. in procemio in lib. 6. Commentar. in Ieremiam *simplex videtur & facilis, tantùm in Maiestate sensuum profundissimus est*. Hic in suæ Prophetiæ dispositione non seruat ordinem, nec rationem temporis, vndè priores sepè postponit, & hæc est causa, cur Septuag. commutarint ordinem Capitum, qui est in Hebræo, & Latino, vt caput 29. nostrum, est 36. apud Septuag. cap. 30. nostrum, est 37. & cap. 48. nostrum, est 31. apud eos.

Præter librum Prophetiarum, & Lamentationum, asserunt nonnulli, inter quos Procop. Gazensis, Isidorus, & Moses Kimchì, ipsum ex publicis Chronicis collegisse Librum tertium, & quartum Regum; quia postremum caput libri Regum cum vltimo capite libri Ieremiæ stylo, & verbis conuenit. Non desunt tamen alij, qui putant Scriptores horum librorum fuisse multos, quos refert Leusden in Philologo Hebrço diss. 5.

Scripsit etiam Lamentationem, vel lugubre carmen in funere Iosiæ Regis Iuda, qui dimicans aduersùs Necaum Regem Ægypti sagitta vulneratus interijt. Hieronymus verò, & quidam ex Iudæis, referente Sixt. Senen. lib. 2. Bibl. Sanct. arbitrantur hanc Lamentationem esse postremam partem Libri Threnorum, sub quarto, & vltimo Alphabeto comprehensam, existimantes de morte Iosiæ intelligendum esse quod ibi scriptum est: *Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus, in vmbra tua viuemus in Gentibus*. Quod tamen secundum Sixtum, magis conuenire videtur Sedechiæ Regi, quem Chal-kim & Zedekia; licèt D. August. lib. 2. de Christ. doct. 28. existimet hunc Prophetam vixisse tempore Platonis, narrat enim Platonem in Ægypto audiuisse Ieremiam docentem. Attamen hunc errorem postmodum correxit lib. 2. Retract. cap. 4. & lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 11., scribens: *Platonem annis post Ieremiam centum esse natum*. Quamuis accuratior calculus, secundùm Vorstium in obseruat. ad Chronologiam R. Dauid Ganz, sit, si dicamus inter Ieremiæ, & Platonis natalem circitèr ducentos annos intercessisse. In vtero matris suæ sanctificatus, & consecratus fuit Propheta, vt apparet ex primo cap. v. 5. *Priusquam te formarem in vtero noui te: & antequā exires de vulua sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te*. Hinc tota vita mansit virgo, teste Isidoro de vita, & morte Prophetarum cap. 38., S. Ignatio Epist. ad Philadel. & D. Hieronymo prolog. in Ieremiam, qui de eius virginitate, sic effatur: *Virginitate sua Euangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicans*. Nec mirum si per totam vitam omnis criminis expers fuit.

Scripsit suam Prophetiam, in qua cùm Nabuchodonosoris aduentum, Iudæisque rebellibus minaretur excidium Vrbis, Rex Ioakìm Librum igni tradidit, iubens Ieremiam, & Baruch comprehendi, & in carcerem detrudi, vbi denuò per manus Baruch librum rescripsit, in quo acriùs Ioakim ac semen eius vnà cum Ierusalem prædicit perdendos: Quocirca falluntur Iudæi, qui putant hunc librum combustum à Ioakim, fuisse librum Threnorum; nàm liber ille erat minarum de futuro excidio: hi verò Threni sunt Lamentationes de exci-

teneantur;Nos verò dicimus nullũ mysterium in his Alphabeti literis contineri,nisi literarũ Hebraicarũ etyma velimus interpretari, vti facit S. Hieron. epist. 115. ad Paulam Vrbicam. Et vtique si aliquod mysterium in illis lateret, reperirentur hæ literæ talitèr dispositæ etiam in Hebraica versione, & sic ante איכה *Echà* quę vox significat *Quomodo* reperiri deberet א *Aleph*. Ante secundum versum, qui incipit בכו *Bachò*, *Plorando*, reperiri deberet ב *Beth*, & sic de singulis, quę literę, vt apparet non reperiuntur. Et quia Hebræi in suis carminibus attendunt potiùs certum numerum syllabarum, quàm pedum; hinc aliquando initio carminis literas Hebraicas ordine Alphabeti pertexunt, quod idem facit Dauid Psal. 122. in quo initium cuiuscumque medietatis versus incipit ab vna ex literis Alphabeti Hebraici, ordine seruato. Vt autem hoc ipsum in Gręca, & Latina versione significetur, hac de causa hæ literæ, *Aleph*, *Beth*, *Ghimel*, &c. singulis versibus integræ ad marginem adscribuntur, quod non fit in textu Hebræo, cùm vt obseruat Lyranus, translator non potuit in Latino seruare ordinem literarum Latinarum in principijs versuum, quia prima dictio in Heb. pro qua transfertur *Quomodo*, incipit per *Aleph A*, & *Quomodo* incipit per *Q*, & ideò singulis versibus præposuit separatim literas Hebraicas per ordinem, non ad designandum aliquid, nisi quod per tales literas incipiunt versus in Hebræo.

Ex Cap. 51. suæ Prophetiæ colligitur alium librum scripsisse de Babylonis deuastatione, dum dicitur:

ויכתב ירמיהו את כל הרעה אשר תבוא אל בבל אל ספר אחד את כל הדברים האלה הכתבים אל בבל:

Chaldæi catenis vinctum, & exoculatum in Babylonem duxerunt, statim post Vrbis Sanctæ deuastationem; vndè ipse non credit hanc Lamentationem dictam esse de Iosia. Nos verò dicimus potiùs fauendum esse auctoritati, ac doctrinæ D. Hieronymi, quàm opinioni non probatæ Sixti Senensis. Et licèt Iosephus lib. 10. cap. 6. Antiquit. Iudaic. testetur hoc Epicedion Ieremiæ, suis temporibus extitisse, dum ait: *Sed & Ieremias Propheta pro morte eius carmen lamentabili modulatione composuit, quod hactenùs noscitur permanere*. Non per hoc affirmat hanc Lamentationem esse quid diuersum, & distinctum à postrema parte libri Threnorum, quia etiam hæc suo tempore extabat. Quo ad Lamentationes obseruandum est, præfatiunculam illam, quæ reperitur in Vulgata, non extare in Hebraica, cùm hæc absolutè incipiat ab hac voce איכה *Echà*; *Quomodo*, hoc ordine, vt primus versus incipiat ab *Aleph*, secundus à *Beth*, tertius à *Ghimel*, & sic consequentèr, seruata literarum Alphabeti serie. Hinc aliqui, vt Rupertus, Hugo, & D. Thomas putarunt, in hisce literis Alphabeti, aliquid mysterij, quod nos lateat contineri, & Sanchez censet has literas additas esse quasi notas, quæ Hebræis in memoriam reuocarent, non tantùm singulorum versuum initium, sed & totam numerosam eorum compositionem: similis explicatio reperitur etiam in declarationibus Officij Hebdomadę Sanctę per Magistrum Hieronymum Ioanninum; quomodo verò hoc probent non apparet. Alij dicunt illas Alphabeti literas tantummodo positas esse in illis carminibus vt faciliùs discantur, & memoria

ויאמר

videntes simulachra aurea, & argentea, & ornamenta eorum. Cornel. à Lap. in Ierem. asserit vidisse in Bibliotheca Vaticana, Paralipomena Ieremiæ Græco sermone, in quibus erant literæ Baruch, & Abdemelech Ethyopis ad Ieremiam, & vicissim Ieremiæ ad istas responsoriæ. Verùm, inquit, cùm harum Veteres non meminerint, nec codex Vaticanus Epiphanium, Dorotheum, aut aliquem veterum citet, qui hæc Parilipomena posteritati consignarit, aut probarit: hinc ea ommittere malui, quàm incerta cum certis commiscere. Addunt alij, referente eodem, Psal. 64. *Te decet Hymnus*. Et Psal. 136. *Super flumina Babylonis*, à Ieremia esse conscriptos. Fertur etiam aliud Volumen, (cuius mentio fit à Sixt. Sen. lib. 2. Bibl. S.,) sub nomine Ieremiæ prorsùs apocryphum; Ex quo Origenes à Matthæo sumptum existimat Vaticinium illud: *Appenderunt mercedem meam triginta argenteis*. Hoc olim visos fuisse Nazaræos, Hieronym. in cap. Matthæi 27. refert. Tandèm S. Propheta post dirissima à rebellibus Iudæis passus, apud Taphnas Ægypti lapidibus obrutus, vitam cum morte commutauit. Cuius festum celebratur Kalendis Maij, & in omnibus Martyrologijs de eo fit mentio. In Vsuardo habetur hoc elogium: *Kalendis Maij. In Aegypto Ieremiæ Prophetæ, qui à populo lapidibus obrutus apud Taphnas occubuit*. In hodierno Martyrologio Romano additur: *Ibique sepultus est, ad cuius sepulchrum fideles (vt refert S. Epiphanius) supplicare consueuerunt, indeque sumpto puluere, aspidum morsibus medentur*. Colitur quoque prima die non impedita in Ecclesia Patriarchali, & Diœcesi Vene-

tia.

ויאמר ירמיהו אל שריה כבאך בבל וראית וקראת את כל הדברים האלה : ואמרת יהוה אתה דברת אל המקום הזה להכריתו לבלתי היות בו יושב למאדם ועד בהמה כי שממות עולם תהיה : והיה ככלתך לקרא את הספר הזה תקשר עליו אבן והשלכתו אל תוך פרת : ואמרת ככה תשקע בבל ולא תקום מפני הרעה אשר אנכי מביא עליה ויעפו עד הנה דברי ירמיהו :

Et scripsit Irmeiahu omne malum, quod venturum erat ad Babel in libro vno: omnia verba hæc scripta ad Babel. Et dixit Irmeiahu ad Seraiah: cùm veneris in Babel, & videbis, & leges omnia verba hæc. Et dices, Domine tu locutus es ad locum istum ad succidendum eum, vt non sit habitator in eo ab homine, & vsque ad animal, quia (in) solitudines perpetuas erit. Et erit, cùm compleueris legere Librum hunc: ligabis super eum lapidem, & proijcies eum in medium Perath. Et dices sic, submergetur Babel, & non consurget à faciebus mali, quod ego adduco super eam, & lassabuntur. Hucusque verba Irmeiahu.

In Prophetia Baruch reperitur Exemplar Epistolæ, quam misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam à Rege Babyloniorum, & est cap. 6. & vltimum Prophetiæ Baruch, in quo Ieremias hortatur Iudæos apud Babylonios captiuos, vt sibi caueant ab illorum Idololatria, ostendens à plurimis effectibus imbecillia esse Idola, penitusque sensu carentia ac vanissima. Huius scripturæ fit mentio in 2. Machabæorum cap. 2. his verbis. *Inuenitur autem in descriptionibus Ieremiæ Prophetæ, quòd iussit eos ignem accipere qui transmigrabant. Et dedit illis legem ne obliuiscerentur præcepta Domini, & non exerrarent mentibus*

mech in fine, & hic initio per א *Aleph*, & in fine per צ *Tzade*. Hic Amotz ab Hebræis creditur fuisse frater Amasię Regis Iuda, qui fuit frater Ozię Regis, sub quo cępit prophetare Isaias. Hoc nomen ישעיהו *Iesahiau* cōponitur ex ישע & יה Hoc est *Salus Dei*. Alij verò inter Latinos *Esaiam*, alij *Iesaiam*, & alij *Isaiam* nominant. Fuit coniugatus, habuitque filium nomine *Iasub*, vt patet cap. 7. 3.

ויאמר יהוה אל ישעיהו צא נא לקראת אחז אתה ושאר ישוב בנך אל קצה תעלת הברכה העליונה אל מסלת שדה כובס :

Et dixit Dominus ad Iesahiahu; Egredere nunc in occursum Achaz tu, & Sear Iasub filius ad extremum aquaductus piscinæ superioris in strata via agri fullonis. A Seraphim calculo ignito consecratus est Propheta, factusque quasi Seraphinus, & ordinis Seraphici, vt ipse testatur cap. 6. v. 6. & 7.

ויעף אלי אחד מן השרפים ובידו רצפה במלקחים לקח מעל המזבח : ויגע על פי ויאמר הנה נגע זה על שפתיך וסר עונך וחטאתך תכפר :

Et volauit ad me Vnus de Seraphim, & in manu eius carbo (quem) *de forcipibus tulerat desuper altari. Et tangere fecit super os meum, & dixit: Ecce tetigit hic super labia tua, & recedet iniquitas tua, & peccatum tuum expiabitur*. Cæteros Prophetas, tùm elegantia sermonis, excellentia, & dignitate superat, quem hoc elogio describit D. Hieronymus; *Quicquid*, inquit, *de Physicis, Ethicis, Logicis, & quicquid Sanctarum Scripturarum mysterijs potest humana lingua, & mortalium sensus accipere, complexus est summa præ cæteris Prophetis venustate sermonis, & vrbanæ dictionis elegantia*. Ibi peccata populi exaggerat, & coarguit: item superbiam & curiosam lasciuiā filiarum Sion tiarum. Hinc (referente Bollando) aliquæ reliquiæ Pragam allatæ notantur in Diario Metropolitanę Ecclesię, tanquam repositæ intra crystallum eiusdem theculæ argenteæ inauratæ, in qua continentur reliquię S. Iacobi. Quapropter audiendi non sunt Victorinus, & alij vetustissimi, qui putant Ieremiam adhuc viuere, & cum Elia & Enoch venturum contra Antichristum, vt Gentibus prædicet, quorum sententiæ meminit S. Hilarius can. 20. in Matth. De Ieremia obscœna fabulantur Iudæi, præcipuè quòd ipse sine concubitu genuerit Ben Sirà, ex eo quia effundens otiosè semen in lauacrum, gutta illius reseruata fuerit, donec veniret illius filia in lauacrum, & ingressa sit in vterum eius. Mense autem septimo, aiunt peperisse filium cum dentibus, & loquela. Vide Par. I. pag. 685. vbi hanc fabulam reprobauimus. De Ieremia etiam facta fuit mentio Par. II. pag. 829. Par. III. pag. 558. & in hac Par. IV. pag. 156.

ישעיהו בן אמוץ ירושלמי משבט יהודה

ש׳ תתקכ״ה — נבא בימי עזיהו יותם אחז יחזקיהו מלכי יהודה :

1925 IESAHIAHV, ISAIAS BEN AMOTZ HIEROSOLYMITANVS DE TRIBV IVDA prophetauit in diebus Huzziahu, Iotham, Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda. Sanctus Epiphanius in vita Amotz. Clemens Alex. lib. 1. Strom. & Cedrenus in Comp. histor. putarunt fuisse filium Amotz Prophetæ, cùm reuera non sit; nam Amotz Propheta fuit armentarius, & rusticus, & hic è Regio sanguine ortus. Illę scribitur per ע *Aain* initio, & ס *Sa-*

verbum legitur. -

א״מ רבה מנשה הרג ישעיהו וכידן דייניה יקטליה א״ל משה רבך אמ׳ כי לא יראני האדם וחי ואתה אמרתה ראיתי את יהוה משה רבך אמ׳ כי מי גוי גדול אשר לו אלהים קרובים אליו כיהוה אלהינו בכל קראינו אליו ואתה אמרת דרשו יהוה בהמצאו קראוהו בהיותו קרוב משה רבך אמ׳ את מספר ימיך אמלא ואת אמרתה והוספתי על ימיך חמש עשרה שנה אמ׳ ישעיהו ידענא ביה דלא מקבל מאי איםר ליה אמר השם איבלע בארזא איתיו לארזא ונסרו כי מטא לחדי פומא נח נפשיה משום שאמ׳ בתוך עם טמא שפתים אנכי ישב מכל מקום קשו קראי אחרדי ראיתי את יהוה תנאי הידה דתנא כל הנביאים כולן נסתכלו באיספקלריא שאינה מאירה ומשה רבינו נסתכל באיספקלריא המאירה דרשו יהוה בהמצאו הא ביחיד הא בצבור ויחיד אימת אלו עשרה ימים שבין ראש השנה ליום הכפורים את מספר ימיך אמלא אלו שני דורות זכה משלימין לו לא זכה פוחתין לו דברי ר׳ עקיבא וחכמים זכה מוסיפין לו אין זכה פוחתין לו :

Dixit Rabbà: Manasses occidit Isaiam, & iudicans iudicauit illum, & interfecit illum. Dixit ei, Moyses magister tuus dixit Exod. 33. *v.* 20. Non videbit me homo, & viuet: *Tu verò dixisti cap.* 6. *v.* 1. Vidi Dominum. *Moyses Magister tuus dixit Deuter.* 4. v. 7. Nam quę gens est magna, cui ei sunt Dij propinqui ad eam sicut Dominus Deus noster in omni inuocatione nostra ad illum: *Tu verò dixisti c.* 55. *v.* 6. Quærite Dominum dum inuenitur, vocate illum dum propè est. *Moyses Magister tuus dixit Exod.* 23. *v.* 26. Numerum dierum tuorum implebo. *Tu verò dixisti* 4. *Reg. cap.* 20. *v.* 6. Et addam super dies tuos quindecim annos. *Dixit Isaias, scio de hoc quod non recepturus est quod ei dicam; dixit itaque nomen: deglutitus est in cedro. Adduxerunt cedrum, & serrauerunt illam: quando serra peruenit ad os eius*

Sion in ignominiam vertendam prędicit: natiuitatem Christi annunciat, ipsiusque Imperium multiplicandum: liberationem item Iudę à Regibus Israël, & Syrię: deindè prædicit excidium Babylonis, Philistinorum, Moab, Damasci, Æthiopiæ, Ægypti, Idumęæ, Arabiæ, Iudeæ, & Tyri per Nabuchodonosor: item prędicit excidium Orbis ob impietatem hominum, in fine Mundi; gehennam reproborum, gloriam paucorum saluandorum, & vindictam, & excidium Regni Leuiathan, hoc est Diaboli, aliaque quam plurima prædicit, vt legenti patet. Cùm autem Isaias liberè Manassem Regem, Principes, & populum increpasset, & præsertim eos vocasset Principes Sodomorum, & populum Gomorrhæ, & dixisset se vidisse Deum sedentem super solium excelsum, dicente Domino Mosi Exodi 33. 20. *Non poteris videre faciem meam: non videbit me homo, & viuet*; impegerunt illi crimen blasphemiæ, & mortis reum fecerunt: sed quo mortis genere ferè incertum est, quamuis receptissima opinio sit, eum iussu impij Regis Manassis, duabus ligneis tabulis alligatum, serrà in duas partes dissectum fuisse; & ad hoc supplicium applicatur illud Pauli ad Hebræos 11. v. 37. *Dissecti sunt*, Fauet Martyrolog. Rom. 6. Iulij. *In Iudæa Sancti Isaiæ Prophetæ, qui sub Manasse Rege sectus in duas partes occubuit.* Iudæi verò more suo fabulantes dicunt ipsum inuocasse nomen Dei, & statim deglutitum fuisse quadam cedro, & cùm adduxissent cedrum, serrauerunt eam, & hæc fabula Talmudica lib. *Ieuamòth*, hoc est *Fratriarum*, in cap. quod incipit החולץ *Hacholètz*, id est, *Discalcians*, ità ad

prodijt liber, siuè Visio Isaiæ, hoc titulo: *Visio admirabilis Isaiæ Prophetæ in raptu mentis, quæ diuinæ Trinitatis arcana, & lapsi generis humani redemptionem continet*.

Hæretici sub nomine Isaiæ, commenti sunt librum, inscriptum ἀνάβασις, hoc est *Ascensio*, quo vtuntur Archontici, cuius meminit Hieronymus, & Epiphanius. Origenes in Matthæi 13. citat Isaiæ Apocryphū. Non defuerunt etiam nonnulli Iudæorū, teste R. D. Kimchì, qui crediderunt Isaiam scripsisse משלי קהלת ושיר השירים *Prouerbia, Ecclesiastem, & Cantica Canticorum*. Verùm hos libros partus esse Salomonis Regis asseruimus suprà in hac IV. Par. pag. 372. cum communi Catholicorum assensu.

א׳ תתקכ״ו מיכאל אדם יהודי
הכניס מפוסיי העתיק מלשון יוני ללשון אשכנזי ששה ספרים
מלחמות היהודים יוסף עברי :

1926 MICHAEL ADAM IVDÆVS ad fidem Christi conuersus, Ciuis Tigurinus, sex Libros Iosephi de Bellis Iudaicis, capitibus 97. distinctos Germanicè vertit, sed characteribus Hebraicis; & eundem in modum Pentateuchū Mosis, & libros historiales V. T. interpretatus est. Excus. Constantiæ an. 1545. Claruit anno Domini 1550.

א׳ תתקכ״ז מיכה המרשתי נבא בימי
יותם אחז ויחזקיה מלכי יהודה :

1927 MICHAH, MICHÆAS, MORASTHITES, prophetauit in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda. Dicitur מיכה *Michàh*, hoc est *Humilis*, vel *pauper*, pauperem enim

eius, quieuit anima illius, quia dixerat c. 6. v. 16. In medio populi polluti labijs sedens ego. *Doctores tamen disputauerunt contra illud:* Vidi Dominum. *Doctor fuit docens: Omnes Prophetæ inspexerunt in speculo non claro, & Moyses Doctor noster inspexit in speculo claro*. Quærite Dominum quamdiu inuenitur. *Hoc est in vno, vel in congregatione; Et vnus quamdiu (scilicèt exauditur?) illi sunt decem dies, qui sunt inter principium anni, & diem propitiationis*. Numerum dierum tuorum implebo: *illæ sunt duæ generationes, vna iusta, & huic complentur dies; alia iniusta, & huic deficiunt dies, verba sunt R. Akibæ; Sapientes verò dicunt, si pij sunt, addunt eis; si non, deficiunt*. En igitur quomodo Iudæi semper miscent certa incertis, nec aliquid absque nugis, & fabulis dicere queunt. Et quāuis Isaias non nominauerit Manassem, sed tantùm Oziam, Ioatham, Achaz, & Ezechiam, non per hoc admittendæ sunt consequentiæ Abulensis in 4. Reg. 21. quæst. 17. ergo sub Manasse non prophetauit, ergo sub eo non est passus; infirmæ enim sunt, & nullius roboris; potuit enim occidi à Manasse, licèt sub illo non prophetarit; sed tantùm ex eo quia eum docere, & redarguere voluerit; rursum cur non nominauerit Manassem; potest etiam esse, quia tunc ipse erat puer.

Præter hunc librum Prophetiæ, ipsum scripsisse alium de gestis Regis Oziæ, deducitur ex 2. Paralip. 26. 22:

ויתר דברי עזיהו הראשנים והאחרנים כתב ישעיהו
בן אמוץ הנביא :

Et residuū Verborū Huzziiahu primorū, & nouissimorum scripsit Iesahiau filius Amotz Propheta. Venetijs, referente Sixt. Sen.

vt ait, inuisit religionis ergo. Vide Baron. tom. 5. anno 406.

ט׳ תתקכט׳ מלאכי הנביא בשבט זבולון קים ביומי לדריוס :

1928 MALACHIAS PROPHETA E' TRIBV ZABVLONIS, natus est Sophæ in terra Zabulon; vt ait S. Epiphanius in eius vita. Hinc perperam Petrus de Natal. *In Sophim, quæ Ciuitas est Iudeæ, dicta postmodum Ramatha, siuè Arimathia*. Nam hæc in Tribu Ephraim sita erat, longè à Zabulon, neque simplicitèr *Sophim* appellata, sed *Ramathaim Sophim*, siuè Ramatha in Sophim. Et cùm Malachias idem sit ac Angelus Domini, Origenes putauit eum fuisse Angelum, & corpus assumpsisse vt Israëli voluntatem Dei reuelaret. Huic errori videtur opponi D. Hieronymus Præfat. in Malachiam, dum dicit, quod si interpretanda essent nomina, & ex nominibus non spiritualis intelligentia, sed historia ordo texendus esset: ergo & Osee, qui Saluator dicitur; & Ioël, qui interpretatur *Dominus Deus*, siuè *incipiens*: & cæteri Prophetæ, non erunt homines, sed vel Angeli, vel Dominus, atque Saluator, quia hoc eorum nomina resonant. Et de facto Origenes simili argumento motus, censuit Aggæum, & Ioannem Baptistam fuisse Angelos incorporatos, eò quòd in Scriptura vocentur Angeli, vt patet Aggæi 1. 13. & Matth. 11. 10. At quis non videt Prophetas vocari Angelos, hoc est Nuntios, & Legatos Dei? sic quilibet Sacerdos à Malachia vocatur Angelus, cùm dicat cap. 2. 7.

כי .

Christum rure in Bethlehem nasciturum, prędixit, & adumbrauit. Natus est in vico Morasthi, qui est contra Orientē Eleuteropoleos, ex tribu Iuda, non Ephraim, vti censuit Epiphanius, Isidorus, & Dorotheus in Synopsi, quos sequitur Sixt. Sen. lib. 1. Bibl. Sanct. vnde cap. 1. v. 9. ait.

כי באה עד יהודה נגע עד שער עמי עד ירושלם :

Quia venit vsque ad Iudam, peruenit vsque ad portam populi mei, vsque ad Ierusalem. Hinc est diligentèr attendendum hunc Michæam alium esse à Michæa filio Iemla, qui prædixit stragem, & necem Achab, 3. Reg. 21. 14. quia ille vixit sub Achab, & Iosaphat, hic verò noster sub Ioathan, & Achaz; & per consequens hic fuit illo posterior ducentis, vel centum quinquaginta annis. Rursum ille vocatur מכיהו *Michaiehu*, & hic מיכה *Michah*, quamquam (vt hìc obseruat Bollandus) facilè euenire potest, vt vocabula alitèr vno loco, alio alitèr efferantur; vt in omni lingua suppetunt exempla, suntque hìc radicales litteræ eædem. Tandem Martyr occubuit occisus gladio, & Sanctorum catalogo adscriptus; in Martyrologio sub die 15. Ianuarij, de eo sic legimus: *In Iudæa Sanctorum Habacuc & Michææ Prophetarum, quorum corpora sub Theodosio seniore diuina reuelatione reperta sunt*. De eo agunt Sozomen. hist. lib. 7. cap. vlt. Cassiod. hist. Tripartitæ lib. 9. cap. 49. Niceph. lib. 12. c. 48. Epiph. de vita, & morte Prophet. c. 13. & 18. Isidor. de vita, & morte Sanct. cap. 17. Dorotheus in Synopsi cap. 3. & Hier. epist. 27. scribit sepulchrum quondam Michçæ Morasthi positum, mutatum fuisse in Ecclesiam, quam Sancta Paula,

sciane Telonarius , Ezra Sacerdos , & Scriba &c. Non desunt etiam validissimæ rationes, ex quibus euidentèr infertur Malachiam non fuisse Esdram. Tum quia Esdras vixit in Babylone, fuitque pincerna Artaxersis: Malachias autem vixit in Iudæa. Neque Script. Malachiam vnquam vocauit nomine Esdræ, neque Esdram nomine Malachiæ. Tùm quia Malachias, vt tradit S. Epiph., Dorotheus, & Isidorus in eius vita, fuit omnium Prophetarum iunior, & vltimus, obijtq; cùm adhuc esset iuuenis: necnon ab Hebræis vocatur חותם הנביאים *Hotham Hanneuijm* , *Sigillum Prophetarum*; vnde R. Dauid Ganz in sua Chronologia dicit Aggæum, Zachariam, & Malachiam mortuos esse anno 442. qui vocatur *tempus obsignationis visionis, vel prophetiæ;* quia isto tempore desijt prophetia in Israële. Esdras verò fuit senior Aggæo, & Zacharia, qui post reditum è captiuitate Babylonica, æquè ac Malachias, prophetarunt.

Cæterùm plerique Prophetæ idem penè argumentum tractarunt, vt de excidio Ierusalem per Chaldæos, & tamen non per hoc sunt confundendi. Exemplum habemus in Sacris Historicis N. T. Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem. *Si requiras*, ait D. Gregorius in Exposit. super Ezechielem Proph. homil. 3. lib. 1. *quid Matthæus de Incarnatione Domini sentiat, hoc nimirùm sentit quod Marcus, Lucas, & Ioannes. Si quæras quid Ioannes sentiat, hoc proculdubio, quod Lucas, Marcus, & Matthæus. Si quæras, quid Marcus, hoc quod Matthæus, Lucas, & Ioannes. Si quæras, quid Lucas, hoc quod Ioannes, Matthæus & Marcus scribit.* Et tamen quis vnquam

כי שפתי כהן ישמרו דעת ותורה יבקשו מפיהו כי מלאך יהוה צבאות הוא ׃

Nam labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est. Et quia de eodem argumento agit Esdras, hinc Sanctus Hieronymus Remig. Ruper. Ribera, & alij censent Malachiam fuisse Esdram; & hanc fuisse communem Iudæorum opinionem colligitur ex cap. 1. Meghilàt iuxta Midràsc. Confirmabant eorum sententiam etiam ex eo quia Esdras eodem tempore vixit quo Malachias, ac cap. 5. 1. meminit Aggæi, & Zachariæ, non tamen Malachiæ, & sic arguunt ipsummet fuisse Malachiam; qui ita dictus sit, cùm à Deo, quasi Angelus, ideſt Nuntius, & Propheta ad populum missus sit, vt eos induceret ad pœnitentiam, qua imminentes clades effugeret. Verùm hæc opinio refellitur ex ipsissimis Rabbinorum verbis. R. Dauid enim scribit in libro Kabalę suę ad ætatem secundā virorum ex magna Synagoga, Aggęum, Zachariā, Malachiam, & Esdram obijsse anno 448. ergo distinguit Esdram à Malachia. Sic quoque scribit Auctor libri *Iuchasin* pag. 14. Vide Chronologiam R. Dauidis Ganz. Rursum Rabbini numerantes Viros Synagogæ Magnæ, dicunt inter eos fuisse Aggæum, Zachariam, & Malachiam Prophetas, & Esdram Scribam fuisse Præsidem Concilij vniuersalis ex 120. Viris pro conficiendo Canone Sacrarum Scripturarum, vt innuimus in principio huius IV. Par. pag. 2. Idem facit Isaac Abrauan. in præfatione sua ad Nachalàt Auòth, sic enim ab eo connumerantur tales Viri: *Aggæus, Zacharias, Malachias, Zerubabel, Mardochæus Bil-*

'משיש *Mescisc* composuit quosdam versus Rhythmicos super librum חשק שלמה *Chescèk Scelomòh, Desiderium Salomonis*, reperiuntur ante Præfationem eiusdem libri impressi Venetijs an. 383. min. supput. Chr. 1623.

ס' הקק"ל ר' משה מת חבר ספר חואיל משה והוא פירוש על הפרשה ועל רש"י ונדפס בפראג שנת שנ"ז :

1930 R. MOSES METH, scripsit ס' חואיל משה *Sèpher Hoil Moscè*, Librum quem vocauit *Voluit Moses*. Tit. ex Deuter. 1. 5. Est supercommentatio Commentariorum *Rasci*. Excuss. Pragæ an. 357. min. supput. Chr. 1597. in 4. Buxtorfius in Bibl. Rabbin. alium librum cum simili inscriptione nobis exhibet, & dicit agere de præstantia Legis, eiusque perfectio, demonstrationibus speculatiuis, vt ipse asserit, astruitur, cum refutatione contrariorum argumentorum, cuius Auctorem facit R. Moses Alpeles. Vide hanc IV. Par. pag. 62. col. 1. num. 1179.

ס' הקקל"א קדוש מרתי תלמיד ושליח יהוה כתב אבנגליון בלשון עברים :

1931 S. MATTHÆVS cognomento Leui ex Publicano à Christo ad Apostolatum vocatus, non medijs miraculis, sed vnica audita Magistri voce, *Sequere me*. Scripsit Euangelium quod Ecclesia tradit & declarat fuisse à Spiritu Sancto dictatum, & verè canonicum esse, atque à pseudo-Euangelijs Hæreticorum secernit; hinc quis non videt necessariam esse Ecclesię, & Apostolorum traditionem, quam perperam negant Hæretici? Quomodo enim scimus hoc Euange-

quam dixit Matthæum esse Marcum, vel Lucam esse Ioannem? Quòd autem Esdras meminerit tantùm Aggæi, & Zachariæ, non verò Malachiæ, est quia fuit Malachia prior, cùm hic ex dictis fuit vltimus Prophetarum, nisi velimus dicere eorum tantùm meminisse Esdram, qui populum incitarunt ad restaurandum Templum. Distinguunt communitèr cæteri SS. PP. Malachiam ab Esdra, inter quos videri possunt S. Chrysost. orat. 2. contra Iudæos, & hom. 14. in Epist. ad Hebr. Theodor. Præfat. in Cantica, S. August. 18. Ciuit. cap. 36. Athan. in Synopsi, Lyran. Vatab. Arias, & alij. Scripsit igitur Malachias suam Prophetiam sub Dario Hystaspis, & fuit coętaneus cum Aggæo, & Zacharia, licèt prophetarit post eos, & per consequens sub ijsdem Regibus, secundùm regulam à D. Hieronymo traditam, videlicèt: *In quibus (Prophetis) tempus non præfertur in titulo, sub illis eos Regibus prophetasse, sub quibus, & hi qui ante eos habent titulos prophetarunt*. In sua Prophetia Deus arguit Israël ingratitudinis, quia Iacob, inquit, dilexi quasi filium, Esau autem odio habui: ideò conqueritur se ab Israële non honorari, neque timeri, & comminatur se maledicturum benedictionibus Sacerdotum, nisi resipiscant: deindè agit de Præcursore Christi, eiusque Aduentu, ac futuro Iudicio. Tandem prædicit mittendum esse Eliam antequam veniet dies Domini, qui conuertat cor Patrum ad filios.

ס' יתקכ"ט ר' משה בר יצחק משיש חבר כמה חרוזים על ספר חשק שלמה ונדפסו קודם הקדמה של אותו הספר בדפוס ויניציאה שנת שפ"ג לפ"ק :

1929 R. MOSES BAR ISAACI

iniuria deperditũ ſit. Rurſũ Io. Eckius homil. de S. Matthæo ſcribit Nicolaum V. Pontificem Maximum, quinque ducatorum millia, Euangelium Matthæi Hebraicum ad ſe afferenti promiſiſſe. S. Epiphanius hæreſ. 51. aſſerit ipſum ſcripſiſſe Euangelium Hebraicè præcipientibus Apoſtolis, ſed quo anno ferè incertum eſt, cùm ſecundùm S. Epiphanium fuit anno à natiuitate Christi 37., ſecundùm Baronium 41. ſecundùm Euſebium anno tertio Caij Caligulæ Imperatoris, hoc eſt anno à Christi aſcenſione octauo, & ſecundùm Irenæum lib. 3. cap. 1. anno vigeſimo ab aſcenſione Christi in Cœlum. Ad rationem ſuprà à Caetano, & Anabaptiſtis adductam, facilè reſpondetur illas interpretationes, à Græco interprete eſſe adiectas. Quis hoc Euangelium in Græcum tranſtulerit, iam ex D. Hieronymo non ſatis certum eſt. Nonnulli opinantur fuiſſe Barnabam Apoſtolum. Anaſtaſius Sinaita Antiochen. lib. 8. Hexameron dicit Lucam, & Paulum reddidiſſe idem Euangelium Græcè. S. Athanaſius in Synopſi Sacræ Script. *Matthæi Euangelium*, inquit, *Hebraica dialecto conſcriptum eſt à Matthæo, editum Ieroſolymis, & interpretante Iacobo fratre Domini expoſitum.* Theophylactus verò præfat. in Matth. *Ioannes*, inquit, *hoc ex Hebraica lingua in Græcam, vt ferunt, interpretatus eſt*, Sed cuiuſcumque ſit, certum eſt ex Hebræo in Græcum fuiſſe tranſlatum, & textum Latinum, qui in Vulgata editione reperitur, ex Græco, non ex Hebræo traductum eſſe, vt conferenti textum Græcum cum Latino clarè apparebit. Tandem poſt multa pro Christo tolerata S. Æthiopiæ Apoſtolus ſub Hirtaco Rege

gelium eſſe Matthæi, potiùs quàm Euangelium à Gnoſticis vitiatum, & S. Matthæo attributum, niſi ex Eccleſiæ, & Apoſtolorum traditione? *Euangelio non crederem*, inquit Auguſtinus lib. contra Epiſtolam Manichæi, quam vocant fundamenti, cap. 4. *niſi me Eccleſiæ Catholicæ commoueret Auctoritas.* Caietanus, & Anabaptiſtæ, Græcè eum ſcripſiſſe cenſent, eò quòd nomina Hebraica Græcè interpretetur, vt עמנואל *Emmanuel*, quod eſt interpretatum *Nobiſcum Deus*, Matth. 1. 23. Et אלי אלי למה שבקתני *Eli Eli lammaſabakthani*; hoc eſt, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me.* Matth. 27. 46. Verùm nos cum SS. Epiphanio, Irenæo, Hieronymo, Auguſtino, Euſebio, & communi Catholicorum ſenſu, dicimus S. Matthæum ſcripſiſſe Hebraicè, vtpotè à Iudæis rogatum, vt quod ore prædicauerat, eis ſcripto relinqueret. Audiamus D. Hieronymum in Catalogo Scriptor. Eccleſiaſt. *Matthæus qui & Leui, ex publicano Apoſtolus, primus in Iudæa propter eos, qui ex circumciſione crediderant, Euangelium Christi Hebraicis literis, verbiſque compoſuit. Quod quis poſteà in Græcum tranſtulerit, non ſatis certum eſt. Porrò ipſum Hebraicum habetur vſque hodie in Cæſarienſi Bibliotheca, quam Pamphylus martyr ſtudioſiſſimè confecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in Berrhœa Vrbe Syriæ, hoc volumine vtuntur deſcribendi facultas fuit.* Euſebius lib. 5. hiſtor. cap. 10. refert S. Bartholomæum ad Indos profecturũ, Euangelium S. Matthæi deſcriptum ſecum detuliſſe. S. Barnabas illud idem ſua manu exaratũ aſportauit in Cyprũ & diuina reuelatione ſub Zenone Imper. ad eius pectus inuentũ fuit, licèt poſtea temporũ

dicitur. Paritèr ſcripſit quædam Commentaria, in quibus diligentiſſimè ea omnia complexus eſt, quæ Iudæis ex captiuitate Chaldaica redeuntibus, contigere; præcipuè verò inuentionem ignis ſacri, quem Sacerdotes exciſa Vrbe Sancta, in profundiſſimum puteum defoderant. Horum Commentariorum meminit lib. 2. Machab. cap. 2. v. 13. his verbis: *Inferebantur autem in deſcriptionibus, & commentarijs Nehemiæ hæc eadem, & qualitèr conſtruens Bibliothecam congregauit de Regibus libros & Prophetarum, & Dauid, & Epiſtolas Regum, & de donarijs*.

ט' מעקלב **נתן הנביא** נסמך עך כתב ספרי ספרים מדברים דוד ושלמה :

1933 NATHAN PROPHETA ex tribu, & proſapia Tock. Vrbe Gabath Galilææ oriundus, de quo Epiphanius in Vitis Prophetarum, ſcripſit duos libros de rebus geſtis à Regibus Dauide, & Salomone quorum mentio fit 1. Paralip. cap. vlt. v. 29., videlicet: -

ודבר דויד המלך הראשנים והאחרנים הנם כתובים על דברי שמואל הראה ועל דברי נתן הנביא ועל דברי גד החזה :

Et res Dauid prima, & nouiſſima; ecce ipſa ſcripta ſunt in Verbis Samuelis Videntis, & in Verbis Nathan Prophetæ, & in Verbis Gad videntis. Idem legitur de geſtis Salomonis, 11. Paralip. cap. 9. v. 29. -

ושאר דברי שלמה הראשנים והאחרונים הלא הם כתובים על דברי נתן הנביא ׃

Et reſiduum verborum Salomonis primorum. & nouiſſimorum, nonne ſcripta ſuper verbis Nathan Prophetæ?

ט' מעקלב

ge, eò quòd Iphigeniam Regis filiam, quæ Virginitatem Deo vouerat, ipſi in vxorem dari nollet, Martyr Dei occubuit. Multa apocrypha refert Abdias lib. 3. Hiſtor. Apoſt., nempè S. Matthæum, ob Euangelium quod Myrmidonibus prædicabat, ab Idololatris, fuiſſe excæcatum, ſed à S. Andrea Apoſtolo, iuſſu Angeli ipſi viſum fuiſſe reſtitutum. Item S. Matthæum duos Magos Zaroen, & Arphaxad ope diuina ſuperaſſe. In ſcribendo fuiſſe Moſis imitatorē, præclari elogio deſcribit B. Petrus Damianus ſerm. de S. Matthæo, quem refert Surius in eius vita: *Sicut Moſes Prophetis, & omnibus, qui aliquid ſcripſerunt in Veteri Teſtamento non abſurdè præponitur: ita Matthæus omnes iure præcellit, qui ſcripſiſſe reperiuntur in Nouo: Vt enim ille naſcentis mundi texit originem, ſic iſte tanquā ſpiritalis cuiuſdā Mundi orientem deſcripſit Eccleſiæ nouitatem. Vndè Spiritu Sancto calamum temperante, promiſum eſt, vt Vterque non diuerſum, ſed Vnum, idemque ſuis libris præmitteret initium, dicens, Liber generationis*.

ט' מעקלב **נחמיה בן חכליה** נעי ספר שנית עזרא :

1932 NECHEMIAH, NEHEMIAS BEN CHACHALIAH vixit ſub Artaxerſe Rege Perſarum ac Medorum, cuius erat pincerna, ſcripſit librum ſecundum *Eſdræ*, quem Iſidorus lib. 6. Originum cap. 2. cenſet ab ipſo Eſdra eſſe conſcriptum. Ex textu enim Hebraico dignoſci nequit quiſnam huius libri ſit Auctor, cùm eius titulus ſit -

עזרא ספר שנית או ספר נחמיה :

Liber 11. Hezra, qui & Nechemiah di-

flagellis à peccatis suis reuocari non potuerunt, minatur eis Dominus similia his quæ priùs passi fuerant, hortando vt ad Deum conuertantur, vt ita possint euadere afflictiones suis peccatis debitas, & postquam comminatur Dominus superbis, & in delicijs agentibus exitium ac transmigrationem, deprecatur Propheta pœnas, quas videt imminere, & Dominus comminatur captiuitatem, quam Hamos sub parabola trullæ cœmentarij vaticinatur, licèt aduersante Amasia Sacerdote Bethel, qui coram Rege Israël accusat Hamos, suadens ipsi Hamos, vt eat prophetatum in terram Iuda: sed ostendit se factum à Domino Prophetam, vt super Israël prophetaret, qui & Amasiæ, & Israëli vaticinatur afflictiones; Deindè sub parabola vncini pomorum prophetat finem imminere Regni Israël propter pauperum oppressiones; tandem Dominus dicit se vastaturum impios, sic vt nulli pateat effugium, sed posteà cùm Regem de duobus vitulis aureis reprehendisset, clauo circa tempora transfixus, crudeli morte necatus est: tamen semiuiuus in terrã suã euectus, post aliquot dies dolore nimio vulneris, animam cunctantem efflauit, sepultusque est cum Patribus suis, vt tradit Isidorus de Patribus V. T. Similia etiam habent Dorotheus in Synopsi, Petrus de Natalibus lib. 4. cap. 16. Græci in Menæis ad diem 15. Iunij; at Latini eum celebrant 31. Martij, cum Martyrologio Romano, in quo talia leguntur; *Thecuè in Palestina S. Hamos Prophetæ, quem Amasias Sacerdos frequentèr plagis afflixit, & filius eius Ozias vecte per tempora transfixit: qui posteà semiuiuus in patriam deuectus, ibidem expirauit, sepul-*

Vuu   *tus*

א׳ תתקל״ד **עמוס הנביא** אשר היה בנקדים מתקוע חזה ונבא בימי עזיה מלך יהודה ובימי ירבעם בן יואש מלך ישראל׃

1934 HAMOS PROPHETA, qui fuit inter Pastores Tecoah, quod sex milliaribus distat à Bethleem, & erat Vrbs Iudææ, ex qua oriunda fuit mulier sapiens, quam Ioab misit ad Dauidem, vt Absaloni reditum ab exilio impetraret, quæ inde dicta est Thecuitis, 2. Reg. 14. 4. Vixit, & prophetauit in diebus Huzziahu Regis Iuda, & in diebus Iarobham filij Ioas Regis Israël. S. Epiphanius, & alij putarunt hunc Hamos fuisse Patrem Isaiæ, cuius differentiam assignauimus suprà in Isaia, pag. 513. Fuit igitur Hamos pastor, & imperitus sermone, sed non sapientia. Indeque à Spiritu Sancto qui humiles exaltat, cuius sapientia & sermocinatio est cum humilibus, ad Prophetiam est euectus. Secundùm D. Hieronymum interpretatur *Populus auulsus* quamuis etiam interpretari possit *portans*, vndè aliqui volunt vocatum fuisse *Hamos*, quia fuit עמוס בלשונו, *oneratus, siuè grauis lingua sua*, idest impediti sermonis: hinc vocarunt eum balbum, siuè blæsum. In eius Prophetia prædicit vltionem Domini in Damascum, Philistheos, Tyrum, Idumæam, & filios Ammon, quos super quatuor sceleribus non conuertet; minatur interitum Moab, Iudæ, & Israëli, quem effugere non poterunt, quia acceptis beneficijs, semper fuerunt ingrati, Deique Legem abiecerunt; arguit domum Israël variorum scelerum, & sub typo vaccarum pinguium in iniquos Primates Samariæ inuehitur, ipsorum subsannans idololatriam: & quia filij Israël varijs

tusque est cum Patribus suis :

ס׳ מקקל״ם פ׳ א׳ העתיק בלשון הקדש ח׳ ספרים בלשון ערבי אבו אלמשער :

1935 PELONI ALMONI vertit in Hebraicã linguam ŏcto libros *Abu Almasar*, de magnis coniunctionibus, annorum reuolutionibus, ac profectionibus, de quibus Par. I. pag. 3. col. 2. num. 8. Extant in Biblioth. Vatic.

ס׳ מקקל״ו פ׳ א׳ כתר שם טוב והוא פירוש עשרת הספירות :

1936 PELONI ALMONI כתר שם טוב *Chèter Scèm Tòu, Corona boni nominis*; Est Expositio super X. *Sephiròth* Cabalistarum. Extat msc. in Bibl. Vatic. partim pergam., & partim papyr. absque nomine Auctoris, in 4. Non desunt alij cum eadem inscriptione. Vide Par. I. pag. 51. col. 2. num. 114. & hanc Partem pag. 312. inter *Peloni Almoni*, num. 1533.

ס׳ מקקל״ו פ׳ א׳ ספר מטעמים :

1937 PELONI ALMONI ספר מטעמים *Liber de Accentibus*, Auctoris Anonymi. In eo fit mentio cuiusdam libri antiqui Grammatici, dicti הוריית הקורא *Horrijath Hakkorè, Lex Lectoris*, cuius Auctor pariter ignoratur.

ס׳ מקקל״ם פ׳ א׳ מעין החכמה שנתן מיכאל ליופיאל ויופיאל למשה ומשה לבני אדם והוא פירוש על שם המפורש :

1938 PELONI ALMONI מעיין החכמה *Maaiàn hachochmàh, Fons sapiẽtiæ.*

Est expositio Cabalistica super nomen Dei τετραγράμματον, Anonymi Auctoris, & solemni mendacio tribuitur Angelo Michaëli; quia in fronte libri legitur: Iste liber *Fons Sapientiæ*, quem Angelus מיכאל *Michaël* dedit Angelo יופיאל *Iaphieli*, & Angelus Iophiel dedit Mosi, & Moses reuelauit filijs hominum. Extat msc. in Bibl. Vatic. in 4. papyr.

ס׳ מקקל״ם פ׳ א׳ מעשה בראשית :

1939 PELONI ALMONI מעשה בראשית *Maasse Berescith, Opus in principio*. De Operibus sex dierum, Tractatus Allegoricus, cuius Auctor ignoratur. Habet cap. 15. In primo tractat de allegoria quatuor fluminum Paradisi. Secundo de Adamo, Eua, & Serpente. Tertio de Imagine, & similitudine Dei, secundùm quam fuit creatus homo. Quarto de ligno scientiæ boni, & mali. Quinto de Custodia Angelorum posita ad custodiendum lignum vitæ. Sexto de generationibus Adæ. Septimo de generationibus Noë. Octauo de virgis, quas vidit Zacharias cap. 2. v. 7. & de Pastoribus. Nono explanantur multa, quæ de primo homine dicta sunt ab antiquis Rabbinis. Decimo explicatur cap. 30. Prouerb. *Vèrba congregantis filij Vomentis*, agitur etiam de Mundi creatione modo quo supra. Vndecimo de ijs qui præcesserunt eandem creationem. Duodecimo de Firmamento Cœli. Decimo tertio de corporis magnitudine Og Regis Basan. Decimo quarto de duratione vitę priscorum hominum ante diluuium, deque vita Elię. Decimo quinto reassumitur explanatio supradicti vers. *Verba Congregãtis &c.* Prouerb. 30. Extat in Bibl. Vatic. msc.

in

in fol. Arelate sub fine anni à Mundi creatione 5055. Christi 1295.

ס׳ תתקמ״ פ׳ א׳ חסד אברהם : עיין חלק ב׳ דף תתנ׳ על׳ סימן תקסב :

1940 PELONI ALMONI חסד אברהם *Chèsed Auraham, Pietas Abrahami.* Vid. Par. II. pag. 850. col. 1. nu. 562.

ס׳ תתקמא׳ פ׳ א׳ ספר חקירה : עיין חלק ב׳ דף תתנה׳ על׳ סימן תקסח :

1941 PELONI ALMONI ס׳ חקירה *Sèpher Chikirah, Liber inuestigationis.* Vid. Par. II. pag. 855. col. 1. num. 568.

ס׳ תתקמב״ פ׳ א׳ ספר חרדים : עיין חלק ב׳ דף תתנה׳ על׳ סימן תקסט :

1942 PELONI ALMONI ספר חרדים *Sèpher Charedim, Liber Trepidantium.* Vid. Par. II. pag. 855. col. 1. num. 569.

ס׳ תתקמג״ פ׳ א׳ ספר חתן דמים : עיין חלק ב׳ דף תתנה׳ על׳ סימן תקע :

1943 PELONI ALMONI ס׳ חתן דמים *Sèpher Chathan Damim, Sponsus sanguinum.* Vid. Par. II. pag. 855. col. 1. num. 570.

ס׳ תתקמד״ פ׳ א׳ מעשה מרכבה :

1944 PELONI ALMONI מעשה מרכבה *Maassè marcheuà, Opus quadrigę.* Explicantur visiones Prophetarum Isaię, Zachariæ, & Oratio Abacuc *Domine audiui &c.* Extat in Bibl. Vatic. msc. in fol. Arelate an. 5055. Chr. 1295. Auctoris Anonymi.

ס׳ תתקמה״ פ׳ א׳ מעשיות התלמוד :

1945 PELONI ALMONI מעשיות התלמוד *Maassiòth Hatalmùd, Historia Talmudica* Anonymi. Excussę sunt vnà cum Ben Sirà, Venet. an. 304. min. supput. Chr. 1544. In 8.

ס׳ תתקמו״ פ׳ א׳ מעשה של ירושלם :

1946 PELONI ALMONI מעשה של ירושלם *Maassè scel Ieruscialaim, Historia Hierosolymorum,* Auctoris Anonymi. Ex Plantauitio.

ס׳ תתקמז״ פ׳ א׳ פירוש המרכבה של יחזקאל הנביא על דרך הקבלה :

1947 PELONI ALMONI. *Expositio Currus Ezechielis* via Cabalistica, quam numerauimus supra inter Peloni Almoni pag. 302. col. 2. n. 1461. Hic tantummodo addam eius figuram Cabalistico modo confectam, videlicet -



Diuiditur in 4. partes, Crucis figuram efformantes, ita vt quælibet earum ex 4. partibus constet. In capite legitur מזרח *Mizràch*, *Oriens*; In dextero latere מערב *Meèreu*, *Vespera*; deindè צפון *Tzaphòn Septentrio*; & in sinistro latere דרום *Daròm*, *Meridies*. In Oriente פני אדם *Penè Adam*, *Facies Hominis*, פני אריה לימין אדם *Penè Arièh limìn Adam*, *Facies Leonis ad dexteram Hominis*, פני נשר אחרי אדם *Penè Nèscer acharè Adam*, *Facies Aquilæ post Hominem* פני שור לשמאל אדם, *Penè Sciòr lismòl Adam*, *Facies Bouis ad sinistram Hominis*. In Meridie: פני אריה *Penè Arièh*, *Facies Leonis*, פני אדם לימין אריה *Penè Adam limìn Arièh*, *Facies Hominis ad dexteram Leonis* פני נשר לאחריו, *Penè Nèscer leacharàu*, *Facies Aquilæ posteritati eius*, פני שור לשמאל אריה, *Penè Sciòr lismòl Arièh*, *Facies Bouis ad sinistram Leonis*.

In

ponatur in titulo, ipsos quoque Prophetas fuisse. Vndè & Amos vnus de duodecim Prophetis, qui dixerat, non sum Propheta, nec filius Propheta, sed pastor caprarum vellicans Sycomoros, patris nomen in titulo non habet. Hoc si verum est, Sophonias gloriosa maiorum suorum stirpe generatus est. Quicquid sit de hac traditione, certum est patres, & auos Sophoniæ fuisse claros, & illustres; ex eius enim genealogia colligit Aben Ezra, vt obseruat Guilielmus Vorstius, hunc Vatem fuisse è semine Regio, cùm inter eius Maiores recenseantur quoque *Chizchiàh*, quem Rabbini censent esse Ezechiam Regem Iuda, ita vt eius abnepos fuerit Sophonias. Verùm id impugnant Ribera, à Castro, & alij, ex eo quia hoc non tacuisset Sophonias; tùm quia Scriptura 4. Reg. 20. 21. & Ioseph libro 10. Antiquit. 3. non alium Ezechiç Regis filium assignant, quàm Manassem. Tradit R. Dauid Kimchius in principio Prophetiæ Sophoniæ.

שלשה נביאים נתנבאו בימי יאשיהו ירמיהו צפניה חולדה זארז״ל כי ירמיה היה מתנבא בשוקים וצפניה בבתי כנסיות וחולדה אצל הנשים :

Tres Prophetas vaticinatos esse in diebus Iosiæ: Ieremiam, Sophoniam, Chuldam. Et dixerunt Rabbini nostri b. m. quod Ieremias prophetabat in plateis, Sophonias in Synagogis, & Chulda apud fœminas, licèt Ribera id ridiculum censeat, & rideat. Prophetauit Sophonias post vastatam Samariam, & captiuitatem decem Tribuum, & consequenter solis duabus Tribubus reliquis, puta Iudæ, & Beniamin; hinc primùm peccatoribus vniuersis, postea Iudæis comminarur, ob Idololatriam, & Dei contemptum; hortatur quoque populum, vt

In Septentrione; פני נשר *Penè Nèscer, Facies Aquilæ,* פני אדם לימין נשר *Penè Adam limìn Nèscer, Facies Hominis ad dexteram Aquilæ* פני אריה לאחריו *Penè Arièh leacharàu, Facies Leonis posteritati eius,* פני שור לשמאל *Penè Sciòr lismòl Facies Bouis ad sinistram.* In Vespera: פני שור *Penè Sciòr, Facies Bouis,* פני אדם לימין שור *Penè Adam limìn Sciòr, Facies Hominis ad dexteram Bouis.* פני נשר לאחריו *Penè Nèscer leacharàu, Facies Aquilæ posteritati ejus,* פני אריה לשמאל שור *Penè Arièh lismòl Sciòr, Facies Leonis ad sinistram Bouis.*

ה׳ תתקמ״ח **ר׳ פלקי כהן** בלמבורג ברוסיא

חבר על ארבע טורים רבינו יעקב שני ספרים גדולים וקראם חקירה ופרישה :

1948 R. PALKI COHEN Sacerdos Lamburgi Russiæ, scripsit super 4. טורים *Turim, Ordines* R. Iacobi, duo volumina, quorum nomina sunt חקירה ופרישה *Chekiràh, Vprisciàh Scrutatio, & Explanatio.*

ה׳ תתקמ״ט **צפניה בן כושי בן גדליה בן אמריה בן חזקיה**

נבא בימי יאשיהו בן אמון מלך יהודה :

1949 TZEPHANIAH, SOPHONIAS BEN CHVSI, BEN GHEDALIAH, BEN AMARIAH, BEN CHIZCHIIAH, prophetauit in diebus Iosiç filij Ammon Regis Iuda. Tzephaniah hebr. idem est quod *Arcanus Dei*, siuè *Speculator*, vel *Absconditus Dei*. Propheta Sarabathides, siuè à Sarabatha Monte; eius Pater fuit Chusi, & si fides aliqua præstanda est Hebræorū traditionibus: *Tradunt Hebræi*, ait S. Hieron. *cuiuscumque Propheta pater, aut auus*

vt ad Deum conuertatur, priusquam ira Domini ei superueniat: denuntians destructionem imminere Philisthæis, Moabitis, Ammonitis, Æthiopibus, & Assyrijs. Arguit deindè Ierusalem, & precipuè Rectores eius, quibus minatur celerem Dei vindictam, quòd neque Beneficijs, neque flagellis, sint ad ipsum conuersi; de felicitate quoque nouæ Legis, ac multiplicatione credentium: deque pœna iniquorum multa predicit. De eius morte hæc scribit S. Epiphanius in vita Sophoniæ: *Vitam morte commutauit in apocalypsi Domini: & solitarius in aruo suo funeratus est*. Eadem habet S. Dorotheus, & Isidorus in Sophonia. Eius mentio fit in Martyrologio Romano die 3. Decembris.

ה' תתקנ' ר' שלמה בן אברהם נאוורה

עיין חלק ב' דף תתכ"א : סימן תקי"א :

1950 R. SALOMON BEN ABRAHAM NAVARRA, Neophytus, nepos subsequentis R. Salomonis Ben Meir. Vide Par. II. pag. 821. nu. 511. sub nomine *Zaràch Iom Tòu*.

ה' תתקנ"א ר' שלמה מאיר בן משה נאוורה

נולד בקזאל די מונפירראטו בשנת ה' שס"ו נקרא שלמה להזכיר זכירת אבותיו ומאיר מפני שבהולד קראו פרשת משה רבינו ע"ה שאמר שבהולדו נתמלא הבית אור : חבר הרבה ספרים שלאחיו להדפיס ובהם דורש הרבה דברים נאים שהיו בספר תורה באחד יום דרוש קינות על ירמיהו שיחדים ברוח הקדש בלוקח העיר הנקרא שובע שמחות תרגם לומר הרבה מפנות ודרש אף ביאת המשיח ושייא הספר כעשו הנקרא חבורים :

וספר אחר חבר הנקרא פרקי שירה בשיני ספר יאמר כל הדברים כבריאים שיסבנו אל ה' ומה שבח אמרו לה' ובפרט שבח של כוכבים :

וספר אחר עשה ר' יוסף קארו משם אשר היהודים שבכל יום בקול יוצא מן השמים ויאמר איתו הרבה דברים באים לפני רבנים אחרים ובשמע זה הקול נשארו כלם במפח : ועוד כתב כבואת ילד אחד שנולד בגלגל ופקע נולד להכניא שמם בבואות בלשון בפרים : ועוד כתב מעשה אחד על יוסף אלבריגה שהיה מובק בקבלה וזה בסוף השבעות היה עשה שיבא משיח ובמנוף לא בא וקופר בגורת משה וניתן לאש הרלי ובדומה לו כתב ואמר בך במעשה עשיותיו :

1951 R. SALOMON MEIR BEN MOSIS NAVARRA Casalensis Vrbis Montis ferrati, nascitur anno Mundi 5366. Chr. 1606. die 24. mensis Tèueth. *Salomonis* nomine fuit insignitus ad renouandam aui memoriam, & quia natiuitatis die legebatur in Synagogis historia natiuitatis Mosis Prophetæ, in qua à Rabbinis refertur, quod tunc paterna domus tota refulsit lumine, hinc מאיר *Meir* nomen hoc est *illuminantis* iunxit. Adolescens adeò in Iudaica superstitione profecit, vt vix decimum tertium ætatis annum attingens, nonnullos sermones, Hebræorum more composuerit. Cùm esset annorũ 18. Iudith filiam Sampsonis Sacerdotis in vxorem duxit, ex qua decem filijs susceptis, post eius obitum vnica tantùm filia, Eue nomine in Ierusalem nupta, remansit. Prima vxore defuncta, aliam vulgò *Donnina* vocatam accepit; at cùm vrbs Casalensis ab Hispanis obsideretur, coactis Iudæis ad arma arripienda, & in obsessorum manibus relicta præda, non modicam, & rerum, & pecuniarum summam adeptus fuit, ex quibus non parum ditatus vnà cum secunda vxore, & Eua prioris filia in Ierusalem proficisci decreuit. In hoc itinere cùm septem, vel octo menses Venetijs commorari cogeretur, studio Cabalæ & Talmu-

creuiſſet; quinimò talem affectum, & reuerentiam in B. Caietanum concepit, vt *Caietana* nomen in Baptiſmo velle pronunciauerit,& imaginem S. Caietani ex tunc ſuper cubile perpetua obſeruatione pendentem coluerit, ac puero ſibi poſt baptiſmum nato Caietani nomen impoſuerit. Plura ſcripſit Proſper, tàm ante, quàm poſt conuerſionem, quorum notitiam ex vita apud memoratum Ioannem Paſtritium exiſtente & mihi humanitèr communicata, excepi.

1 Scripſit librum nuncupatum שובע שמחות *Souàug Semachòth*, *Saturitas lætitiarum*, vbi exponit calamitates in libro Threnorum poſitas, ſcribitque Meſſiam venturum an. 5436. hoc eſt 1676.

2 In פרקי שירה *Pirke Scirà* Commentarium, in quo recenſentur nomina omnia rerum creatarum laudantium Deum, & qua laude; præcipuè autem de Canibus.

3 Vitam ר׳יוסף קארו *R. Ioſeph Karo*, de quo fabulantur Iudæi, vocem de Cælo quotidiè eum docuiſſe mirabilia coram cæteris Rabbinis, qui talem vocem audientes, omnes attoniti videbantur.

4 Hiſtoriam cuiuſdam Rabbini Cabaliſtici, *Ioſeph della rena* nuncupati, qui ſuis abiurationibus optatum Meſſiam venire ferè cogebat, at ſua inſania deceptus, abnegata Moſis fide, Dæmoni ſe tradidit.

5 Supra Prophetiam cuiuſdam pueri Galilæi, qui ſtatim ac lucem aſpexit; quinque Prophetias in Chaldaica lingua prophetauit. Alia multa ſcripſit, quæ omnia inedita extant apud R. P. F. Carolum Philippum Armenzanum. Reſtat ſolùm, vt modum, & rationes, quibus

mudis vacabat; hinc multas elegantes Conciones habuit in Synagoga, adeò vt inter Rabbinos connumerari dignus ab omnibus cenſeretur, ſicuti rem probauit euentus, quia in Ieruſalem concionans,adeò illis Iudæis placuit, vt eum ſolito Rabbinorum ſtipendio aſſignato, Rabbinatus honore decorarint. Cabaliſta igitur eximius effectus, notus erat Iudæis non tantùm Hieroſolymitanis, ſed etiam cæteris in Paleſtina, Syria; Africa, Aſia & Europa, ad quos ſæpè ad colligendas eleemoſynas miſſus fuit. Multa de eo ſcriptis exarata habet R. P. F. Carolus Philippus Armenzanus ex Ord. Præd. Sacræ Theologiæ Lector, quæ cum alijs notitijs ad eruditiſſimum Ioannem Paſtritium S. Theologiæ Polemicæ Lectorem in Collegio Vrbano de Propaganda Fide tranſmiſit, eiuſdem mirabilem ad Chriſtum conuerſionem extollens,ac mirificè commendans. Cuncta hìc referre omninò à noſtro inſtituto alienum eſſe duximus,cùm noſtrum non ſit Rabbinorum vitas deſcribere, ſed Bibliothecam magnam Rabbinicam ex Rabbinis, eorumque ſcriptis contexere; maximè quia vitam hanc prælo ſubdi paratam eſſe in Ciuitate Regij Lepidi audiui Auctore R. P. F. Franciſco Maria ex Ord. Capucinorum. Igitur die 25. Iunij, 1664. ad Sacrum Baptiſmatis fontem regeneratus, nomen *Proſperi Rugerij* aſſumpſit, ſuiſque perſuaſionibus, & exemplo, tres, vel quatuor familiæ Chriſti fidem ſuſcepere; die verò 6. Auguſti eiuſdem anni, in qua incidit feſtum S. Caietani, conuertitur eius vxor, quæ conuerſio eiuſdem Sancti interceſſionibus meritò tribuitur, cùm antea in Iudaica ſuperſtitione perſeuerare de-

ſed hoc præcipuè militare debet in prima voce libri tàm Diuini, & mirabilis, qualis eſt liber Legis, adeòque debet eſſe myſteriorum plurima conglobatio ibi contenta, præſertim cum apparet non recte dicta, ideò recurrendum ad myſteria. *Dau.* Quomodo prima vox Legis non rectè dicta בראשית *Bereſcith In principio*? *Proſp.* Quia בראשית eſt in regimine iuxta regulas Grammaticæ, ità vt Italicè verti debeat *Nel principio di*, itàque ſubdens Scriptura ברא *Barà, creauit*, deeſt aliqua vox; hinc aliqui Rabbinorum putant deeſſe כל *còl, omnium*, ita vt exponendum ſit; *In principio omnium* creauit Deus Cœlum, & terram; alij verò ſecundam vocem duplicant, bis legendo, primùm *Berò*, deindè *Barà*, & fit ſenſus: *In principio creandi creauit*. Cùm igitur ſit defectus, nunquam in locutione Dei, eum debemus admittere, ſed indè arguere ex conſilio Dei ſic factum, vt myſterium clauderetur; numquid enim deerant Deo alia verba ad fugiendum defectum, dicendo בתחלה *Bathechilàh, In principio*, vel בראשונה *Bariſcionàh*, vel quid ſimile? *Dau.* Aſſentior, ſed quodnam myſterium? *Proſp.* Si ergo ita legendum בראשית *Bereſcith, In principio*, vt ſine illis punctis legatur ad myſteria exquirenda, prout ſolent Hebræorum Sapientes, & tu noſti, diuidendo vocem in duas, vel plures voces; en tibi myſteriū Chriſtianorum בר אשית *Bar aſith*, hoc eſt *Filium ponam*, Deus dicit *filium ponam*, igitur habet Filium: dicit *ponam*, quia cùm eſſet coæternus, in futuro promittit ponendum, ſeù exponendum in tempore mortalibus carne indutum. Prætereà dicit ponendum *Bar*, nempè *granum*, ſeù *frumentum*, ſcilicèt ſub

bus ab eo fuit conuictus R. Dauid Tinctor, referamus.

Erat Dauid Tinctor Principibus in Italia notiſſimus, Gemmarum mercator, aularum familiaris, & in magna æſtimatione habitus, ità vt cognomento diceretur Italicè *Il Duca delli Ebrei*. Illum Proſper inter amicos numerabat. Tamen redditus magis ac magis exoſus Hebræis, quod à Iudaiſmo homines auertere ſtuderet, audiens quòd Dauid palàm euulgabat ſe optare cor Proſperi, vt illud ſuper prunas aſſaret, canibuſque edendum obijceret; aliquando in eandem domum cuiuſdam Chriſtiani conuenientem, interrogauit an vera eſſent huiuſmodi dicta? Non negauit Dauid, quia & Proſper eadem dicturus foret, ſi in eadem eſſet Religione. Tùm *Proſper*, diceres ne id ſi veritas fidei Chriſtianæ tibi eluceret? nequaquam reſpondit, ſed quomodò eam veram eſſe oſtendes? *Proſp.* In ipſa prima voce Legis Moſaicæ Chriſtianę fidei myſteria incluſa tibi aperiam. *Dau* ſi hoc oſtendes, ſtatim me Chriſtianum profitebor. *Proſp.* Vide quid polliceris ò Dauid. *Dau.* Iterum ſpondeo ſincerè. *Proſp.* Rem aggrediamur.

Quomodo legis primā vocem Legis? *Dau.* בראשית *Bereſcith*, hoc eſt *In Principio*. *Proſp.* At cur ità legis? *Dau.* Quia ſic puncta eius me docent. *Proſp.* *Si Sèpher Toràh* in Synagogis lectus, ſcriptus eſſet cū punctis, admitteres? *Dau.* Nequaquā, eſſet enim פסול *Paſùl, prophanum*. *Proſp.* Quamobrem? *Dau.* Quia ſic ſapientes noſtri decreuerunt, nam ſi puncta ſcribantur determinant vnum ſenſum, ſine illis libertas eſt ad infinitos ſenſus, qualis debet concedi verbo Dei. *Proſp.* Optimè

ctā, aliam vocem, vel voces alias conſtituunt, quomodo nunc vſi ſumus. Secundò, ſeruando eundem ordinem ſingulas literas, vt ſingulas voces legunt, & vt noſti, vocant hunc modum per רשי תיבות *Raſcè teuòth*, *Capita dictionum*: vt E. G. נר *Nèr*, hoc eſt *Lucerna*, legunt נפש רוח *Nèpheſc Rùach*, ideſt *Anima*, *Spiritus*. Tertiò eundem literarum ordinem ſeruando, accipiunt literas cum characteribus eas componentibus in earum appellatione, & ſingulas earum reſoluunt in dictiones, vt ſi נר *Ner* reſoluatur in נון *Nun*, vbi ſunt tres literę, & dictiones; & in ריש *Reſc* vbi alię tres literæ & dictiones reperiuntur. Quartò eundē ordinem ſeruando conſiderant non literę naturam, ſed numeri valorem & per æquiualentiam vnius dictionis cum altera quoad numerum vniunt res diuerſas. Quintò tranſponunt literas, & faciunt alias dictiones cū alijs ſignificationibus.

Iam verò cùm audieris myſteria primæ vocis in Lege בראשית *Bereſcith* ſex literarum iuxta primum modum, audi & iuxta ſecundum, nempè ſex literas in ſex voces, & ſex item expoſitiones habebis.

Prima (1) ב (2) ר (3) א (4) ש (5) י (6) ת *Bereſcith*

(1) ב בן (2) ר רוח (3) א אב (4) ש שלושתם (5) י יחד (6) ת תמים:

(1) *Ben*, (2) *Rùach*, (3) *Au*: (4) *Sceluſctàm*, (5) *Iachèd* (6) *tamìm*, hoc eſt, (1) *Filius*, (2) *Spiritus*, (3) *Pater*: (4) *Trinitas eorum*, (5) *Vnum ſingulare* (6) *Perfectum*. Vides hìc tres Perſonas Diuinas à Chriſtianis prædicatas; ſed primò Filium, ſiquidem cùm dicatur Sapientia, om-

ſub ſpeciebus panis frumenti, prout Chriſtiani colunt Filium Dei incarnatum, ſeù Chriſtum in Euchariſtia, & prout ipſe Dominus Ieſus Chriſtus in Euangelio dixiſſe legitur, *Ego ſum panis viuus, qui de Cælo deſcendi*.

Sed adhuc animaduerte: cùm potuiſſet filium vocare בן *Bèn*, ילד *Iéled*, alijſque nominibus, vocauit בר *Bàr*, quod non ſolùm filium, ſed etiam granum & frumentum ſignificat: eadem ratione, cùm potuiſſet frumentum vocare etiam דגן *Degàn*, & חטא *Chittà*, elegit vocem בר *Bàr*; vt oſtenderet panem & cibum omnium fidelium in triplici ſtatu; ante peccatum enim fuiſſet cibus ex arbore Paradiſi, ex qua confeciſſent ſibi homines panem, qui דגן *Dagàn*, quaſi de Gan de horto dicitur, (hoc docuit Proſper fusè, quod peculiari Diſſertatione continetur, & breuitatis gratia omittitur: multa enim de eo congerere in promptu forent, niſi tædioſam prolixitatem mallemus præcidere.) Poſt peccatum, panis ex grano dici debet חטא *Chittà* quaſi *Chet*, nempè *peccatum*, quo tempore peccatum regnauit in Mundo, ante Meſſiæ, & Redemptoris aduentum. Poſt aduentum Meſſię granum & cibus fidelium debebat eſſe בר *Bàr*, ideſt Filij Dei incarnati, ita dicente Domino in Euangelio, *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*. Iam vides in prima voce Legis quot myſteria religionis Chriſtianæ contineantur..

Dau. Hac tua expoſitione ſanè delector. *Proſp.* Audi & alia. Modus quo Iudæorum Sapientes exquirunt in Diuinis verbis myſteria, multiplex eſt. Primò non mutando literas, nec ordinem; ſed eundem ſeruando, & tollendo pun-

riùs de adoratione trium Perſonarum non tamen plurium Deorum, ſed vnius.

En Tertiam בראשית *Bereſcìth* -

בכורי ראשוני אשר שמו ישוע תעבודו :

Bechorì Riſcionì Aſcèr Scemò Ieſciùang Tangauodù, ideſt, *Primogenitum meum, Primum meum cuius nomen eſt Ieſus Saluator, adorabitis*. Nonne eſt alterum Chriſtianorum myſterium de adoratione Chriſti Ieſu tamquam Dei?

En quartam clariorem בראשית *Bereſcìth* -

בבוא רבן אשר שמו ישוע תעבודו :

Beuò Rabban Aſcèr Scemò Ieſciùang tangauodu, ideſt *Cùm venerit Magiſter, cuius Nomen eſt Ieſus adorabitis*. Hìc Myſterium Incarnationis, & Natiuitatis Ieſu Chriſti colendæ, vt Chriſtiana Religio docet, indicatur.

Quinta expoſitio בראשית *Bereſcìth*

בתולה ראויה אבחר שתלד ישוע תאשרוה :

Betulàh Reuià Euchàr Sceteled Ieſciùang : *Teaſcerùha*; hoc eſt, *Virginem dignam eligam, quæ pariet Ieſum; Beatam dicetis eam*. Hoc habent Chriſtiani Deiparam vocare Virginem.

Sexta tandem expoſitio בראשית *Bereſcìth*.

בעוגת רצפים אסתתר שגופי ישוע תאכלו :

Bengugàth retzaphim eſtatèr, ſciegupbi Ieſci-

omnia per ipſum facta ſunt, & ideò Chaldæus בראשית *Bereſcìth*, vertit בחכמתא *Bechochmethà*, *In ſapientia*. Deindè, quia ex tribus perſonis illè primò apparuit nobis, ideò Pſal. 40. dicitur -

אז אמרתי הנה באתי במגלת ספר כתוב עלי :

Tunc dixi, ecce veni : in volumine libri ſcriptum eſt de me. Quid eſt *in volumine libri*, niſi vbi incipit liber, qui dicitur à nobis *Sèpher Toràh*, quod idem eſt ac dicere *in capite libri*, vt dicunt Chriſtiani, quia prima litera ב *B* ſignificat בן *Ben Filium*. Hic miſit ex Patre Spiritum Sanctum ab vtroque procedentem, qui viſibilitèr apparuit igneis linguis in die Pentecoſtes, cùm etiam antea apparuiſſe dicatur in Euangelio Spiritum Sanctum in Columbæ ſpecie. Filius primùm, deindè Spiritus Sanctus Patrem inuiſibilem, & primam Perſonam oſtenderunt menti; & ideò Chriſtiani aptè primò Paſcha celebrant, & Aſcenſionem pro Filio, deindè Pentecoſtem pro Spiritu Sancto, tertiò Trinitatis feſtum in quo Pater principalitèr conſideratur; ne verò quis ſuſpicetur tres Perſonas eſſe tres Deos, & habere tres naturas & ſubſtantias, vnam eſſe ſingularem & perfectam indicatur, & ſic dicitur, Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus Sanctus, & tamen non tres Dij, ſed vnus eſt Deus.

Sed accipe adhuc ſecundam expoſitionem ſex literarum per ſex voces -

בראשית *Bereſcìth*.

בן רוח אב שלושתם יחד תעבודו :

hoc eſt, *Patrem, Filium, Spiritum Sanctum, Trinitatem eorum paritèr coletis*, ſeù *adorabitis*. Ecce myſterium cla-

Nazarenus? veniet, & perficiet verbum suum, Salutem rectam, & æternam. Hic oſtenditur myſterium feſti Natiuitatis Chriſti, eius diuinitatis, redemptionis, & quomodo aperuit nobis aditum ad beatitudinem conſequendam, cùm ſit Iudex viuorum, & mortuorum.

Iuxta quartum modum per numeros Proſper oſtendit Dauidi multa, ſed ne prolixior ſim, abſtineo referre, vt & alia multa in ſuperioribus; nàm, & in tertio modo oſtendit, quòd in ſingulis ſex literis *Bereſcith* continentur 120. voces, & ſic ſummatim 620. dictiones in ea prima voce, cùm verbum Dei ſit ſicut flamma ignis in plurimas ſcintillas ſe diuidens.

Iuxta quintum modum per tranſpoſitiones literarum, illam primam vocem בראשית *Bereſcith* ſic tranſpoſuit באתי רש *Bati Raſc*; ideſt *Ego veni pauper*, vbi paupertas Chriſti Domini innuitur. Sed ne putarentur contemptus eſſe, & nullius pretij, addidit & illam באתי שר *Bati Sàr, Veni Princeps*, & hoc in crucifixione Chriſti Domini oſtenditur, vbi pauper quidem apparuit, ſed ſimul declaratus in titulo à Pilato, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Obſtupuit Dauid, & iam promiſſionem illius de Chriſtiana fide ſuſcipienda, Proſper memorauit, & ille ſe paratum oſtendit. Alia tamen myſteria Proſper promiſit ſe oſtenſurum.

Iam audiſti, inquit, ò Dauid in prima voce Legis Moſaicæ, quot myſteria continentur, cùm ſit vox primi libri, & mirabilis libri Diuini apud Iudæos ſupra cæteros, in quem ſcilicèt omnium Doctorum ſcripta, laboreſque collimi-

Ieſciùang Tochelù, ideſt, *In placenta carbonum abſcondar, quoniam corpus meum Ieſu manducabitis*. Myſterium Euchariſtiæ iuxta Chriſtianos, vbi Chriſtus ſub ſpecie panis (qui placenta carbonum, nempè ad ignē cocta appellatur) latebat, & cùm manducantur illę ſpecies, reuerà Corpus Chriſti manducare dicitur. Audiſti ne quot myſteria Chriſtianæ fidei in prima voce בראשית *Bereſcith* continentur, ſed duo tantùm modi exponendi myſteria adhibiti ſunt. Si adhibeamus tertium hanc vocem ſcilicèt בראשית *Bereſcith* ſex literarum, ſcribendo plene per characteres nominum literarum erunt 18: conſtituendo ſingulas ex tribus ſic.

בית ריש אלף שין יוד תיו

Beth, Reſc, Aleph, Scin, Iod, Thau. habebimus hoc modo 18. dictiones.

בלרת ישוע תחנוהו רמומוהו יה שמו אשרו לפניו
בעולתכם שמו ישוע נצרי יבא וישלם דברו
תשועה ישרהי ונצחיית.


Beledeth Ieſciùang Tachanuhu Remomuhu; Iah ſcemò: Aſcerù laphanàu pengulatchèm. Scemò Ieſciùang Nozrì: Iauò vaieſallèm deuarò: Teſciungàh ieſciaràh venitzchiith, ideſt. *In natiuitate Ieſu feſtiuitatē eius facietis, Exaltate eū Iah* (Deus) *nomen eius: Rectificate, & beatas facite coram ipſo operationes veſtras; Nomen eius Ieſus*

Hinc tres sunt ordines quadratorum, & simul quatuor, nempe si incipias à superiori ad inferius sunt quatuor ter sumpta; si incipias à dextera ad sinistram, sunt tria quater sumpta. In primo quadrato est ראובן *Ruben*, in 2. שמעון *Scimeòn*, in 3. לוי *Leui* in 4. יהודה *Iudas*, *in* 5. יששכר *Issachàr*, in 6. זבולן *Zabulon*, in 7. דן *Dan*, in 8 נפתלי *Nephtali*, in 9. גד *Gad* in 10. אשר *Assèr*, in 11. יוסף *Ioseph*, in 12. בנימן *Beniamin*. Vtroque autem modo sicut nomen ineffabile יהוה τετραγράμματον, seù quadriliterum dicit tribus conuenire, seù numerari ter absque eo quod nomen multiplicetur; ita innuit Deitatis essentiam vnam, & eandem perfectissimam, quam quaternarius numerus, & quadriliterum, ac quadratum significat tribus conuenire personis, vt prædicant Christiani, absque eo quòd tres sint Dij, sed vnus Deus. Ista tria quater ducta, vel quatuor ter ducta reddunt 12., & hoc est quod nostri Sapientes dicunt ineffabile nomen quatuor literarum habere 12. nomina, vt sic ostendatur 12. menses, & totum annum regi omnia ab vnico & immutabili Deo, qui simul est Trinus.

Vides præterea quòd in primo Ternario positū est Abrahami nomen אברהם, ita vt in primo quadrato sit א, in 2. ב in 3. רחם Quid autem per hoc mysterium innuit, nisi primò Personam אב *Patrem*, secundò ב, idest בן *Filium*, tertiò à ר incipiendo, indicat רוח הקדש *Spiritum Sanctum*. In secundo ternario quadratorum est Isaaci nomen יצחק 4. literarum, sed vna pro quadrato; in 1. י in 2. צ in 3. ח quarta ergo litera in primo quadrato amandatur. Hæc ergo ק est in primo quadrato, sed sequitur in hoc dispositio nominis Patriarchæ Iaco-

co-

mant. Sed quàm plenum mysterijs sit חשן משפט *Chòscen Miscpàt; Pectorale Iudicij*, quod Christiani dicunt *Rationale* attendamus, quia cùm à Summo Pontifice deferretur in pectore. & ibi essent אורים ותומים *Vrim vetummim*, *Lumina*, *&* *perfectiones*, (de quibus infrà) ibi 12. nomina Tribuū, ibi oraculorū origo, optima ratione appellatur *Rationale*; igitur animaduerte quæso quomodo Sapientes vestri illud exornāt implendo mysterijs, quę in ijsdem Christianæ Religionis arcana latent. En eorum Schema.



3	2	1
רחם ליו	ב שמען	א ראובן
ח זבולן	צ יששכר	י יהודה
שבטי גד	ב נפתלי	ק יעק דן
בנימן	רן יוסף	ישו אשר

significet rectitudinem in confuso, & numerus literarum fuisset in vno quadrato trium literarum, in altero 2. Hæc tamen sic Maiores nostri scripserunt in hac figura mystica, sed ישר expresserunt in quadrato tribus Asser, quòd Beatitudinem significat, vt innueretur post trium Personarum in Trinitate considerationem, nempè post mysterium Trinitatis Iesu vitam esse considerandam, quæ nobis Beatitudinem יוסף *Ioseph* scilicèt auget, seù potiùs dat abundantèr.

Vlteriùs deindè pergit, & medijs hisce cabalisticis figuris, Christianæ fidei mysteria, Dauidi ostendere satagit.

cobi יעקב, & in eodem ponitur vox שבטי 4. literarum, idest *Tribus*, occupans tertium quadratum, primum verò occupat dictum p Isaaci, & יצחק vt sic consent quatuor literas, in secundo est sola litera ב In quarto quadrato est vox quæ associat præcedentem שבטי *Tribus*, nempè ישרון sed in duobus quadratis dispertita, nempè in primo vbi est אשר *Asser* est ישי in secundo, vbi est יוסף *Ioseph* legitur רו Quæso nonnè poterant nostri Maiores scribere Tribus Israël שבטי ישראל, eandē diuisionē seruando, & ponere vbi est ישי *Iesciù* ישר, & vbi רן ponere אל, nàm tunc ישר significasset *rectitudinē Dei*, cùm ישרון si-

II.



I.




אהיה	אההי
איהה	היאה
ההאי	האהי
יאהה	יהאה
יההא	ההיא
האיה	היהא

ניאר ׃ נארי	אדני ׃ אניד
נריא ׃ נראי	אינד ׃ אירן
נאיר ׃ נירא	אדין ׃ אדני
יאנר ׃ ינאר	דאני ׃ דניא
יארן ׃ ינרא	דיאן ׃ דאין
ירנא ׃ יראן	דינא ׃ דנאי



יהוה	יוהה
יההו	ההיו
הויה	ההוי
ויהה	והיה
וההי	היוה
היהו	הוהי


אין סוף INFINITVM
אהיה EHIEH
ERO QVI SVM
כתר 1 CORONA
חכמה 2 SAPIENTIA
יה IAH
בינה 3 INTELLIGENTIA
יהוה IEHOVI
אלהים ELOHIM DEVS IVDEX
פחד TERROR גבורה 5 FORTITVDO
חסד 4 MISERICORDIA
אל EL DEVS FORTIS
תפארת 6 GLORIA
יהוה TETRAG.
IEHOVAH DOMINVS
הוד 8 DECVS
אלהים צבאות ELOHIM TZEVAOTH VEL SABAOTH DEVS EXERCITVVM
נצח 7 ÆTERNITAS VICTORIA
יהוה צבאות IEHOVAH TZEVAOTH uel SABAOTH
9 יסוד FVNDAMENTVM
SCIADDAI OMNIPOTENS שדי
אל חי EL HAI DEVS VIVENS
צדיק TZADIK IVSTVS
מלכות REGNVM 10
ADONAI DOMINVS אדני
שכינה SCECHINA MAIESTAS


יחיד
SAJINA
QVI SVM
אשר אהיה
IAH
יה
SAPIETIA
חכמה
בן
2
FILIVS
SVM
אהיה
CORONA
כתר
אב
1
PATER
DOMI
NVS
DEVS
VN
V
יהוה
אחד
10
15
21
26
72
INTELLIGENTIA
בינה
רוח הקדש
3
SPIRITVS SANC.
CREATOR
SVPER OMNIA.
DOMINANS
5
פחד
TERROR
גבורה
FORTITVDO
אלהים
DEVS
86 כום
CALIX
4
חסד
MISERICORDIA
72
אם אל
MATER
DEI
72
6
תפארת
GLORIA
TETRA
GR.
PRINCEPS
FACIERVM
8
הוד
DECVS
אלהים
צבאות
DEVS
EXERCI-
TVVM.
7
נצח
ÆTERNITAS
VICTORIA
יהוה
צבאות
DOMINVS
EXERCITV
VM.
9
יסוד
FVNDAMEN-
TVM.
שדי
OMNIPO
TENS.
אלחי
צדיק
10
מלכות
REGNVM
אדני
ADONAI

doctissimum Athanasium Kircherium in Oedipo Ægypt. Tom. 2. Partis primæ, Class. 4. cap. 8. Nimis debilia essent Catholicæ Fidei fundamenta, si ad conuincendam, ac impugnandam Iudæorum perfidiam in solis Cabalisticis nugis sistendum foret.

Quia verò huius occasione facta fuit mentio חשן המשפט *Chòscen hammiscpàtt Pectoralis iudicij*, non incongruum videtur, aliqua ad ipsum pertinentia hìc exponere. Præceptum Diuinum de חשן המשפט *Chòscen hammiscpàtt* Moysi traditum, extat Exod. 28. v. 15. his verbis -

ועשית חשן משפט מעשה חשב כמעשה אפד תעשנו זהב תכלת וארגמן ותולעת שני ושש משזר תעשה אתו : רבוע יהיה כפול זרת ארכו וזרת רחבו : ומלאת בו מלאת אבן ארבעה טורים אבן וכו׳ :

Et facies pectorale iudicij, opere phrygionico, sicut opus superhumeralis facies illud (ex) auro, hyacintho, & purpura, & Vermiculo cocci, & bysso retorta facies illud. Quadratum erit duplicatum: palmus longitudo eius, & palmus latitudo eius. Et implebis in eo plenitudinem lapidis, quatuor ordinibus lapidis &c.

Per חשן משפט *Chòscen Miscpàtt* omnes intelligunt, & explicant *Pectorale iudicij*. Hinc λόγιον τῶν κρίσεων, *Rationale iudiciorum*, λόγιον κρίσεως, *Rationale iudicij*. Idem intelligit Chaldæus, dum habet חשן דינא *Chòscen Iudicij*. Describitur deindè à Sacro Textu ordo lapidum, iuxta præfatum Exemplar -

Tota igitur Iudæorum Theologia, & speculatio in Cabala reponitur, & adeò sunt superstitione repleti, vt quicquid per Cabalam eorum more deducitur, facilè credant; at cùm mysteria, quæ ex assignatis figuris, noster Prosper deducit, minimè scriptis exarata reliquerit, eius mentem, ac intentionem inuestigare superuacaneum esse duximus, maximè quia licèt huius Viri ingenium, & bona voluntas laudanda sit, aliqua tamen superstitione non carent, facilè enim Rabbinorum deliria sacris Christianæ fidei mysterijs immiscentur. Quid sibi volunt vndecim illę reuolutiones nominis quadriliteri יהוה *Adonai*, quarum aliquas in quodam Numismate Hebræo-Christiano in hac IV. Parte pag. 162. recensito, ac damnato ex industria dimisimus, ne per hoc essemus in causa, vt leuissimi ac prophani homines, superstitiones ab impijs adinuentas addiscant, & aliquando exerceant, vel exercere procurent? Idem quæri potest de illis vndecim reuolutionibus nominis אהיה *Eieh*, & אדני *Adonai* nihil significantibus. Quid verò dicendum sit de Angelo Vriele, quem ipse in III. figura inter vera Angelorum nomina Michaëlis, Gabriëlis, & Raphaëlis collocat, vide quæ diximus Par. I. pag. 231. Et si aliqua de decem ספירות *Sephiròth Numerationibus* scire cupis, vide supra in hac IV. Parte pag. 231. Consule etiam si placet

loco, & vndecimũ lapidẽ quem Moyſes vocat שהם *Sciòham*, *Onychẽ*, ipſi vocant Βηρύλλιον. Vulgata ſequitur Septuaginta, excepto quod ponit *Beryllum* vltimo loco. S. Epiphanius, qui integrũ libellum de 12. lapidibus conſcripſit, eos recenſet iuxta Septuaginta. Ioſephus alio ordine quo Septuaginta. Inter principaliores Hebræorum Magiſtros vt Ionathan, Onkeloſius, Targùm Ieroſolym. Rabbòth &c. tot capita tot fuere ſententiæ, nihil igitur certi in hac re tàm incerta, & dubia ſtatui poteſt; vndè Aben Ezra ad Exod. cap. 28. ait -

ואין לנו דרך בבירות לדעות אבנו חמלאוים כי הגאון
תרגם כרצונו כי אין לו קבלה שיסמוך עליה :

Nòbis nulla eſt certa ratio interpretandi lapides Pectoralis, quoniam excellentiſſimus Vir (Saadia) *eos vertit pro lubitu, vt qui nullam habuerit traditionem cui niteretur*. Nihilominùs ſit tot Scriptores ſuam protulere ſententiam, dant nobis anſam, vt etiam noſtram in medium proferre non timeamus, contenti tamen cũ grauioribus Scriptoribus cõuenire, potiùs quàm noua excogitantes, ab illis diſſentire.

In primo igitur gemmarum ordine primus eſt אדם *Odem*, quem *Sardium* reddimus; hic lapis eſt ruber, vt omnes ferè Auctores fatentur, & eius etymologia demonſtrat, eſt enim Hebræis אדם *rubrum*. Iſidorus, Orig. lib. 16. cap. 8. *Sardius*, inquit, *rubrum habet colorem*: Theophraſtus de lapidibus Τοῦ γὰρ Σαρδίου τὸ μὲν διαφανὲς, ἐρυθρότερον δὲ καλεῖται θῆλυ, τὸ δὲ διαφανὲς μὲν, μελάντερον δὲ καὶ ἄρσεν. *Sardius pellucidus eſt; is qui clarius rubet, Vocatur fæmina; pellucidior autem, & ſaturatior, mas dicitur*. Idem docet Epiphanius in libello de duodecim gemmis, Plinius lib. 37. cap. 7. & Rabbòth



3 *Smaragdus* ברקת לוי	2 *Topazius* פטדה שמעון	1 *Sardius* אדם ראובן
6 *Adamas* יהלם זבולן	5 *Sapphirus* ספיר יששכר	4 *Carbunculus* נפך יהודה
9 *Amethyſtus* אחלמה גד	8 *Achates* שבו נפתלי	7 *Lyncurius* לשם דן
12 *Iaſpis* ישפה בנימן	11 *Sardonyx* שהם יוסף	10 *Chryſolithus* תרשיש אשר

Hi duodecim lapides, vt vides, ſunt in quatuor ordines diuiſi. In primo ordine
אדם פטרה וברקת :
O'dem, *Pitdàh*, & *Barèket*: In ſecundo
נפך ספיר ויהלם :
Nòphech Sapphir, & *Iahalòm*. Tertius continet -

לשם שבו ואחלמת
Lèſcem, *Scebò*, & *Achlàma*. In quarto habentur -

תרשיש שחם וישפה :
Tarſciſc, *Sciòham*, & *Iaſpèh*. De hiſce gemmis, & lapidibus, multi multa dixerunt in paucis cõuenientes. Si Septuag. attendamus, reddunt ſextum lapidem Ἴασπις, quem Moyſes poſuit vltimo

bòth

viridis. Simeonis etiam vexillum viride fuisse docet Rabbòth Bemidbar Parasc. 11. -

שמעון פטדה ומפה שלו צבוע ירק ומצוייר עליו שכם :

Simeon, inquit, *sculptus erat in Pitdàh, & illius vexillum erat viride, habebatque pro signo depictum Sichemum*. Boetius lib. 2. cap. 63. refert Topazium limam sentire, ac in tantam molem interdum excrescere, vt statuæ inde fiant. Scribit enim Iuba, Arsinoe Ptolomæi Philadelphi vxori statuam cubitorum quatuor fuisse ex Topazio in delubro sacratam. Fides sit penès Auctorem, qui ibidem etiam describit naturam, vires, facultates, valorem, dignitatemque Topazij. De Topazio extat mentio Iob. cap. 28. v. 19. addito כוש *Cùsc*, vt dicatur פטדת כוש *Pitdàth Cùsc*, & etiam Ezech. c. 28. 13.

Tertius est ברקת *Barèket*, idest *fulgurans*, quem Septuaginta, Iosephus, Hieronymus, Vulgata, & alij *Smaragdum* vetterunt, licèt Hebræorum Magistri sint intèr se diuisi; Abarbanel enim vocat eum *Carbunculum*: Rabbòth scemòth habet *Diakinthìn*, seù *Hyakinthìn*, vulgò *Hyacinthum*, ex quo verò deducant ברקת *Barèketh* significare Carbunculū, vel Hyacinthum, non apparet. Communis color Smaragdi est viridis, licèt teste Plinio lib. 37. cap. 5. varij sint Smaragdorum colores. Rabbòth Bemidbar Parasc. 11. huic lapidi tres dat colores, *album, nigrum, & rubrum*, quales dicit fuisse in vexillo Leuì -

לוי ברקת ומפה שלו צבוע שלישי שחור וג׳ אדום ומצוייר עליו אורים ותומים :

Nomen Leuì inscriptum est lapidi Barèketh, & vexillum eius erat tertia parte album, tertia parte nigrum, & tertia

 par-

bòth Bemidbar Parasc. 11. Idem colligitur ex cap. 4. v. 3. Apocalypseos: *Et qui sedebat* (loquitur de Deo) *similis erat aspectui lapidis Iaspidis, & Sardinis*; vndè facies Dei assimilatur lapidi *Sardio*, quod veteres explicāt de facie Dei irata, quā dicunt πυρωειδῆς, ardentē instar ignis, ignea enim rubra dicuntur. Conuenit Abarbanel in colore huius lapidis; licèt differat in nomine vocans eum, *Granata*, ait enim: -

האדם הוא הנקראת גראנאטה בלעז הדומה לרימון שגרגיריו אדומים והיה כנגד ראובן בכור ישראל כי היה כחו וראשית אונו :

Lapis Odem est ille; qui vocatur Granata. Similis est malogranato, cuius grana sunt rubra. Erat autem Rubeni destinatus, qui erat maximus natu ex filijs Israëlis, quia erat virtus, & initium roboris eius. Plura de natura, facultate, qualitate, & proprietate Sardij vide apud Anselmum Boetium de Boodt in Gemmarum, & Lapidum Historia, cap. 82.

Secundus est פטדה *Pitdàh*, ab omnibus per *Topazium* expositus; eius colorem viridem fuisse omnes Auctores asserunt, Epiphanio excepto, qui scribit rubrum esse, fortasse non loquens de nostra Topazio, sed de alia Gemma rubra, quam ipse Topazium appellat: Topazius congruit Simeoni audaci, & imperterrito, vti patuit in vindicta stupri sorori suæ illati, Genes. 34. 25. Audaces enim, & vafri secundum Cornel. à Lapide, non raro sunt cœrulei, & pallidi. Hunc lapidem congruere Simeoni confirmant Iudæorum Magistri, hinc Abarbanel -

הפטדה כנגד שמעון והיה אבן ירוקת :

Pitdàh Simeoni dicatus est, eratque lapis

ἐν γὰρ τρόποι τινὰ καὶ τὸ τοῦ ἀδάμαντος. Aliud autem quoddam est genus lapidum, quasi è contrarijs genitum, incombustibile penitùs; carbunculus appellatur, è quo & sigilla sculpunt. Rubens quidem colore, Soli autem expositus, ardentis carbonis facit colorem, pretiosissimum, vt ita dicam: nam valdè paruus quadraginta aureis æstimatur, fertur ex Carthagine, & Massilia. Non ardet autem qui circa Miletum inuenitur, angulosus, inter quos sunt & sexanguli. Vocant autem & hunc Carbunculum; quod mirum est: similis quodammodo ratio est Adamanti. Dicunt alij, teste Epiphanio, lapidem hunc noctu cominus instar lampadis, & carbonis scintillantis procul apparere, atque sic eum quærentes agnoscere, & facilè inuenire. Itē, quòd si gestatur, quibuscūq; etiā vestibus occultetur, latere tamen non potest, splendor enim eius extra vestes apparet, vndè & Carbunculus appellatur. Hactenùs verò nemo fide dignus vnquam ausus fuit asserere, lapidem hunc noctu lucentem vidisse, non est tamen improbabile secundùm Anselmum Boetium lib. 2. cap. 8., quia si lignis putridis, nicedulis, halecumque squammis, & animalium oculis natura lucem dare potest, non apparet, cur gemmis idonea suppeditata materia (in tanta rerum creatarum abundantia) tribuere non possit. Fabulosū verò omninò existimamus, quod si quibuscumque etiam vestibus occultetur latere non possit. Huius lapidis meminit Ezech. cap. 26. v. 16. 1. Chron. 29. 2. & Esaiæ 54. 11.

Quintus lapis est ספיר *Sapphir*, de cuius colore disputant Auctores, alij albam fuisse gemmam, cœruleam alij. Nullus horum fallit. Sapphiri enim si albæ sunt fœ-

parte rubrum, et in eo depictum erat Vrim & Thummim. Epiphanius refert Smaragdum à nonnullis vocari Prasinum, item Neronianum, aut Domitianum. Neronem enim siuè Domitianum aiunt oleum in multa vasa infudisse, & interuallo temporis oleum viridem colorem traxisse, hocque oleo petram copiosius rigatam floridioris coloris euasisse. Alij dicunt Neronem quendam antiquum artificem, & gemmarum sculptorem, Smaragdi præcipuum vsum inuenisse, & gemmam istam ab illo Neronianam dictam. Alij verò Domitianam appellari malunt. Hactenùs Epiphanius. De hoc lapide etiam fit mentio Ezech. 28. v. 10.

Quartus lapis est נפך *Nòphech*, quē doctiores Interpretes *Carbunculum* vocant, quicquid sit de Onkelosio, Ionathano, alijsque ab ijsdem deceptis, qui alitèr verterunt. Carbunculorum varia apud Plinium lib. 37. cap. 7. sunt genera: quosdam dicit esse albos, quosdam varijs maculis distinctos, quosdam masculos, alios fœminas. Masculos acriores, & lucidiores, fœminas verò languidiores esse arbitratur. Verùm idem Plinius, *Carbunculos à similitudine ignium appellatos* dicit. Theophrastus in descriptione carbunculi, inquit: Περὶ λίθων ἄλλο δέ τι γένος ἐστὶ λίθων, ὥσπερ ἐναντίων πεφυκὸς, ἄκαυστον ὅλως, ἄνθραξ καλούμενος, ἐξ οὗ καὶ τὰς σφραγίδας γλύφουσιν. ἐρυθρὸν μὲν τῷ χρώματι, πρὸς δὲ τὸν ἥλιον τιθέμενον, ἄνθρακος καιομένου ποιεῖ χρόαν. τιμιώτατον δ' ὡς εἰπεῖν, μικρὸν γὰρ σφόδρα τετταράκοντα χρυσῶν. ἄγεται δ' οὗτος ἐκ Καρχηδόνος καὶ Μασσαλίας. οὐ καίεται δ' ὁ περὶ Μίλητον γωνιοειδὴς ὢν, ἐν ὥσπερ καὶ τὰ ἑξάγωνα. καλοῦσι δ' ἄνθρακα καὶ τοῦτον. ὃ καὶ θαυμαστόν ἐστιν. ὅμοι-

fuiſſe *Adamantem*, ſumendo יהלם *Iahalòm*, à radice הלם *balàm*, quæ ſignificat *confringere*, *contundere*, & quia Adamas ex Aben Ezra ad Exod. 28. omnes lapides ſua duritie confringit, hinc יהלם *Iahalòm* non malè vertitur *Adamas*. Idem docuit Abarbanel Paraſc. Thezauè, qui addidit -

והיה אבן הולמת כל אבנים ומשברתן והיה לא תשבר לרוב חומה ויובשה ׃

Eſt lapis confringens omnes lapides, ſed ipſe non confringitur, propter nimium calorem, & ſiccitatem. De Adamantis colore nihil eſt diſputandum, cùm luce meridiana clariùs ſit, ipſum inſtar aquæ pellucidæ diaphanum eſſe, & ſecundùm obſeruationem Boetij, ſi aliquid albedinis, flauedinis, aut nigredinis habeat, vitio id illi eſt, ac multum valori ipſius propterea decedit. Pſellus de Adamantis colore hæc habet: ὁ Ἄδαμας χροιὰν μὲν ὕαλος ἔχει ἐκλάμπουσαν καὶ στιλπνὴν κραταιός ἐστι καὶ δύσθραυστος. *Adamas vitreum, & ſplendidum habet colorem, ſolidusque, & fractu difficilis*. Eundem omninò colorem attribuit Rabbòth Bemidbar, dum dicit: -

זבולן יהלם וצבע מפה שלו לבנה ומצייר עליו ספינה על שם זבולן לחוף ימים ישכן ׃

Zabulon lapidi Iahalòm (inſcriptus erat) *& color vexilli eius erat albus, & depictam habebat nauem, quia dicitur In portu maris habitabit*. Geneſ. 49. 13. Hinc fabuloſum & contra experientiam exiſtimamus illud, quod de alijs Auctoribus refert Boetius, dicentibus Adamantem capiti mulieris ipſa inſcia ſuppoſitum, ſi fidelis ſit marito, efficere vt dormiens in ipſius amplexu ruat, ſin adultera eoſdem auerſetur. Certè ſi hoc eſſet

fœminæ dicuntur, ſi cœruleo colore, mares; Si omni colore careant, albæ Sapphiri vocantur, ac Adamantibus admodum ſimiles ſunt, eorumque vices ad ornatum ſupplent. Conſule Boetium lib. 2. cap. 42. & ſeq. vbi proprietates, qualitates, facultates dignitateſque Sapphiri deſcribit. Aben Ezra rubrum colorem Sapphiro attribuit, eius opinionem probans ex Thren. cap. 4. -

זכו נזיריה משלג צחו מחלב אדמו עצם מפנינים ספיר גזרתם ׃

P[illegible]iores erant Nazirai illius niue; nitidiores lacte, rubebant corpore magis quàm carbunculi, ſapphirina polities eorum. Non video tamen in præfato textu hanc probationem, cùm ipſe tamquam certum ſupponat פנינים *Peninim* ſignificare *Carbuncula*, quod gratis aſſeritur, teſte Bochartо de Animal. Par. II. lib. c. 6. & 7. qui conatur probare margaritas, ideòq; gemmas albas potiùs quàm rubras ſignificari iſto vocabulo. Stat igitur noſtrum Sapphirum gemmam eſſe cœruleam, cui aſcribitur color Cœli, Exod. c. 24. 10. -

ויראו את אלהי ישראל ותחת רגליו כמעשה לבנת הספיר ׃

Aſpexerunt Deum Iſraëlis: & ſub pedibus eius Velut opus lateris Sapphiri. Et Ezech. cap. 1. 24. ſolium Dei, nempè Cœlum, dicitur ſimile lapidi Sapphiro. Huius lapidis etiam fit mentio Exod. 24. Cant. 5. 14. Iob. 28. v. 16. Eſaiæ 54. v. 11. Lament. 4. 7. Ezech. 1. 26. & 11., & 28. v. 13.

Sextus lapis eſt יהלם *Iahalòm*. Septuaginta, Vulgata, Hieronymus, & Epiphanius habent *Iaſpis*; verùm cùm in textu Hebraico ſit vltimo loco ישפה *Iaſpis*, vnà cũ Hebræorũ Magiſtris dicemus

censione lapidum illorum, S. Scriptura non meminit etiã Hyacinthi, qui tamen est præcipuus, & pretiosus lapis, nobis venit in mentem, num forte S. Scriptura hunc lapidem λιγύριον ita vocauerit. Eiusdem sententiæ est Hieronymus in Epist. ad Fabiolam. Et quia inter quatuor Hyacinthorum genera, quæ refert Boetius, vnum est, quod maximè ad Succinum accedit, hinc ab aliquibus Succinum, ab alijs Hyacinthus appellatur. Iuxta varia Hyacinthorum genera, varios etiam habent colores, licet ferè omnes, qui nunc apud Gemmarios extant, sint aurei coloris. Rabbòth Bemidbar Parasc. 11. attribuit nostro לשם Sapphiri colorem, dum ait: -

דן לשם וצבע מפה שלו דומה לספיר ומצייר עליו נחש על שם יהי דן נחש

Dan in lapide Lescem (sculptus erat), *& color vexilli eius erat similis Sapphiro, & in eo pictus erat serpens, quia dicitur Dan erit sicut serpens.* Genes. 49. 17. Inter Hyacinthi virtutes refertur, non solùm esse gemmam pretiosam, sed & miram habere efficaciã. In ignis carbones coniecta non tantùm non absumitur, sed carbones potiùs extinguit imò dicunt aliqui, quòd si quis eam panniculo inuoluat, & in carbones ignitos coniecerit, panniculum etiam illæsum conseruari perhibetur. Hæc quidem dicuntur, sed non probantur.

Octauus lapis est שבו *Scebò*, quem Septuaginta, Vulgata, Hieronymus, Epiphanius, & alij vertunt *Achatem*; quicquid sit de Hebræorum Magistris alitèr sentientibus; Hęc Gẽma varijs coloribus exornata; variarum rerum imagines exhibere videtur. Inueniuntur enim aliquæ, teste Boetio, quæ nemora, flumina, arbores, animalia, fructus, flores, her-

vel nullus prorsùs adamas reperiretur, vel nulla adulteria forent. Plura de Adamantis natura, proprietate, qualitate, & dignitate vide apud Boetium lib. 2. cap. 1.

Septimus lapis est לשם *Lescem*, quem nos cum Septuaginta, Iosepho, Epiphanio, Hieronymo, & Vulgata, *Lyncurium* vertimus. At qualis lapis fuerit *Lyncurius* inter Gemmarios inquiritur. Quidam putarunt Lyncurium fuisse succinum, quod ab Arabibus *Ambra*, à Persis *Carabe*, ab Ægyptijs *Sacal* appellatur. Deducebant vocem hanc *Lyncurium* à Lynce, non quòd maculis notatus sit, sed quod ex Lyncis vrina erescere credebatur. In hac opinione fuit Ælianus de Animal. lib. 4. cap. 17. Idem de Lynce narrant Plutarchus, Aristoteles, Solinus, Ouidius, & alij. Verùm experientia ipsa referente Ambrosio Calepino, verbo *lynx*, hoc fabulosum esse demonstrat, ait enim: *Lyncis vrina in calculi duritiem verti olim credebatur, & in lapidem eum concrescere, quem ob id Lyncurium appellant. Quod tamen falsum esse nuper compertum est, Lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.* Plinius etiam lib. 37. cap. 3. expressis verbis fatetur fabulam esse. Nos verò cum doctissimo Boetio putamus Lyncuriũ esse Hyacinthi speciem, sic dictum, non quod ex Lyncis vrina nascatur, sed à Patria, nempè *Liguria*, in qua sententia fuerunt etiam Theophrastus, Metrodotus, & Strabo. Epiphanius lib. de duodecim gemmis vtitur hac coniectura Καὶ, ὅτι πῶς ἐν τῇ τῶν λίθων τούτων ὀνομασίᾳ, οὐκ ἐμνήσθησαν καὶ ὑακίνθου, καί τοι γε πρώτου καὶ ἐντίμου ὄντος λίθου, ὥστε [illegible] νῦν ἡμᾶς λαβεῖν, μήποτε τὸ Λιγύριον τοῦτο καλεῖ ἡ θεία γραφή. *Et quia in re-*

nium, Hieronymum, & Vulgatam *Chrysolithus* interpretatur. Dissentiunt tamen nonnulli. Est igitur gemma aureo colore translucens, teste Plinio lib. 37. cap. 9. quamuis aliqui velint hoc nomen Chrysolithi genericum esse, & conuenire posse omnibus gemmis, quibus aliquis color aureus inest. Huius lapidis etiam fit mentio Ezech. 1. v. 16. & 10. v. 19. & 28. v. 13. Cantic. 5. 14. & Dan. 10. v. 6.

Vndecimus lapis est שהם *Sciohàm*, cuius significatum non facilè reperitur. Hebrai plerique habent *Berillum*; alij *Chrystallum*; alij *Prasinum*; alij *Smaragdum*; *Sapphirum* alij; nos verò cum Iosepho, Hieronymo, & Vulgata *Onychem*, siuè *Sardonychem* vertimus, quasi ex Sardio, & Onyche à natura simul compositis. Huic interdum alię gemmę adnascuntur, verùm à Sardio, & Onyche tanquam præcipuis denominationem habet; hodiè verò à Gemmarijs & Onyx, & Sardonyx Nicolus vocatur. Constat plerunque, teste Boëtio, sanguineo, albo, & nigro colore; qui à se inuicem circulis, aut zonis ita distinguũtur vt artefacti videãtur. Et sanè cũ hęc gẽma sit Iosephi, cuius vexillũ erat valde nigrũ, videtur ad illã respexisse Rabbòth Bemidbar docẽs:

יוסף שהם וצבע מפת שלו שחר עד מאד ומצוייר לשני נשאים אפרים ומנשה מצרים על שם שהיו תולדותם במצרים ועל מפת של אפרים היה מצוייר שור ע׳ ש׳ בכור שורו זה יהושע שהיה משבט אפרים ועל מפת שבט מנשה היה מצוייר ראם על שם וקרני ראם קרניו על שם גדעון בן יואש שהיה בשבט מנשה:

Ioseph lapidi Sciohàm (inscriptus erat) *& vexillum eius erat valdè nigrum, depictosque habuit duos Principes, Ephraim, & Manasse AEgyptios, quia in AEgypto na-*herbas, nubes, & quicquid excogitari possit, non obscurè referant. Ob varios colores, varia etiam nomina sortita est, vocatur enim Phassachates, Sardachates, Hæmachates, Cerachates, Leucachates, Dendrachates, Antachates, & Perileucos. Pretiosissima vtique gemma erat antiquitùs ob eius raritatem, nunc verò propter copiam non parum de eius dignitate amisit; vt pocula adhuc hodie ex Achate fiant. Plura apud Boetium lib. 2. cap. 95. & seq.

Nonus lapis est אחלמה *Achlamà*, quem Sacri Interpretes Ἀμέθυσον. Amethistum vertunt, cuius color est violaceus, qui mixtione rubri, & cœrulei coloris emãat. Luculenter describitur ab Epiphanio lib. de 12. lapidibus cap. 9. his verbis: Λίθος Ἀμέθυστος, οὗτος κατὰ τὴν αὐτοῦ περιφέρειαν φλογίζων ἐστὶ βαθέως. ἡ δὲ αὐτὴ ἐστὶ λευκοτέρα ἐκ τοῦ μέσου, οἰνωπὸν ἀποστίλβουσα εἶδος. ἡ δὲ μορφὴ αὐτοῦ διάφορος. τάχα δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ὄρεσι γίνεται τῆς Λυβίας. ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ὑακίνθῳ καθαρῷ παραπλήσιος, ὁ δὲ ἀμφικόχλῳ. γίνεται ἐν ταῖς ὄχθαις τῆς θαλάσσης τῆς αὐτῆς Λυβίας. *Amethystus circumferentiam habet profundo seù colore flammæ ardentem. Ipsa verò circumferentia in medio albior est, & vini colorem vibrat. Forma eius est varia, fortè autem & ipsa in montibus Lybiæ nascitur. Quadam ex eis puro Hyacintho est similis, altera verò purpuræ, nasciturque in littore, & præruptis maris eiusdem Lybiæ.* Scribunt aliqui inter eius virtutes, malas cogitationes prohibere, felix ingenium, vigilantiam, ac industriam efficere, imò gestantem Principum gratiam sibi facilè conciliare. Fides sit penès Auctores.

Decimus lapis est תרשיש *Tarscisc*, qui iuxta Septuaginta, Iosephum, Epipha-

habebat Lupum, quia dicitur, *Beniamin est Lupus discerpens*. Gen. 49. Diuersorum colorũ ratione, diuersæ etiam facultates & virtutes ab Auctoribus tribuuntur, quas omnes sicut & cęterarum gemmarum recenset Boetius in Gem. & Lapid. Histor. Huius lapidis etiam fit mentio Exod. 39. 13. & Ezech. 28. 13. Ignorare non possum plurimos Auctores non infimi nominis voluisse hos lapides à loco natiuitatis nomina desumpsisse: sic *Sardius*, quòd primùm à Sardibus in Sardinia repertus sit: *Topazius* ab Insula *Topazion*: *Lyncurius* à Liguria: *Chrysolithus*, qui Hebraicè vocatur תרשיש *Tharscisc* ab Vrbe Tarsis in Hispania, à Phœnicibus post fugam, & expulsionem à Iosuè passam, ædificata; & sic de cæteris.

His lapidibus pretiosis, quibus Pectorale ornatum fuit, explicatis, quid pro *Vrim*, & *Thummim* intelligatur, inquirendum remanet, cum Exod. 28. præcipiat Dominus Moysi ponere in Pectorali iudicij *Vrim* & *Thummim*: -

ונתת אל חשן משפט את האורים ואת התמים והיו
על לב אהרן בבאו לפני יהוה:

Et pones in pectorali iudicij Vrim, & Thummim, & erit super cor Aharonis, quando ingredietur coram Deo. Et Leuitici cap. 8. v. 8. cùm describatur consecratio Aharonis, dicitur: -

וישם עליו את החשן ויתן אל החשן את האורים ואת
התמים:

Et superimposuit ei Pectorale, & indidit pectorali Vrim, & Thummim. Verùm, Diuinum hoc Oraculum definire, nimis difficile videtur, cùm ex nominum ambiguitate non constet rem per illa significatam. Multi tàm ex Hebræis, quàm è nostris multa dixerunt, vnusquisque suam

nati sunt: *Vexillum Ephraim depictum habebat taurum, quia dicitur* (Deuter. 33. 17.) primogeniti boui illius. *Is autem erat Iehosua ex tribu Ephraim*; & *vexillum tribus Manasse depictum habebat monocerotem* seù *capram*. Et licèt Plinius dicat Sardonychem non fuisse magni pretij, ideòque posse suspicari an fuerit in Pectorali, quod ex pretiosissimis gemmis conficiebatur. Pliniũ loqui. Respondetur de Arabicis tantùm, in quibus nullum Sardarum vestigium apparet, non verò de Indicis, quarum est prima dignitas, & quibus sępè vsi fuere Reges in diadematibus:

Duodecimus, & vltimus lapis est ישפה *Iaspèh* qui nomen suum retinuit, sicuti ספיר *Sapphirus*; est enim idem ישפה *Iaspèh* Hebraicum, ac ἴασπις apud Græcos; & *Iaspis* Latinorum; & quia Septuaginta, Vulgata, Hieronymus. & Epiphanius verterunt sextum lapidem, nempe יהלם *Iahalòm* pro *Iaspide*, nunc loco Iaspidis habent ὀνύχιον (licèt credibile sit esse Librariorum errorem) Vulgata excepta, quæ vltimo loco habet *Berillum*, nos verò, qui in interpretatione יהלם *Iahalòm* secuti sumus Hebręos dicentes *Iahalòm* fuisse *Adamantem*; nunc etiam eosdem sequimur, asserentes vnà cum ipsis vltimam Pectoralis gemmam fuisse *Iaspidem*. Tot sunt huius lapidis genera, quot colores; quinimò Rabbòth Bemidbar vult Iaspidem colores omnes, qui in reliquis gemmis conspiciuntur, comprehendisse, dum ait: -

בנימין ישפה וצבע מפה שלו רומה לכל צבעים ליב
הצבעים ומצויר עליו ואב ע׳ ש׳ בנימין זאב יטרף:

Beniamin (insculptus erat) *Iaspidi*: & *color Vexilli eius erat similis omnibus coloribus in duodecim lapidibus*, & *depictum*

suam

נקראים אורים ותומים על שם פעלתם :

Vocantur Vrìm, & Thummim ab operatione sua. Talmudici in Massechet Iomà cap. 7. fol. 73. col. 2. ita scribunt -

למה נקרא שמן אורים ותומים אורים שמאירין את דבריהן תומים שמשלימין את דבריהן :

Quare vocatur nomen eorum אורים *&* תומים ? *Vrim, & Thummim? Vrim, quia illuminabant verba ipsorum: Thummim, quia perficiebant verba ipsorum*. subintellige Israelitarum interrogantium. Tandem alij tanquā rem incertam, & in Scriptura non disertè explicatam, in medio relinquunt; huiuscemodi opinionis fuit R Dauid Kimchi, scribens in libro Sciorascìm; -

לא נתברר אצלנו מה הם האורים ואת התומים :

Non constat nobis, quid fuerint Vrìm, & Thummim.

Quicquid ab alijs dicatur, nos probiliùs existimamus *Vrim & Thummim* fuisse ipsissimas gemmas in Pectorali, quod his rationibus suadetur; quia cū Moses Exod. c. 39. accuratè omnia vestimēta recenseat, nullam mentionem facit de Vrim, & Thummim; & Leuit. 8. cum loquatur de Vrìm & Thummim, nihil de lapidibus meminit, ergo probabile dat argumentum nil aliud fuisse præter ipsas gemmas; tum quia in aliquorum sententia, responsum per Vrim, & Thummim datum, è lapidibus illis duodecim egrediebatur, & quidem per lucem ex illis promicantem, vndè אורים *Luces* dicti sint; hinc oritur dubium an Vrim, & Thummim vna, & eadem res fuerit? & sanè videtur quod non, cùm distinctè de his loquatur S. Script. 1. Samuel. 37. vbi responsa data legimus per *Vrim* tantùm, nulla facta mentione de *Thum-*

suam in hac re protulere sententiam, quas omnes hic in medium proferre, & examinare non est mens nostra, sed tantùm aliqua breuitèr attingere, facē cęteris pręferētes, vt intimas huius grauissimę difficultatis medullas penetrare valeāt.

Quoad nomina certissimum est אורים *Vrim* significare *ignes*, vel *luces*, à singulari, אור; & תמים *Thummim, Perfectiones, Integritates*, à singulari תום & radice תמם *Integrum, Perfectum* esse, & de hoc nulla apud vllos dubitatio; licèt aliqui velint vocem hanc אורים *Vrim* deriuari à ירה *docere*, & ad hoc fortasse respexit Hieronymus, dum pro אורים ותמים *Vrim, & Thummim* habet *doctrinam & Veritatem*. Quidam crediderunt אורים ותמים *Vrim & Thummim* fuisse ipsum Pectorale; alij fuisse pretiosos illos lapides supra recensitos; Iudæorum Cabalistæ fuisse quid diuersum & à Pectorali, & à lapidibus somniarunt, nomen videlicèt יהוה. Persuadere conantur alij *Vrim & Thummim* fuisse duas imagunculas Pectorali inditas, quę ad quęsita responderent, inter quos Christophorus Castrus lib. 3. de Vaticinijs cap. 3. S. Epiphanius in Tractatu de 12. gemmis in veste Aharonis, intelligi vult *Adamantem* quendam in medio illarum gemmarum, quasi ille fuisset decimus tertius lapis. R. Azarias in מאור עינים cap. 46. vult ipsa vocabula *Vrim, & Thummim* fuisse scripta, & Pectorali indita, ex eo quia Exod. dicatur: *Et indes Pectorali iudicij Vrìm, & Thūmìm* R. Samuel Cohen Thessalonicēsis asserit pro *Vrìm, & Thūmim* indicari Astrologiā iudiciariam, de qua re vide quę diximus in hac IV. Par. pag. 396. col. 1. R. Bechai in Legem, fol. 107. col. 1. sic scribit -

cero excepto, qui credibile putat, aliquando extraordinariè alios è communi Sacerdotum ordine, quibus prima post Pontificem Sacrorum cura demandata erat, sibi hoc oraculum applicuisse Deumque consuluisse per Vrìm, colligens hoc ex Nùm. 31. 6., vbi Phinees, patre nondum mortuo, iussu Mosis cum כלי הקדש *Instrumentis sanctis*, hoc est illis organis adpetendum Dei consilium comparatis in bellũ procedebat. Quamuis autem Dauid dixerit הגישה נה לי האפוד *Applica quæso mihi Ephod*, non est ita intelligendum, quod ipse gestasset illud, sed quod Pontificem summum rogasset, vt pro se, & in gratiam sui applicaret Ephod; vndè sequitur -

ויגש אביתר את האפוד אל דוד : וישאל דוד ביהוה לאמר ארדף אחרי הגדוד הזה האשיגנו : ויאמר לו רדף כי השג תשיג והצל תציל :

Et applicauit Ebiathar Ephod ad Dauid. Et consuluit Dauid in Domino dicendo: persequar post agmen istud? Num attingam ipsum? Et dixit ei persequere, quia comprehendendo comprehendes, & eruendo erues. Erat enim praxis, quod sola Persona publica in eminenti dignitate constituta consuleret Dominum, cum Summus Sacerdos Diuino indutus esset oraculo, non verò quod talis Persona, siuè Præses consistorij illud gestaret; esset enim Regiæ Maiestati indignum velle se intromittere in id quod soli Summo Pontifici concessũ est. Neque licitum erat Diuinum hoc Oraculum consulere de negotio priuato vel de leui causa, ne illius auctoritas euilesceret; sed tantùm de re graui ad bonum totius Reipublicæ spectante, vt Bello ingruente, fame, peste &c. Addunt Talmudici Ioma c. 7. non quærendum fuisse de duabus rebus simul,

Thummim. Sic & Num. 27. v. 21. habetur.

לפני אלעזר הכהן יעמד ושאל לו במשפט האורים לפני יהוה :

Et ad facies Eleazar Sacerdotis stabit, & petet ei in iudicio Vrìm coram Domino. Certè qui cum nostra sententia asserunt nomine Vrim, & Thummìm venire gemmas in Pectorali positas, non habent difficultatẽ concedendi Vrìm, & Thummìm vnam, & eandem rem esse, siuè mentio sit tantùm de Vrìm absque Thummim, vel è contra. Ad auctoritates verò S. Script. respondit R. Bechai scribens:

לא הזכיר התומים וזה יורה כי האורים עקר השמות שמכחם היו מאירות האותיות זו עם זו להתמים אותם בחבור התיבות עד שיהיה לב הכהן תמים בידיעתן והבורן ועל כן הזכיר מה שהוא עיקר ושתק מן התומים אבל לעולם לא היו האורים בלתי התומים כי שניהם דבר אחד ושניהם שלימות הענין :

Non nominat hic etiam Thummìm; quia Vrim fuerunt nomina principalia, quorum virtute literæ lucem emittebant in oculos Sacerdotis, ad futura cognoscenda, Thummìm non aliò inseruiebant, quam ad combinandas inter se illas literas quæ lucebant, ad perfectas ex illis eliciendas voces, vt Sacerdos in animo suo de illis certus esset. Ideò mentionem facit tantùm principalis, & reticet minùs principale. Nunquam tamen Vrìm erant sine Thummìm: vtraque enim vnam, & eandem rem conficiebant, & perficiebant. Solùm summum Pontificem potuisse gestare Vrìm, & Thummìm, cui tantùm licitum erat ingredi Sanctum Sanctorum, & coram Arca ministrare, cultumque sacrum peragere omnes Interpretes tam Hebræi, quam Christiani conueniunt, Ioanne Spen-

ſimul, ſed tantùm de vna, hinc ſcribunt

אין שואלין שני דברים כאחד ואם שאל אין מחזירין אלא אחד ואין מחזירין אלא ראשון וכו׳ ואם קוצרך הדבר לשנים מחזירין לו שנים שנאמר וישאל דוד בה׳ לאמר הארדוף אחרי הגדוד הזה האשיגנו ויאמר י״י אליו רדוף כי השג תשיג והצל תציל :

Non interrogant duas res coniunctim, aut ſi quærunt, non reſpondetur niſi ad vnam, & quidem primam: Si tamen neceſſitas duo requirat, reſpondetur ad vtramque, ſicut cum Dauid interrogauit, dicendo; 1. an perſequar poſt agmen iſtud? 1. Num attingam ipſum? Reſpondit ei Dominus, 1. Perſequere 2. comprehendendo comprehendes, & eruendo erues. Alij alitèr ſentiunt, & probant. Modus interrogandi deſcribitur à Maimonide in חלכות כלי חמקדש cap. vlt. his verbis:

כיצד שואלין עומד הכהן ופניו לפני הארון והשואל מאחריו פניו לאחורי הכהן ואומר השואל אעלה או לא אעלה : ואינו שואל בקול רם ולא מהרהר בלבו אלא בקלנמוך כמי שמתפלל בינו לבין עצמו :

Quomodo conſulunt ea? Sacerdos ſtat facie ſua verſus Arcam conuerſa, & conſulens retrò illum, facie ad tergum Sacerdotis obuerſa, rogatque, Aſcendam ne, aut non aſcendam? Non quærit voce alta, neque cogitando dumtaxat in mente; ſed voce ſubmiſſa, ad inſtar eius, qui ſolus orat.

Quomodo verò per *Vrim, & Thummim* reſponſa data fuerint hic voluitur totius difficultatis cardo. Hebræorum Doctores volunt Deum ad interrogata reſpondiſſe per lucem aliquam è lapidibus illis pretioſis emiſſam, ita vt literæ illæ quæ reſponſa componere debebant ſupra reliquas protuberarent, inſignemque ſplendorem emitterent; & quia in nominibus duodecim tribuum non reperiuntur omnes literæ Alphabeti, ſed deſunt קצטח, vt etiam hæ adeſſent, præter nomina 12. tribuum addiderunt etiam nomina.

אברהם יצחק יעקב שבטי ישרון ׃

Abraham, Iſaac, Iacob, & Scibte Ieſciurun, vt videri poteſt ſupra pag. 532. Hinc in Gemar. Ieroſolim. Maſſechet Ioma cap. 7. legitur:

אית תניי תני הכתוב בולט מאן דאמר הקול היה שומע ניחא דכתיב וישמע את הקול מאן דאמר הכתב היה בולט והאלית ח׳ ית בשבטים ולא צ׳ די ולא ק׳ וף בשבטים אברהם יצחק יעקב כתיב עליהן והא לית ט׳ ית בשבטים כל אלא שבתי ישראל היה חקוק עליהן :

Sunt doctores qui tradunt, ſcripturam protuberaſſe. Eſt qui dicit vocem fuiſſe auditam, vt ſcriptum eſt: & audita eſt vox. Eſt qui dicit ſcriptura eminebat. At non erat Chet *in tribubus, nec* Tzade, *nec* Koph: *ſed ſcriptum erat ſupra*: Abraham, Iſaac, Iacob. *Sed ecce non erat* Teth *in tribubus, ſed* שבתי ישראל Tribus Iſraël *ſuper ea erat exculptum*. Cabaliſtæ vt innuimus ſupra in hac IV. Par. pag. 300. col. 1. dicunt *Vrim*, & *Thummim* reſponſa reddidiſſe vel affirmatiua, vel negatiua ſuccinctè per monoſyllabas לא *Lo, Non*, vel כן *Chen, Sic*. Illi qui dicunt vocem auditam fuiſſe vocant eam בת קול *Bàth Kòl*, quæ à Rabbinis definitur eſſe certam ſpeciem diuinorum oraculorum ſuccedentem in locum Prophetiæ, atque Vrim, & Thummim, tempore templi ſecundi, quando Spiritus Sancti præſentia & Prophetia deficiebat; hinc referente Buxtorf. Lex. Talm. fol. 321., quadam vice miniſtrantibus ipſis in cœnaculo domus Goriiæ, edita fuit ipſis Filia vocis è Cœlo quæ dicebat, Homo quidam inter vos eſt, qui dignus eſt vt Maieſtas Diuina

Gemarici, qui in Massechet Ioma cap. 7. hæc habent:

כל כהן שאינו מדבר ברוח הקודש ושכינה שורה עליו אין שואלין בו שהרי שאל צדוק ועלתה לו ואביאתר ולא עלתה לו שנ׳ ויעל אביתר הכהן עד תום כל העם וגו׳ :

Omnis Sacerdos, qui loquitur per Spiritum Sanctum, & super quem Deus non habitat sua presentia, censetur ineptus ad interrogationes; Nam ecce interrogauit Zadok, & responsum ei est: Abiathar etiam interrogauit, sed ei non est responsum, prout dicitur; (11. Sam. 15. 24.) *Et ascendit Abiathar Sacerdos donec expletus esset omnis populus.* R. Bechai in Deut. 33. 8. & R. Maimonides *Hal. Kele hammik.* Ex Christianis, Riuetus Tom. 1. Salianus Tom. 2. Annal. V. T. ad annum Mundi 1544. §. 550. Cornel. à lapide in Exod. 28. pluresq. alij. Obitèr nota ex celebri illo Oraculo Vrìm, & Thummìm, quo induebatur Summus Sacerdos in V. T. probari Summum Pontificem in Nouo, posse considerari vt Summum Ecclesiæ Caput, & vt primatum Doctorem, quia sicut in V. T. illud Oraculum edocebat Summum Sacerdotē, atque ab eodem ad pectus gestabatur, non priuatæ. & domesticæ vesti, sed Pontificali, & solemni inscriptum erat, vt bene ex Recentioribus obseruat Auctor Regalis Sacerdotij lib. 3. §. 1. Deo (vt ipse ait) hac ratione ostendente, munus Ecclesiam instruendi, & in causis ambiguis iudicandi, ad Summum quidem Sacerdotem pertinere; non tamen semper, & vbique, sed cum Pontificem agit, tunc enim, & non aliàs, eum cœlitus ne fallat, aut fallatur, illustrari.

Potest quæri cur Deus non responderit Sauli per Vrìm, & Thummìm interrogantem? ...

super ipso requiescat, sed sæculum eius est indignum. Proindè conuertebant oculos suos ad Hillelem senem, quem cum moriebatur plangebant, Sanctum illum, scilicet & humilem discipulum Esræ. Auctor *En Israël* ad tract. Talmud. de Benedictionibus cap. 1. explicat cur dicta sit *Filia Vocis*:

בת קול היא שלא היו שומעים קול היוצא מן השמים אלא מתוך אותו קול יוצא קול אחר כמו פעמים שאדם מכה בכח. ושומע קול אחר היוצא ממנו למרחוק ואותו קול היו שומעים לכך היו קורין אותו בת קול :

Quod pertinet ad Filiam vocis, quidam dicunt non auditam esse vocem, qua de cælo exiret, sed è medio illius Vocis exilientem aliam vocem, vt fieri solet, quando homo aliquid percutiens audit à longe vocem aliam inde ortam. Sic eiusmodi Vocem audiebant; ideòque vocarunt eam Filiam Vocis. Verùm quicquid dicitur de *Filia Vocis* apocryphum est, ipsique doctrinæ Talmudicæ contrarium, vt ostendimus Par. II. pag. 110. col. 1.

Nos verò probabiliùs existimamus Summum Pontificem responsa habuisse non per insolitam lucem à lapidibus illis emissam, neque per fulgorem, & prominentiam literarum, neque per vocem, sed per illuminationem intellectus, ità vt nisi Sacerdos fuerit legitimè, & ritè indutus Ephod, & Pectorali cum suis gemmis ornato, ita iubente Deo, responsa non acciperet. Hęc autem responsio non est necesse, vt habeatur per vocem, eodem planè modo, quo Patres, & Prophetæ suas accipiebant reuelationes, & Prophetias. Vndè non erat vis aliqua in lapidibus ad has responsiones, sed tantùm ad illorum præsentiam Deus occulto aliquo modo operabatur. Huiuscemodi opinionis fuerunt ex Hebræis

ד׳ מנקנ״ג רבי שמואל יפה אשכנזי בן ר׳ יצחק יפה כתב ספר יפה עינים :

1952 R. SAMVEL IAPHE GERMANVS BEN R. ISAAC IAPHE, de quo supra litera שי *Sciu* pag. 394. col. 2. num. 1767. scripsit etiam ס׳ יפה עינים *Sepher Iaphe Enaiim*, Librum quem vocauit, *Pulcher oculis*. Sunt Conciones, ex Buxtorfio.

ד׳ מנקנ״ג ר׳ שמואל ן׳ סירליון כתב כללי שמואל ונמצא בספר תמת ישרים :

1953 R. SAMVEL ABEN SERIGLIO scripsit כללי שמואל *Chelale Samuel*, *Conclusiones Samuelis*. Reperiuntur in libro תמת שרים *Tumath Iesciarim*, *Perfectio rectorum*.

ד׳ מנקכ״ל ר׳ שמוא׳ קורקוס פכב פירוש על מסכת גיטין ונמצא כ״י בוואתיקאנו מיון קס״ט :

1954 R. SAMVEL KORKOS scripsit Commentarium super codicem גיטין *Gitin* De Diuortijs, & Libello repudij, quomodo scribi, dari, offerrique debeat. Reperitur msc. in Bibl. Vatic. num. 169. De huiusmodi libello aliquid libauimus supra Par. III. pag. 151., 374. 468. 496. 504. & 564. Restat solùm vt eius formulas, nonnullaque ad eas pertinentia hic subijciamus.

Libelli apud Hebræos Repudij veterem formulam in lingua semi-Babylonica ita describit Ioannes Seldenus in Vxore Hebraica lib. 3. cap. 24.

נופו של גט

rogauti? Dicit enim scriptura 1. Sam. 28. 6.

וישאל שאול ביהוה ולא ענהו יהוה גם בחלמות באורים גם בנביאים :

Et interrogauit Saul Dominum, & non respondit ei Dominus, nec per somnia, nec per Vrim, nec per Prophetas. Respondit Iosephus, quod hæc taciturnitas alicuius est latentis causa peccati, & sic colligitur quod aliquando Deus non respondebat propter peccata alicuius, sicut accidit ipsi Sauli in hoc casu. Eandem responsionem tradit R. Leui ben Gerson.

ויותר נפלא מזה שלא ענהו באורים אשר מדרך הנשאל בהם שיבוא לו מענה אם לא יהיה זה בסבת חטא כמו שמצאנו בשאול כשאל באלהים שלא ענהו מצד מה שעבר בנו על השבועה במה שטעם מדבש וידמה שלא היה שם כהן ראוי שתשרה עליו רוח הקדש להיות נשאל באורים ובתומים כי כבר הרג שאול נוב עיר הכהנים שהיו בה הכהנים החשובים והנמלט מהם היה עם דוד והיתה הסבה על שלא באהו מענה חטא שאול או יתקבצו שתי הסבות יחד :

Magis autem mirum est, quod non respondit ei Deus per Vrim, qua solebant interroganti responsum dare, nisi singulare aliquod peccatum obstiterit, sicut inuenimus de Saule, quando interrogauit Dominum, quod ei non responderit propter peccatum, quo filius ipsius, superhabita adiuratione paterna (1. Sam. 14. v. 24.) *de melle gustauit. Præterea non videtur ibi fuisse Sacerdos aliquis Spiritus Sancti capax, qui interrogaretur, seù consuleretur per Vrim eo quod Saul internecioni dedisset Nobem, Vrbem Sacerdotum, in qua fuerunt Sacerdotes præstantissimi, & quicumque erepti fuerunt, essent cum Dauide; atque hac de causa nullum illi responsum datum: vel Vtraque causa concurrit*. Et de his pro modulo nostro satis.

הרי את מותרת לכל אדם ודין דיהוי ליכי מינאי ספר תירוכון ואגת שבוקין וגט פטורין למהך לתתנסבא לכל גבר דתצביין:

Corpus seù substantia ipsa Libelli

Ecce licita sis viro cuicumque. Atque hic est inter te, & me libellus Repudij, Relictionis epistola, ac instrumentum Dimissionis, adeòque tibi liberum sit, cuicumque velis nubere.

Integra verò formula, adiectis tempore, Loco, Testibus &c. ad hunc modum à Maimonide halach. Giruscin cap. 4. Sal. Iarch. ad Talmud Babylon. tit. Gittin c. 9. fol. 85. 6. & ab aliis Rabbinis, exhibetur.

בכך ובכך בשבת בכך וכך לירח פלו׳ כשתאכך וכך ליצרה או לשטרות למנינא דרגילנא למימני בוה ממקום פלוני איך אנא פלוני בר פלוני דמקום פלוני וכל שום אחרן וחניכא דאית לי ולאבהתי ולאתרי ולא תריהון ראבהתי צביתי ברעות נפשי בדלא אניסנא ופטרית ושבקים ותרכית יתוכי ליכי אנת פלונית וכל שום אחרן וחניכא דאית ליכי ולאבהתיכי ולאתריכי ולאתריהון ראבהתיכי די הוית אנתתי מן קדמת דנא וכדו פטרית ושבקית ותרובית יתיכי ליכי דתהויין רשאה ושלטהא בנפשיכי למהך להתנסבא לכל גבר דיתיצביין ואינש לא ימחה בידיכי מן יומא דנן ולעלם והרי את מותרת לכלאדם ודן די יהוליכי מנאי ספר תרוכין וגט פטורין ואגרת שבוקין כדת משה ואשראל:

פלוני בן פלוני עד:

פלוני בן פלוני עד:

Feria N. Mensis N. Die N. Anno N. siuè à Mundo condito, siuè ærae N. qua in loco N. vtimur. Ego N. Filius N., & quocumque nomine, seù cognomine alio, siuè parentes mei, siuè locus, vndè ego dignoscor, siuè loca vndè parentes mei dignoscuntur, nuncupamur, vltrò atque ex animi sententia, & sinè coactione dimitto, relinquo, repudio te Tibi Tu N. ex loco N. & quocumque nomine, seu cognomine alio; siuè ipsa Tu, siuè parentes tui dignoscuntur, nuncupamini; quæ anteà vsque in hoc momentum vxor mea fuisti. Et nunc dimitto, relinquo, & repudio Te tibi, adeò vt sis libera, & tibi sit Potestas abeundi, & cuicumque viro velis nubendi. Nec mortalium quisquam te prohibeat ab hoc die in perpetuum. Et ecce sis cuicumque viro licita. Et hic esto libellus Repudij, Instrumentū dimissionis, & Relictionis epistola, iuxta præscriptū Mosis, & Israelitarū.

N. Filius N. testis.

N. Filius N. testis.

Wilhelmus Schickardus in *Ius Regium Hebræorum cap.* 3. suum Exemplar Libelli Repudij, his verbis tradit.

בשלישי בשבת בארבע ועשרים יום לירח אלול שנת חמשת אלפים ושלש מאות ועשרים ושתים לבריאת עולם למינין שאנו מנין כחן בעיר לייפציק מתא דיתבא על נהר עלסטר ועל נהר פליים ועל נהר ברדע ועלמי מעינות אנא אביגדר בן יהודה חכהן העומד היום בעיר לייפציק מתא דיתבא ועל נהר עלסטר ועל נהר פליים ועל נהר ברדע ועלמי מעינות צביתי ברעות נפשי בדלא אניסנא ושבקית ופטרית ותרוכית יתיכי ליכי אנת אנתתי מערלן בת יוסף דהוית אנתתי מן קדמת נדא וכדו פטרית ושבקית ותרוכית יתיכי ליכידי תיהוויין רשאה ושלטאה בנפשיכי למהך להתנסבא לכל גבר די תיצביין ואנש לא יבחא בידיכי מן ומאדנן ולעולם והרי את מותרת לכל אדם ודן די יהוי ליכי מנאי ספר תרוכין ואגרת שבוקין וגט פטורין כדת משה ואשראל:

Tertio die hebdomadis (quem nos Martis vocamus) *die vigesimo quarto mensis Elul* (respondentis nostro ferè Augusto) *Anno quinquies millesimo trecentesimo vigesimo secundo à Creatione Mundi, vt nos computare solemus* (hoc est anno Christi 1562.) *hic in vrbe Leipzik, loco collocato iuxta flumen Elster, & flumen Pleis, & flu-*

libro præceptorum R. Mosis de Cozi, qua vsque hodie viuitur his fermè verbis:

In Sexta Sabbathi, in duodecima mensis Adar, anno à Creatione Mundi quinquies millesimo trecentesimo sexto, in Vrbe Cremona iuxta fluuium Padum, in Italia. Ego Samuel Carmina, filius R. Daniel Sapharadi, sponte mea, & ex animo, ac citra vllam coactionem dimitto à me Rachel filiam R. Ezra PariZol; & concedo ei licentiam, & potestatem, vt ad arbitrium suum abeat, quo ei visum fuerit; du:ique possit ab omni viro: nec eam quisquam prohibere præsumat. In cuius rei testimonium dedi ei hunc librum repudij, & schedam dimissionis, atque signaculum diuortij, iuxta constitutionem Mosis, & Israël, præsentibus testibus infrascriptis.

Mardochaï Gaberol,

Hella Chaphet,

Manuel Pandin.

Hinc clarè apparet semper vniformem fuisse formulam hanc libelli repudij ab Hebręis vsque hodie vsitatam. Quomodo verò hic libellus scribatur, refertur in Gittin cap. 2. videlicet -

בכל נתבי בדיו בסם בסיקרא ובקימום ובקנקנתום ובכל דבר שהוא של קיימא אין בותבין לא במשקין ולא במי פירות ולא בכל דבר שאינו מתקיים על הכל כותבין על העלה של זית ועל הקרן של פרה ונותן לה את הפרה על יד של עבד ונותן לה את העבד : הכל כשרין לכתוב את הג מאפילו חרש שוטה וקטן ,

Libellus Repudij *quacumque re scribi potest, scilicet Atramento Auripigmento, Minio, Gummi; Calchantho, &* (vnico verbo) *om-*

flumen Aarde; & apud aquas scaturientes (siuè fontanas) *ego Afigeder* (quos vulgò Fridericos appellant, vt mardochęos notiori nomine Marcos &c.) *filius Iehuda, Sacerdos, stans*, (seù degens) *hodie in Vrbe Leipzik loco collocato iuxta flumen Pleis. & flumen Barde, & apud aquas fontanas* (quod sic repetunt vt essentiale requisitum: nefas enim est alibi quam ad confluentem hosce libellos scribere) *Volui Voluntate animi mei absque coactione, & dimisi, & dissolui, & repuli Te sibi, ò tu mulier mea Marlan filia Iosephi, quæ fueras vxor mea pridem. Nunc autem, & deinceps libero, repudio, & expello te tibi; Vt fias tuæ potestatis, facultatem habens ipsamet abeundi, & nubendi cuicumque viro libueris: mortalium nemo prohibeat manus tuas, ab hoc die in æternum. Ecce tu concessa es omni homini, & hic ipse tibi sit à me Libellus diuortij, & epistola desertionis, & scheda repudij, de Iure Mosis, & Israel.* Idem Auctor exponit etiam aliam formulam, quę recensetur in R. Iacobi Leuitæ *Minhage Maharil fol. 90. col. 2. edit. Sabionetæn. De anno 426. min. supput. Chr: 1556.* Eodem tenore describitur à Buxtorf. in Gram. Chald. & Syr. pag. 398. editionis Basileensis anno 1615. In dissert. de sponsalibus & diuortijs. Et in Synagoga Iudaica cap. 29. Consule etiam Drusium lib. 14. Obseruat. c. 10. Petitum li. 2. Variar. Lect. 1. 19. pag. 138. Dilherrum lib. 1. Elector. cap. 7. pag. 41. & alios, quos *Schikardus* loco supp. cit. recenset.

Sixtus Senensis lib. 2. Bibliothecæ Sanctæ refert, quod Hebræi sui temporis in conscribendis huiusmodi libellis, formula quadam vtebantur, desumpta ex

res facta facilis, *& fortassis Mulier innumeris interdum vicibus à marito expellatur quotiescumque scilicèt in mentem ei venerit: ut item mulieres nonnullæ sub hoc pretextu exeant, ac dicant, Expulsa sum à marito meo, ut tantò liberiùs cum alijs viris scortari possint*. Tertia. -

שיהיה ענין הכתב שיגרשה והסירה מקניינו :

ut primaria scripti materia esset, maritum uxorem è dominio seù possessione sua dimittere, & summouere: idque ex eo quod in lege sacra legitur ושלחה *& dimittat eam*. Quodsi vteretur tantum verbis, quæ illius ab ea dimissionem, non huius ab eo exprimerent, irritum haberetur repudium. Verbi gratia, si scriptum esset אני בעליך *Ego non ero, aut non sum maritus tuus*, siuè אני ארוסך *Ego non ero aut non sum sponsus tuus*, siuè quid eiusmodi aliud, Repudium inde non fiebat. At si

הריאת משולחת :

ecce dimissa sis tu, aut -

אריאת מגרשת :

ecce repudiata, aut *expulsa sis tu*: aut -

הריאת לעצמך :

tibi sui sit potestas, aut quid eiusmodi inferretur legitima erant repudij verba. Quarta est -

שיהיה ענינו רבר חכורת בינו לבינה :

Ut materia primaria libelli eiusmodi esset, ut ipsa ab ipso excideretur.

Hoc est tam Tertia, quam Quarta ita intelligenda sunt, vt ex vi verborum, manifesta esset coniugij solutio, ac intercisio. Quinta est -

שיהיה נכתב לשמה :

Ut libellus *conscriberetur nomine Uxoris*; cum scriptum sit in lege, *scribat ei libellum repudij*. Sexta -

שלא יהיה מחוסר מעשה אחר כתיבתו אלא נתינתו בלבד :

Ut postquam erat conscriptus libellus (totus more solemni) *nil restaret agendum*, seù

omni eo, quo literæ perennantes efformantur. Non ergo scribere licet liquore aliquo (ex his: Ros, Aqua, Vinum, Oleum, Lac, & Mel apum) *item nec succo fructuum, aut ulla re alia, cuius ductus obfuscantur. Porrò super rem quamcumque* (libellum repudij) *scribere licet, etiam super olivæ folium, aut cornu vaccæ, quæ vacca* (mulieri cũ qua quis diuortiũ facere vult,) *per seruum mittenda, seruo ei quoque donato. Denique, cuiusuis ministerio, ad scribendum Repudij libellum, uti fas est, ne surdo & muto, stulto, & puero quidem, exceptis*. De his consulas *Christoph. Wagenseilium in Sota* cap. 2. Libellum repudij modo singulari scriptum esse oportet; et lineis quidem duodecim plures, paucioresque non habebit Buxtorf. Synagog. Iudaic. c. 28. Vt autem hic Repudij libellus legitimus foret decem circumstantias singulares, cautè obseruandas tradunt Magistri. Prima est

שלא יגרש האיש אלא ברצונו :

ut maritus non dimitteret uxorem, nisi ultrò, atque ex animi sui sententia. Ex eo quia Deuter. dicatur *Si ea non inuenerit gratiam in occulis eius*. Secunda circumstantia est -

שיגרש בכתב ולא בדבר אחר :

Ut scripto repudiaret, & non re alia. Cur verò expelli debeat scripto, & non verbis, vel re alia, assignat rationem Abarbanel in Deuter. his verbis: -

האמנם לא רצתה התורה להתגרש בדברים או בכסף ביציאה מביתו ׳ כדי שלא יהיו הגירושין רבר נקל לעשותו ותהיה האשה גרושה מאישה פעמים אין מספר כל עור שיעלה על רוחו וגם היא תצא ותאמר גרושה אני או כבר גרשני בעלי כדי לנאוף את איש אחר עכ״ר :

Noluit autem Lex, ut Mulier expellatur vel verbis nudis, vel Pecunia, vel egressione simplici è domo eius; ne Diuortia sint

ob duritiem cordis Iudæorum, ne scilicèt Iudæi vxores suas, quas repudiare nequirent, occiderent; vnde Deus cum illis in lege Matrimonij dispensabat, eorumque infirmitati subueniebat. Sed tanta erat eorum durities, vt quod Deus per indulgentiam permisit, veluti Præceptum diuinum sumerent, & sic accipiunt illud Deuter. 24.

כי יקח איש אשה ובעלה והיה אם לא תמצא חן בעיניו כי מצא בה ערות דבר וכתב לה ספר כריתת ונתן בידה ושלחה מביתו ויצאה מביתו והלכה והיתה לאיש אחר ושנאה האיש האחרון וכתב לה ספר כריתת ונתן בידה ושלחה מביתו :

Cum acceperit Vir Vxorem, & coierit cum ea, & erit, si non inuenerit gratiam in oculis eius, quia inuenit in ea nuditatem rei, & scribet ei libellum repudij, & dabit in manu eius, & dimittet eam è domo sua. Et egredietur è domo eius, & ibit, & erit Viro alteri. Et (si) odio habuerit eam vir alter, & scribet ei libellum repudij, & dabit in manu eius, & dimittet eam è domo sua. Verùm hoc non fuisse præceptum docuit veritatis Magister, Matth. 19. tentantibus Pharisæis Iesum, an liceat homini dimittere vxorem quacumque ex causa? respondit eis: *Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum, & fœminam fecit eos?* & dixit: *Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit Vxori suæ, & erunt duo in carne Vna.* Dicentibus Pharisæis: *Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere?* ait illis: *Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit Vobis dimittere Vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem Vobis, quicumque dimiserit Vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* Hinc est diligentèr attendendum, quod

seù *actus alius non esset reliquus, præter ipsam traditionem.* Ex eo quia dicat lex וכתב ונתן *& scribat, & tradat.* Septima est –

שיתנהו לה :

vt traderet libellũ Vxori, cum scriptum sit. *& tradat in manum eius.* Traditionem autem ita oportuit fieri, vt adijcerentur verba, tradentis mentem satis explicantia, velut הרי זה גיטך *Ecce hic libellus tibi repudij est.* Octaua circumstantia est –

שיתנהו בפני עדים :

Vt traderet Vir libellum coram testibus cum scriptũ sit Deuter. 19. 15. *In ore duorum aut trium stabit omne Verbũ.* Nona est –

שיתנהו לה בתורת גירושין :

Vt traderet libellum vxori Vir ad legem, seù *modum Repudij*; idest, vt nomine Repudij tam ab ipso traderetur, quam ab ipsa acciperetur libellus. Decima & vltima est –

שיהיה הבעל או שלוחו הוא שנתנהו לה :

vt maritus, aut procurator eius ipse esset, qui Vxori libellum traderet. Huiusmodi Procuratorẽ nuncupant שליח הולכה *Nuntium*, seù *Procuratorem ad deferendum* libellum constitutum. Neque est necesse quod à Maritò scribatur, sed sufficit si ab ipso Delegato, vel Procuratore, aut Scriba eius nomine. Sic Maiemon –

אחד הכותב בידו או שאמר לאחר לכתוב לו :

Perindè est, siuè ipsemet scribat manu sua, siuè alium iubeat scribere. Similitèr etiam mulier potest recipere ipsum libellum, vel ipsamet, vel per legitimum Procuratorem. Et hoc debet fieri auctoritate publica, quoniam sic explicatur illud Targum Ionathan. –

ויכתוב לה ספר תירוכין קדם בית דינא :

Et scribet ei libellum repudij coram domo iudicij.

Iam Par. III. pag. 468. docuimus Mosen permisisse dare libellum repudij

Verùm Iudæi caulas licèt leuissimas venantur, vt possint dimittere vxores, & prorsùs ridicula videtur comparatio mulieris cũ vase quæ legitur in ספר החנוך fol. 208., videlicèt.

משרשי המצוה לפי שהאשה נבראת לעזר לאדם והיא לו כאחד מכלי חמדתו וכענין שאמרו ז״ל אין האשה כורתת ברית אלא למי שעשאה כלי ואחר שכן חיה מרצונו כה שבכל זמן שיקוץ בכלי הזה שיוציאנו מביתו ומן הטעם הזה יש מרבותינו שיאמרו בגמרת גטין שאפי הקריחה תבשיל יכול לגרשה כלומר מפני דבר קטן אחר שאינה לו אלא ככלי יקר שבבית :

Ex fundamentis huius præcepti est; cùm mulier creata sit pro adiutorio hominis, eique sit instar Vnius Vasorum pretiosorum eius, iuxta id quod Rabbini nostri dicunt; Mulier non adhæret firmiter, nisi ei qui fecit eam vas; *cùm, inquam, res ita se habeat, hinc est penes voluntatem patris familias, Vt quandocumque tædium ei oboritur Vasis huius, illud è domo sua eliminet. Hanc ob causam scripserunt Rabbini nostri in Talmud Gittin, quod etiam ob adustum edulium Vel iusculum, homo possit Vxorem suam repudiare, quasi dicerent, ob rem minimam; eò quod non alitèr sit in domo ipsius, nisi instar Vasis Vel suppellectilis alicuius pretiosi.* Extendunt etiam Hebræi illam nuditatem, vel fœditatem si vxor lauerit cum viris in eodem lauacro, vel in loco vbi viri lauare solent, vel nuda brachia ostentarit, vel nudo pectore incesserit &c. His similia leguntur in כל בו *Col-bo*, הלכות גיטין fol. 88. col. 3. 4.

ערות דבר כגון עוברת על דת משה מאכילתו משאינו מעושר ומשמשתו נדה ולא קוצת חלה ונודרת ואינה מקיימת וכן עוברת על דת יהודית שיוצאת בשוק וראשה פרוע ואפילו קלתה בראשה אם מצאה לרשות הרבים וטוות ורד כנגד פניה ומשחקת עם הבחורים וכו׳ :

Quid est ערות דבר? *Veluti si transgrediatur*

quod Pharisæi, vt fortior esset eorum obiectio, dicunt *mandauit*, falsò supponendo esse præceptum; quasi dicerent *præcepit*. At Iesus respondens illis; non dixit; Moyses ad duritiam cordis vestri *mandauit*, vel *præcepit*, sed *permisit*, ostendere volens hoc præceptum non esse, sed permissum. Neque obstat quod legitur Marc. cap. 10. v. 2., rogantibus Pharisæis Christum, an liceret vxorem dimittere, primò respondisse: *Quid vobis præcepit Moyses?* sciebat enim Christus nihil de hac re præcepisse Moysen, sed quia agnoscebat talem interrogationem insidiosam esse, voluit quasi quæstione opposita illos tentare, dicens *Quid vobis præcepit Moyses?* Quasi diceret, nonne legem habetis? videte an Moyses aliquid hac de re præcepit; si præcepit aliquid, proferte, eiusque præceptis obtemperate; si non, cur me hac interrogatione tentatis? Ad hanc responsionem perterriti, non ausi sunt dicere: Moyses *mandauit*, sed *permisit libellum repudij scribere, & dimittere*. Hinc verificatur Christum non venisse destruere legem, sed adimplere, cum noluit contradicere Moysi, sicuti suspicabantur Iudæi. Per nuditatem legit Tertull. lib. 4. contra Marcion. 34. *Si in ea inuentum fuerit negotium impudicum*, indeque concludit, ob solam vxoris fornicationem, licitum fuisse Iudæis dare libellum repudij. Origenes verò, Chrisostomus, & alij Interpretes, per *nuditatem*, seù *fœditatem*, non solam fornicationem, sed etiam alias fœditates, tùm animi, tùm corporis accipiunt, vt lepram, sterilitatem, veneficium rixas perpetuas, ebriositatem, & alias huiusmodi fœditates, ob quas licitum fuisse repudium docent.

Iudęorum permissus erat libellus repudij, per quem matrimonium soluebatur, vt liceret aliam vxorem ducere: sic in noua Lege sustulit libellum repudij, sanciens, quod: *Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissā duxerit mœchatur*. Vndè sequela illa Lutheri potest admitti si respiciat tantum Legem veterem, videlicèt, quicumque dimiserit vxorem ob fornicationem, & aliam duxerit non mœchatur, cum Pharisęi interrogassent Christum, an liceat dimittere vxorem quacumque ex causa, & Christus se restrinxit ad solam fornicationis causam; prout verò respicit Legem nouam est falsissima, & damnata à Concil. Tridentino sess. 24. can. 7. Tantùm igitur à contrario potest inferri ex illa propositione. *Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur*, ergo qui dimittit vxorem ob fornicationem, & aliam ducit, non mœchatur quidem dimittendo fornicariam, sed mœchatur aliam ducendo, cum adulterium soluat quidem coniugium quo ad thorum, non quo ad vinculum. Modò remanent nonnullæ Iudæorum obiectiones soluendæ.

1 Mulier in casu adulterij, seù fornicationis, ex lege rea est mortis, ergo dimissio mulieris ob fornicationem non est permissa, sed præcepta; & cum adulterium per se soluat matrimonium, dicendum est, quod illa verba Deuter. 24. *Si non inuenerit gratiam in oculis eius, quia inuenit in ea nuditatem*, seù *fœditatem rei*, sunt intelligenda non de solo adulterio, sed etiam de alijs rebus fœdis, & turpibus.

2 Colligunt ex illis verbis: *Non est bo-*

tur legem Mosis: E. G. si prabeat marito cibum non decimatum; si tempore menstrui ministrauerit ei: si non abscindat Challam, seu particulam de massa, ex qua panem faciunt: si votum faciat, & id non obseruet: sic, si transgrediatur leges verecundiæ, & honestatis mulierum Iudaicarum; veluti si detecto capite exeat in plateam, quantumuis calathum in capite gestet; si fuco faciem suam tingat vel pingat: si cum iuuenibus ludat. Existimant tamen nonnulli, ob hæc non posse repudium mitti, nisi admonitio præcesserit, & nisi testes habeantur. Quid amplius? Si Viro propria vxor displiceat, & alia melius placeat, dicunt posse repudij libellum illi dare, & aliam ducere, ex eo quia dicatur *si non inuenerit gratiam in oculis eius*. En quam leues sunt causę ad explendam Iudæorum libidinem adinuentæ. Dicendum est igitur nisi ob fornicationem permissum fuisse Iudæis vxorem dimittere, & aliam ducere cum verba illa Christi: *Quicumque dimiserit Vxorem suam, nisi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur*, respiciant non tantùm Legem nouam, sed quodámodo Legē veterē. Quapropter insipida est hìc consequentia Lutheri, & Caluini, qui à contrario arguentes dicebant, ergo qui dimiserit vxorē suam ob fornicationem, & aliam duxerit, non mœchatur; & sic per adulterium censent solui matrimonium, non tantùm quo ad thorum; sed etiam quo ad vinculum; ita vt aliam vxorem ducere, & aliud matrimonium contrahere liceat. Quoniam Christus tanquam nouus nouæ Legis Lator voluit matrimonium ad primæuam suam institutionem, & insolubilitatem reuocare, nouamque Legem promulgare; & sicut in Lege Mosis ad duritiem cordis

hinc ſcribit ei libellum repudij.

Ad ſecundam dicimus verba illa : *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum* , non eſſe intelligenda de quocumq. homine ; nec in quocumque ſtatu ; ſed tantùm de primo homine, videlicèt, Adamo, & in ſtatu in quo ſolus erat. Nàm cum Deus in cæteris animantibus talem præſcripſerat ordinem, vt mas cum fœmina, generando, ſuam ſpeciem propagarent & multiplicarent, noluit hoc priuilegio caruiſſe Adamum, per quem cætera animantia facta erant, vt enim inquit: Ambroſius lib. de Noe, & Arca c. 4. quærens quid læſerant irrationabilia vt delerentur, hanc reddit rationem: *ſed quia propter hominem illa facta erant, eo vtique deleto propter quem facta ſunt, conſequens erat, vt etiam illa delerentur, quia non erat qui his vteretur*. Videns autem Deus hominem eſſe ſolum, ait:

לא טוב היות האדם לבדו אעשה לו עזר כנגדו :

Non bonum eſſe hominem ſolum faciam ei adiutorium, tanquam coram eo, ſeù vt Vulgata legit, *Adiutorium ſimile ſibi*. Gén. 2. 18. Nihil igitur ad rem faciunt illa verba ad probandum dimittendam eſſe vxorem, ex eo quia diſſentit viro eique contradicit.

Ad tertiam, fateor me ignorare ex quanàm Dialectica deducatur hęc cóſequentia, ex eo quia Prophetæ non arguerunt Iſraelitas de vxoribus ab ipſis quacumque ex cauſa dimiſſis, ergo talis dimiſſio erat à Deo præcepta. Tot enim erant Iſraelitarum ſcelera directè contra leges à Deo poſitas, vt ſatis habuerint eos de illis arguere.

Ad quartam, non aſſerimus Diuortia eſſe vtcumque illicita, & prohibita, ita vt in aliquo caſu non poſſit ſemel deſpon-

bonum hominem eſſe ſolum, Coniugium inſtitutum eſſe, vt in illo melius ſit homini, quam extra illud; atqui quando coniux eſt contraria, & perpetuò diſſentit marito, non eſt meliùs, ſed peius, ergo debet illam dimittere.

3 Prophetæ nunquam arguerunt Iſraelitas, ex eo quia dimitterent vxores quacumque ex cauſa, ergo ſignum eſt non fuiſſe illicitum.

4 Si diuortia non ſunt à Deo præcepta, ſequitur mulierem ſemel deſponſatam non poſſe à viro ſuo ſeparari, ergo cur Deus permittit dimiſſam viro alteri, cum in tali caſu adhuc ſit vxor mariti prioris?

5 Obijciunt exemplum Abrahami, de quo Gen. 16. 2. legitur duxiſſe Hagarem ſuaſu coniugis ſuæ, eiuſdemque inſtinctu eieciſſe, & expuliſſe vnà cum filio Iſmaële.

Ad primam reſpondetur, vtique verum eſſe, mulierem ob adulterium ream fuiſſe mortis; Chriſtus verò reſpondit tantummodo ad quæſitum Phariſæorum interrogantium, *an liceret dimittere Vxorem, quacumque ex cauſa?* Vndè vt oſtenderet nullum in hac re extare præceptum, voluit cum illa reſponſione, *Quicumque dimiſerit Vxorem* &c. dicere, quod ſi aliqua eſt cauſa in qua juſtè permittitur dare libellum requdij, hæc vnica eſt adulterium. Tùm quia non ſemper maritus vult accuſare vxorem de adulterio, ſed aliquando illi parcere, vel ob eius honorem, vel quia res eſt in occulto nec ſemper adſunt teſtes ſufficientes; & cum non ſit mariti depoſcere mulieris ſupplicium, eamque de adulterio apud Iudicem accuſare, ſed tantùm legitimam ſeparationem ab ea facere.

לה כתובה פלגש אין לה כתובה ר׳ יהודא אומר אחד זו ואחד זו יש להן כתובה אלא אשה יש לה כתובה ותנאי פלגש יש לה כתובה ואין לה תנאי כתובה :

Quanam est Concubina , & quanam est Vxor? R. Meir dixit ; Vxor habet instrumentum dotale : Concubina non habet . R. Iehuda dixit ; tàm huic , quam illi est instrumentum dotale : hoc verò interest , quod Vxor habet instrumentum dotis , & conditiones huius instrumenti ; Concubina habet instrumentum dotis , sed non conditiones eius . Vndè discrepant Rabbini in assignando differentiam inter veras vxores , & concubinas ; hìc verò nòn est nostrum de his quæstionem texere , & inquirere: consulat qui voluerit Maiemonidem חלכות מלכים cap. 4. vbi scribit solum Regē potestatem habuisse ducendi vxores , & concubinas sine instrumento dotali , & sponsalibus , prohibitum verò fuisse homini plebeio , Exemplar Instrumenti dotalis , vt refert Buxtorfius de Sponsalibus erat huiusmodi -

נוסח שטר כתובה

כרביעי בשבת בכך לחדש פלר בך ובך לפ״ך למנין שאנו מונין פה ויניציאה מתא דיתבא על נהרי פלר ופלר איך כמ״ר פלו׳ יצ״ו אמ׳ לה למרת פלונית בתולתא בת כמ״ר פלו׳ הוי לי לאנתו כדת משה וישראל ואנא אפלח ואוקיר ואזן ואפרנס יתיכי בהלכת גוברין יהודאין דפלחין ומוקרין וזנין ומפרנסין לנשיהון בקושטא ויהיבנא ליכי מהר בתוליכי כסף זוזי מאתן דחזו ליכי מדאורייתא ומזונייכי וכסותייכי וספוקיכי ומיעל לותיכי כאורח כל ארעא וצביאת מרת פלונית בתולתא דא והות ליה לר׳ פלר חתן דנן לאינתו ודא נדוניא דהנעלת ליה בין בכסף בין בזהב בין בתכשיטין בין בשימושי דירה בין בשמושי ערסא סך הכל קבל עליו ר׳ פלר חתן דנן בסך כך וכך דוקא״תי מחשמש טבי ותקולי וצבי ר׳ פלר חתן דנן ואוסיף לה מן דיליה סך כך דוקאטי מחשמש טבי ותקולי במתנה כי היכי דלהוו לה בין הכל סך כך דוקאטי מהשמש טבי ותקולי בכתובתה

ponsata à viro separari ; sed primò dicimus diuortia esse tantùm permissa ad duritiam cordis Pharisæorum, non verò præcepta ; secundò esse illicita , & prohibita illa , quæ à maritis ob leuissimas causas fieri solent , & de his verificatur , quod etiamsi dimittant vxores , & dimissa desponsetur viro alteri , semper tamen censetur vxor viri prioris .

Ad quintam , colligitur expresse ex Scriptura , Hagarem non fuisse propriè vxorem Abrahami , sed ancillam concubinam , vt legitur Gen. 16. 2. -

ותאמר שרי אל אברם הנה נא עצרני יהוה מלדת בא נא אל שפחתי אולי אבנה ממנה וישמע אברם לקול שרי ותקח שרי אשת אברם את הגר המצרית שפחתה וגו׳ :

Et dixit Saraì ad Abram, ecce nunc conclusit me Dominus , ne parerem . Ingredere nunc ad ancillam meam , fortè ædificabor ab ea . Et paruit Abram voci Saraì . Et tulit Saraì vxor Abram, Hagar Ægiptiam ancillam suam &c. Deindè exorat Abram, vt eijciat Hagarem ancillam vnà cum filio suo Gen. 21. 19.

ותרא שרה את בן הגר המצרית אשר ילדה לאברהם מצחק ותאמר לאברהם גרש האמה הזאת ואת בנה כי לא יירש בן האמה הזאת עם בני עם יצחק :

Et vidit Sarah filium Hagar Ægyptia quem peperat ipsi Abraham subsannantem . Et dixit ad Abraham : Eijce ancillam hanc & filium eius , quia non hæreditabit filius ancillæ huius , cum filio meo , cum Isaac . Concubinæ autem iuxta R. Salomonem ducebantur quidem per desponsationem solemnem , sed sine instrumento dotali , ad diferentiam vxoris , & proindè non erant veræ vxores ; hinc in Talmud Hierosolym. legitur -

איזו היא פלגש ואיזו היא אשה ר׳ מאיר אומר אשה יש

וכך אמר לנא ר׳ פלו׳ חתן דנן אחריות וחומר שטר כתובתא דא קבילית עלי ועל ירתאי בתראי לאתפרעה מן כל שפר ארג נכסין וקנינין דאיתי לי תחות כל שמיא דקנינא ודעתיד אנא למיקני נכסין דאית להון אחריות ואגבן דלית להון אחריות כלהון יהון אחראין וערבאין למפרע מנהון שטר כתובתא דא קבילית עלי ועל ירתאי בתראי באחריות ובחומר כל שטרי כתובות דנהיגי בבנות ישראל העשויים כתקון חז״ל מן יומא דנן ולעלם דלא כאסמכתא ודלא כטופסי דשטרי וקנינא מן ר׳ פלו׳ חתן דנן למרת פלונית בתולתא דא על כל מה דכתיב ומפורש לעיל במנא דכשר למיקני ביה והכל שריר וקים :

Exemplar Literarum Dotis.

Die quarto Septimanæ, qui est N. mensis N. Anni N. iuxta supputationem, qua hic Venetijs numeramus, vrbe sita ad fluuios N. N. Præstantissimus D. N. (quem Deus & Redemptor eius custodiat) dixit Marthæ N. Virgini, filiæ ר״ע N. Esto mihi in Vxorem, secundum ritum Mosis & Israëlis; ego verò colam, honorabo, nutriam, & sustentabo te, secundùm consuetudinem Virorum Iudæorum, qui colunt, honorant, nutriunt, & sustentant vxores suas, in veritate, & do tibi dotem Virginitatis tuæ in pecunia ducentos florenos, qui tibi ex lege debentur, alimenta item tua vestimenta tua, & sufficientiam tuam (cætera necessaria): consuetudinem item, secundùm viam omnis terræ: Ad hoc Martha N: Virgo ista acquieuit, & consensit, fuitque ipsi D. N. Sponso huic in Vxorem, Hæc verò est Dos quæ illa attulit ad ipsum N. N. tùm in argento, tùm in auro, tùm in ornamentis, tùm in supellectile domestica, & Lectorum: quam summam totam accepit super se D. N. Sponsus iste, in tali, & tali summa ducatorum solarium bonorum, & iusti ponderis, cui ipse de suo addidit ei talem, & talem summam ducatorum solarium bonorum, & iusti ponderis pro donatione, ità vt (Sponsa) habeat in vniuersum talem summam ducatorum solarium bonorum, & iusti ponderis, in Dote sua. Porrò sic nobis dixit D. N. Sponsus iste; Hanc cautionem & grauitatem (vim, valorem) literarum harum dotalium recepi ego pro me, & meis hæredibus, me soluturum ex omnibus optimis meis facultatibus, quas sub toto Cælo habeo, & quas sum comparaturus. Facultates tàm illæ, quæ habent reditum, vel certam cautionem (quales sunt fundi, & bona immobilia) quàm illæ quæ non habent (vt sunt mobilia): omnes illæ erunt oppignerata, & hypotheca nomine data, vt ex illis soluatur scriptum hoc dotale. Ità recepi pro me, & pro hæredibus meis post me, secundùm cautionem, vim, & efficaciam omnium literarum dotalium vsitatarum inter filias Israël, factarumque secundùm omnia requisita Sapientum nostrorum, à die hoc in seculum, non tanquam vulgarem epistolam, vel apographum literarum. Sic spondeatur à D. N. Sponso, ipsi Marthæ N. Virgini huic, secundùm omnia supra scripta, & exposita, prout legitimè id fieri oportet: Omniaque sunt rata, & firma.

De Sponſalibus aliqua tetigimus Par. III. pag. 150. Formula verò Contractus Sponſalitij erat huiuſmodi.

נוסח שטר אירוסין

בכך בשבת בכך ימים לירח פלוני שנת כך וכך לבריאת עולם למנין שאנו מונין וכו׳ איך פלו׳ בן פלו׳ אמר לה לפלונית בת פלוני הווי לי ארוסת כדת משה וישראל ויהיבנא ליכי מוהר בתולייכי כסף זוזי מאתן דחזי ליכי מדאוריתא וצביאת פלונית ליה

לארוסת וכן התנת לפלונית ארוסתו לכתוב לה כתובתה כומי נישותיה וכך אמר פלוני דכן אחריות שטר אירוסין זה קבלתי עלי ועל יורשי אחרי לפרוע שטר אריסין זה ואפילו מן גלימא דעל כתפאי בחיים ובמות וקבל עליו פלו׳ זה אחריות וחומר שטר ארוסין זה כאחריות וחומר כל שטרי ארוכין די נהיגין בבנות ישראל וכו׳ :

פלוני בר פלוני עד :
פלוני בר פלוני עד ׃
פלוני בר פלוני עד :

Diploma Desponsationis solemnis.

Tali Feria, tali die Mensis N. Anno tali à creatione mundi iuxta supputationem qua nos vtimur &c. Quo tempore Talis, filius Talis; dixit Tali puellæ filiæ Talis, sis mihi sponsa iuxta institutum Mosis, & Israëlitarum, & dabo tibi dotem Virginitatis tuæ argentum scilicet 200. *Zuzorum* (hoc est ducentos florenos) *quæ tibi debentur ex lege. Et assensum præbuit Talis* (puella), *vt eius iam esset Sponsa, Ideoque Sponsæ huic suæ promisit Dotem scripto ei constituere diebus eorum Nuptialibus. Insuperque dixit, in me suscipio atque in hæredes meos posterosque præstare. quod in hoc Libello sponsalitio continetur, etiam ex pallio quod in humeris meis, idque siuè viuam, siuè moriar. Quin & suscepit in se Talis* (Sponsus, *præstandi, quod in libello hoc sponsalitio continetur onus, iuxta ea quæ ex more attinent ad huiusmodi libellos sponsalitios consuetos inter filias Israëlis &c.*

N. Filius N. Testis.
N. Filius N. Testis.
N. Filius N. Testis.

Quando autem mulier suspecta erat de adulterio, & vir non poterat illud probare, ex eo quia latebat, & testi-

bus argui non poterat, si Spiritus Zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, hæc erat Lex: adibat maritus summos Synagogæ Iudices, eisque causas suæ suspicionis narrabat, & qualitèr redarguerat vxorem, vt à suspecto consortio abstineret, neglecta ab illa hac admonitione, se mundam esse à coitu asseuerabat, hinc vt aquarum amararum examine iuxta legem Mosis, decideretur, postulabat. Cumque comparuisset mulier apud Iudices, primò eam terrere nitebantur, ne aquas amaras biberet, & crimen, cuius suspicione laborabat, confiteri suadebant; monebant etiam, vt recoleret exempla illustrium fœminarum in eundem errorem ex muliebri fragilitate prolapsarum, veluti Thamar cum Iuda, & concubinam Patriarchę Iacob cum Ruben aliaque huiusmodi, ne grauis nimis ipsi confessio videretur. Quæ si persuasa peccatum non negabat, eiiciebatur sine dote, sine viro, & sine honore; si verò perseuerabat animo se ipsam purgandi, collocabant illam prope portam atrij exterioris orientalem, ibique lugubri veste induta, capite omni muliebri ornamento exuto, in templo deducebatur, & ante Sacerdotem, non sine mulierum frequentia sistebatur, exceptis tamen ancillis, vel domesticis, si qui essent, ne eorum pręsentia, dominæ forte mens distraheretur. Tunc ponebat Sacerdos super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem Zelotypiæ: ipse autem tenebat aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, adiurabatque eam, & lingua mulieri familiari dicebat: -

אם לא שכב איש אתך ואם לא שטית טמאה תחת אישך

אישך חנקי ממי המרים המאררים האלה : ואת כי שטית תחת אישך וכי נטמאת ויתן איש בך את שכבתו מבלעדי אישך : והשביע הכהן את האשה בשבעת האלה ואמר הכהן לאשה יתן יהוה אותך לאלה ולשבעה בתוך עמך בתת יהוה את ירכך נפלת ואת בטנך צבה : ובאו המים המאררים האלה במעיך לצבות בטן ולנפל ירך ואמרה האשה אמן אמן :

videlicèt : *Si non concubuit vir tecum, & si non declinasti* (ad) *immunditiam sub Viro tuo, libera esto ab aquis amaris execrãtibus istis. Et quia tu declinasti sub viro tuo & quia polluta es, & dedit Vir in te concubitum suum prāter virum tuũ. Et adiurabit Sacerdos mulierẽ in iuramẽto maledictionis, & dicet Sacerdos ad mulierẽ: Det Dominus te in maledictionem, & in adiurationem in medio populi tui, cum dederit Dominus femur tuum cadens, & Vterum tuum intumescentem. Et venient aquæ maledictionis istæ in viscera tua, ad inflandum vterum. & ad cadere faciendum femur, & dicet mulier Amen Amen*. Num. 5. Tunc Sacerdos postquam deleuerit ista maledicta aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, dabat ei bibere: si erat innocens, aqua conceptum, partumque felicem dabat: si verò adulterij rea, pertransibant eam aquę maledictionis, & inflato ventre femur computrescebat, eratque in exemplum omni populo. Notat Seldenus in vxore Hebraica hæc in desuetudinem abijsse cum in seculo excidium secundi templi proximè antecedente insignitèr cresceret adulterorum numerus, idque ex eis in primis, qui mariti essent; vndè legitur in Misnà Tit. Sotà cap. 9, -

משרבו המנאפין פסקו המים המאררים ורבי יוחנן בן זכאי הפסיקן שנאמר לא אפקוד על בנותיכם כי תזנינה וגו' :

Ex quo multiplicati sunt adulteri, desierunt aquæ amaræ. Et Rabbi Iochanan Ben Zachai finem eis dedit iuxta id quod dicitur : (Hoseæ 4. 14.) *Non visitabo super filias vestras, quod mœchatæ sunt, quia & ipsi* (mariti) *cum scortis separati sunt, & cum meretricibus sacrificant.*

Hinc potest quęri, quo iure & forma, Ioseph occultè Mariam sponsam dimittere voluerit? Ex Matth. 1. At cum variæ occurrant Interpretum sententiæ, ad tres eas reducemus.

1 Existimant aliqui Iosephum vt Mariæ honori consuleret, & ignominiam euitaret voluisse occultè aliò proficisci.

2 Alij de rescindenda inter ipsum, & Mariam sponsione, parentibus suis illam remittendo, cogitasse volunt.

3 Alij tandem secundùm Iudæorum leges, & consuetudines, dato scilicèt libello repudij, voluisse illam dimittere, credunt. Antequam vlterius progrediamur, nostram statuendo sententiam, quærendum est, an B. Virgo fuerit desponsata Iosepho per sola dumtaxat sponsalia, an verò etiam per matrimonium reipsa contractum, & nuptias celebratas. Non desunt hinc inde Patroni. Nos verò, saluo meliori iudicio, maximè conformiùs literæ Sacri Textus, credimus esse dicendum, Mariam fuisse ab Angelo salutatam, & consequentèr Christum concepisse antequam nuptiæ celebrarentur, cum scilicèt esset tantùm desponsata Iosepho per sponsalia. Huiusmodi opinionis fuerunt S. Hilarius hìc, S. Basilius hom. de humana Christi generatione, Origenes hom. in diuersos Euang. locos. Cyrillus Catechesi 52. Abulensis, Caietanus, Card. Vgo in Euang. & Siluanus Razzius Monachus

uinum de comparanda, & desponsanda ante nuptias vxore, sumentes verbum illud לקח *accipere* pro *emere*, vel *comparare*; hinc Maiemon. loco nuper cit.

כיון שנתנה תורה נצטוו ישראל שאם ירצה האיש לישא אשה יקנה אותה תחלה בפני עדים ואחר כך תהיה לו לאשה שנא כי יקח איש אשה ובא אליה.

Posteaquam Verò Lex data est, iussi sunt Israëlita, Vt Vxorem ducturus, primò eam acquirat, & comparet coram testibus, posteaque demùm ei sit in Vxorem. Erat mos apud Iudæos vt desponsatio fieret per aliquod tempus ante communem cohabitationem, & interim fœmina erat quidem vxor, at nondum erat in potestate viri, sed parentum suorum: cum nondum essent celebratæ solemnitèr nuptiæ, nec ipsa tradita ei, cuius iam erat, & in domo parentum commorabatur. Cum esset igitur desponsata Maria Ioseph, hoc est cum sponsalia celebrassent, stans illa in Nazareth in domo sua (fortasse in qua concepta erat, & nata, cum D. Hieronymus vel quicumque sit auctor libri de ortu Virginis illam natam esse in Ciuitate Nazareth asserat) contemplationi vacans, dum eius Sponsus Ioseph, fortasse, vt credit Siluanus Razzius in Vita B. Mariæ Virg., in aptandis nuptijs occuparetur, missus est ad eam Angelus Gabriël, nuncians ex ea Christum fore nasciturum, immediatè autem de Spiritu Sancto fœcundata, virtute Altissimi illam obumbrante, exurgens abijt in Montana cum festinatione, in Ciuitate Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Luc. 1. 39. Quòd si nuptiæ fuissent celebratæ, & ipsa tradita viro, certè non discessisset Maria absque eius licentia, imò absque Iosepho, nec tam longo tempore ste-

chus Camald. in Vita B. Mariæ Virginis. Deinde dicimus Iosephum voluisse quidem occultè dimittere Mariam, sed nunquam se determinasse quo ad modum & formam illam dimittendi.

Probatur vtrumque, præmittendo nonnulla vnà cum sacro Textu: *Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu Sancto. Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eã traducere, voluit occultè dimittere eã. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.* Matth. 1. v. 18. 19. 20. Et Luc. 1. 26. *In mense autem sexto* (conceptionis Elisabeth) *missus est Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria &c.* Tradunt Hebræi ante legem latam, pro libitu sine vllo ordine & disciplina, coniugia inchoasse, & consummasse; Quapropter scribit Maiemonides in הלכות אישות cap. 1. §. 1.

קודם מתן תורה היה אדם פוגע אשה בשוק אם רצה הוא והיא לישא אותה מכניסה לתוך ביתו ובועלה בינו לבין עצמו ותהיה לו לאשה.

Ante datã Legem, si Vir occurrit mulieri in platea, & ambo de ineundo coniugio consenserint, introducebat eam Vir solus ac priuatim in domum suam, ipsi cohabitabat & sic fuit ei in Vxorem. Post datam verò legem, deducunt ex illis verbis Mosis Deut. 24. 1.

כי יקח איש אשה ובעלה וכו׳:

Cum acceperit Vir mulierem, & ingressus fuerit ad eam &c. extare præceptum Di-

ſtaſſet; ergo dimittenda; at cùm eſſet iuſtus,& nollet eã traducere, hoc eſt ducere, nuptias celebrando, voluit occultè dimittere eam, ſed adhuc cogitabat de modo, cùm hæc animo ſecũ volueret: *Hæc autem eo cogitante* (ſequitur Euangeliſta) *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei dicens: Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt de Spiritu Sancto eſt*. Hinc clarè apparet illud *traducere* idem eſſe ac *domi recipere*; tunc enim dicitur vir traducere fœminam, quando eam in domum ſuam ducit, ſiuè in poteſtatem accipit, & hic eſt modus loquendi Iurium antiquorum. Rurſum cur Angelus non dixit *noli dimittere vxorem tuam*; ſed dixit: *noli timere accipere Mariam coniugem tuam*, Quare? quia nondum illam domi traduxerat, & nolebat eam ibi accipere; vndè Angelus non tantùm apparuit ei, quia volebat illam occultè dimittere, ſed quia nolebat illam ſic accipere, quapropter non dixit, *noli dimittere*, ſed *noli timere accipere*. Ergo ſignum eſt, quod timebat accipere, certior tamen factus ab Angelo de conceptu, *exurgens à ſomno, fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem ſuam*. Ianſenius in Euang. qui tenet iam Mariam fuiſſe traditam Ioſepho in vxorem, explicat illud *traducere* pro *infamare*, & ſic dicit, quod cùm nollet eam infamare, voluit occultè dimittere eam; at hoc non conſonat literæ, imò è contra ſi nollet eam infamare, non debebat dimittere, nam tunc dimittendo occultè, infamabat manifeſtè, quia apparebat quod propter fornicationem eam dimitteret, ſecùs non recederet à patria occultè, vt non acciperet vxorem; & ſtetiſſet apud Eliſabeth, à ſexto ſcilicèt menſe eius conceptionis, vſque ad natiuitatem Ioannis; cum autem Scriptura in hoc itinere nullam mentionem faciat de Ioſepho, colligi poteſt ipſum non iuiſſe cum ea in domũ Zachariæ, maximè quia cum ipſa maneret ibi ad ſeruiendũ cognatę ſuę, nõ erat optimũ manere etiã per tã longũ tempus Ioſeph:& tamẽ alijs vicibus cum ibant ſimul, fit mentio de Ioſeph, vt Matth. 2. 14. *Qui conſurgens, accepit puerum & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Ægyptum*. Et Luc. 2. dicitur, quod iuit Ioſeph cum Maria in Bethlem, vt profiterentur ibi, eodemque capite narratur quomodo Ioſeph, & Maria aſcendebant Ieroſolymam ſecundùm conſuetudinem diei feſti, ergo ratio cur Ioſeph non iuit cum Maria in domum Zachariæ, eſt quia nondum erat ei conſignata, neque illam adhuc traduxerat in domum ſuam. Reuerſa Maria in domum ſuam poſtquam manſerat cum Eliſabeth quaſi menſibus tribus, eius Sponſus vterum tumentem iam penè licentia maritali, vt cum Hieronymo loquar, deprehenderat, de tali euentu obſtupefactus, hæſitabat in corde ſuo, quidnam hoc eſſet, ſciebat certè quod ipſe non cognouerat eam, vndè ignorans myſterium, quaſi neceſſariò cogebatur arguere, quod ipſa fornicata fuiſſet, remouebant ex alia parte hunc metum mores, & puritas Mariæ: inſtabat fornicationis ſuſpicio. Poſita igitur tali Ioſephi ſuſpicione quæri poteſt quid ei faciendum erat in tali caſu; vel ducenda, vel dimittenda. Non ducenda, quia iuxta Iudæorum leges non erat licitum nec honeſtum ducere ſcientèr grauidam ab alio, niſi poſtquã peperiſſet, & infantem quoque abla-

eo quia ipſe non fuerit aſſumptus tanquam maritus Virginis, ſed potius vt cuſtos eius, occaſionem ſumentes ex verbis Hieronymi in lib. contra Eluidium hæreticum dicentis, quod Ioſeph cuſtos fuit Mariæ, potius quam maritus. At ideò Hieronymus hoc dixit, quia loquebatur contra Eluidiũ, qui aſſeruerat Beatam Virginem poſt Chriſti natiuitatem plures filios ex Ioſeph ſuſcepiſſe. & quantum ad hoc dicit Hieron. quod fuit potius cuſtos, quam maritus, prout maritus dicit actum conſummati matrimonij. Et quia Eluidius dixerat Ioſeph eſſe maritum Mariæ, propriè dixit Hieron. quod potius quantum ad hoc fuerit cuſtos, quam maritus, ſcilicèt quia cuſtodiuit famam eius, & tamen non cognouit eam.

ט׳ תתקכ״ס שמעיה הנביא מקירית יערים

כתב דברי רחבעם מלך יהודה :

1955 SEMAAIAH, SEMEIAS PROPHETA DE KIRIATH IEARIM, ſcripſit de vita, & geſtis Roboam Regis Iuda, librum vnum. vt teſtatur Athanaſius in Synopſi, & legitur 2. Paralip. 12. v. 15.

ט׳ תתקכ״ו שמעיה הנחלמי

כתב לצפניה כהן גדול ואת כל העמים עם ירושלם ספר אחד קטיגורים על ירמיה הנביא :

1956 SEMEIAS NECHELAMITES, falſus vates, de numero eorum, qui vnà cum impio Rege Ioakìm abducti ſunt in Babylonem, ſcripſit ceu Dei nomine ad Sophoniam Pontificem. & ad omnem Senatum Populumque Hieroſolymitanum, accuſatoriũ librum aduersùs Ieremiam Prophetam. Vide Sixt. Sen. Bibl. S. lib. 2.

ט׳ תתקכ״ו

& ſi tenebat eam, non infamabat illam, cùm videretur concedere conceptum eſſe ſuum.

Dicunt aliqui non benè à Deo prouiſum fuiſſe famæ Virginis, vt quæ ante celebratas ſolemnitèr iuxta morem Iudaicum nuptias viſa fuiſſet in domo paterna concepiſſe. At optimè huic à Deo prouiſum eſſe comperimus, quia cùm Maria per tres menſes manere deberet apud Eliſabeth, & parentes eius, ne videntes eam prægnantem dubitaſſent de conceptu, & aliquid contra famam Virginis ſuſpicarentur, ſtatim ac ſalutauit Eliſabeth, reuelatum fuit ei myſterium hoc magnum, hinc exclamauit: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vndè hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?*

Colligitur ex dictis, Matrimonium inter Ioſeph & Beatam Virginem, fuiſſe verum, licitum, imò Sanctum; *Matrimonium* enim ex communi Theologorum, & Iuriſperitorum axiomate, *facit non copula, ſed conſenſus*. Vndè S. Auguſt. lib. 1. de Nuptijs, & Concup. cap. 11. *Nuptiarum*, ait, *bonum impletum eſt in illis parentibus Chriſti, proles, fides, Sacramentum*. Et quamuis eſſentia Matrimonij conſiſtat in mutua traditione, & poteſtate corporum, adhuc tamen eſt verum Matrimonium, licèt eius poteſtas nunquam redigatur in actum, ſicut accidit in S. Pulcheria cum Marciano Imper. in SS. Iuliano, & Baſiliſſia, in S. Eduardo Angliæ Rege cum S. Editha, in S. Cecilia cum Sponſo S. Valeriano, & in S. Henrico Imper. cum coniuge ſua S. Chunegunda, quam moriens parentibus reddens, *Virginem*, inquit, *dediſti*, *Virginem reddo*. Neque ſunt audiendi qui dicunt non fuiſſe verum Matrimonium, ex

א׳ תתקנ״ז **ר׳ שמשון מקינון** חבר
ספר כריתות :

1957 R. SCIMSCION MEKINON, SAMSON DE KINON; scripsit librum, quem vocauit ספר כריתות *Sèpher Cherithùth, Liber Conuentionum*. Excus. Veronæ apud Franciscum de Rubeis an. 407. min. supput. Chr. 1647. In 8. De eo fit mentio Par. III. pag. 843. col. 2. num. 849. Non desunt alij libri sub eadem inscriptione, de quibus Vide Par. I. pag. 181. Par. III. pag. 843., & 849. Par. IV. p. 309. & 444.

א׳ תתקנ״ח **רתודרוס כהן** כתב ספר
מראות אלהים :

1958 R. TODROS COHEN, THEODORVS SACERDOS, ad Religionem Christianam conuersus, in Sacro Fonte vocatus *Ludouicus Carretus* scripsit ס׳ מראות אלהים *Sèpher Maroth Elohim, Librum visorum diuinorum*. Reperitur excus. Parisijs an. 1544. apud Christianũ Wechelium in 4. & Hanouiæ Typis Hæredum Guilielmi Antonij, an. 1614. in fine Synagogæ Iudaicæ M. Ioannis Buxtorfij in 12. De eo egimus etiam in hac IV. Par. pag. 420.

Vlterius adde.

א׳ תתקנ״ט **יהוא הנביא בן חנני**
כתב דברי יהושפט המלכים והמלכים :

1959 IEHV PROPHETA, BEN CHANANI PROPHETÆ prædixit subuersionem Regis Baasa, & domus ipsius; scripsitque historiam de gestis Regum Iudæ, & Israël, qui vsque ad Ioram filium Iosaphat regnarunt, vt expressè habetur 2. Par. 20.

א׳ תתקס **ר׳ יחיאל מפיסרו** יהודי
חכם בחכמה ורפואה כתב דרשות בעלו ליהודים של פירינצי :

1960 R. IECHIEL PISAVRENSIS in Philosophia, Medicina, & Hebræorum Theologia doctissimus, diues, & Rabbinorum facilè Princeps, auditis Florentiæ nonnullis Concionibus à R.P.F. Dionysio Costaceiario Inquisitore, Iudaica superstitione relicta, fidẽ Christi suscipere decreuit an. 1582. Post Pascha eiusdem anni Romam venit, vbi à Gregorio XIII. Sũmo Pontifice, & à Cardinalium Consistorio colloquium postulauit, quo obtento, ibi eleganter perorauit, transactam vitam, & modum suæ conuersionis exponens, summo omnium circumstantium gaudio: post hæc Summus Pontifex eum amplectens dixit: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, & post dies aliquot ab ipso Summo Pontifice ad Sacrum Baptismatis fontem regeneratus fuit, cuius Patrinus fuit Eminentissimus Card. Ferdinandus Mediceus. Hæc decerpsi ex quibusdam notitijs mihi nuper ab eruditissimo Antonio Magliabechio Magni Ducis Florentiæ Bibliothecario transmissis, quæ apud se reperiuntur in quoddam. msc. Historiarum Florentiæ.

Scripsit Italico idiomate nonnullas Homilias factas Hebræis in Ecclesia S. Crucis Florentiæ, & sermones in varijs eiusdem Ciuitatis locis factos. Excus. Florentiæ apud Iunctas an. 1585. in 4.

F I N I S

לוח שמות הספרים ובנויים המחברים והענינים המבוארים בחלק רביעי מספר הזה הנקרא קרית ספר:

אב

אג

אד

אה

אפרין

אפריון שלמה : רצ״ : א׳ :

אצ

אצילות : רל״א : א׳ ;

אר

ארזי לבנון : רצ״ : כ׳ : שצ״ : א׳ :
ארמוס : של״א : א׳ :
ארמע : של״א : א׳ :

אש

אשורית : קע״ט : כ׳ :
אשכול הכופר : ע׳ : כ׳ :

את

אתנח : תל״כ : א׳ ;

בא

בא גר : כ״ב : א׳ :
באור על חסמג : כ״ח : כ׳ :
באר הגולה : של״א : א׳ :
באר מים חיים : כר״ : א׳ :
באר משה : שי״ר : א׳ :

בו

בונאן קרסקש : ק״ג : א׳ :

בח

בחינת עולם : ר׳ : א׳ : ט״ו ; א׳ : רמ״ב : ב׳ :

בי

ביאור המלות צרות : ג״ח : א׳ :
באיור הרות תשוב : רצ״ : כ׳ :
ביאור התורה : מ״א : א׳ : נ״ח : א׳ : נ״ט : א׳ : רכ״א : ב׳ :
ביאור לס׳ היראים : שפ״ט : א׳ :
ביאור ס׳ קהלת : ת״ע : א׳ :
ביאור על חמש מגילות : רס״ח : כ׳ :
ביאור על טעמי מצות : ל״ג : א׳ :
ביאור על ס׳ יצירה : רט״ו : א׳ :

ביאור על רשי : רמ״ד : כ׳ :
ביאור שיר השירים : תס״ח : א׳ :
ביאור שם המפורש : רצ״ : כ׳ :
ביאורים שם העצם : רצ״ : כ׳ :
בינה לעתים : רצ״א : א׳ :
בית אלהים : ס׳ : ב׳ : ע״א : כ׳ : רצ״א : א׳ : שפ״ו : ב׳ :
בית דין יפה : שצ״ח : ב׳ :
בית הסוהר : כ״ג : כ׳ :
בית השם : פ״ב : כ׳ : ש״ע : א׳ :

בן

בן דעת : רצ״א : כ׳ :
בן בוכרי : א׳ : א׳ :
בן כוברי : א׳ : א׳ :
בן לענה ובן תגלה : רצ״א : ב׳ :

בע

בעלי אסופות : רצ״א : ב׳ :
בעלי חיים : רצ״א : כ׳ :

בק

בקבוק : ר׳ : א׳ :

בר

בר כוכב : רע״ג : כ׳ :
בראשית רבה : ש״ו : כ׳ : שס״כ : א׳ :
ברוך שאמר : תכ״ו : ב׳ :
ברית אברהם : רצ״ב : א׳ :
ברית הלוי : רצ״כ : א׳ :
ברכי נפשי : רל״ח : כ׳ :
ברנת שפיגל : רצ״כ : א׳ :
ברקת : תק״לט : כ׳ :

בת

בת קול : תקמ״ז : כ׳ :
בתי שלום : שפ״ב : כ׳ :

גב

גבורה : רל״א : כ׳ :

הה

הה

הו

הז

הח

הי

הכ

הל

הלכות

ויכוח

ומ

וע

וש

זב

זה

זו

זכ

זמ

זע

זק

זר

חב

חו

חז

חי

חכ

חל

חמ

חס

חס

חסר : רל״א : ב׳ :
חסד אברהם : רצ״ה : א׳ : תק״כג : א׳ ·
חסדי אדני : קי״א : ב׳ :

חק

חקות הדיינים : שע״ו : א׳ ·

חש

חשן משפט : חק״לב : א׳ :
חשק שלמה : שע״ה : א׳ :

טה

טהרת הקדש : ת״א : א׳ :

טו

טוב הארץ · רס״ה : א׳ :
טוב יומי : י״ל : א׳ ·
טורי זהב : רצ״ח : ב׳ :

טע

טעמי המצוות : ל״ט : ב׳ ·
טעמי חגים : רצ״ח : ב׳ :

טר

טרחא : תל״ב · ב׳ :

יב

יבם : רל״ג : ב׳ .

יד

יד אבשלום · רצ״ח :
יד החזקה · צ״א : א׳ ·
יד המלך · ל״ב : שצ״ג : א׳ :
יד חזקה · ט׳ : א׳ :
יד עני · ל״ב : ב׳ :
יד שערים : רצ״ח : ב׳ :
ידי משה . ס׳ : ב׳ :
ידיעת יהוה : ק״ה · ב׳ :

יה

יה : רל״ב : א׳ :
יהו : רל״ג : ב׳ :
יהוה צבאות : רל״א : ב׳ :
יהלם : תקט״א : א׳ :

יו

יואל משה : ל״ו : א׳ ·
יודישר טיריאק · ת״ב : א׳ ·
יונת אלם : של״ב : א׳ :
יורה דעה : נ״ג · ב׳ :

יז

יזל : גל״ג ·

יח

יחז : רל״ג : ב׳ :
יחוס אבות : של״ב : א׳ :
יחוס הצדיקים : של״ב : א׳ :

יי

יי : רל״ג : ב׳ :
יין : רל״ג : ב׳ :

יל

ילה : רל״ג · ב׳ ·
ילי : רל״ג · א׳ :
ילקוט : כ״ה : ב׳ :

ים

ימין משה · רצ״ו : א׳ :
ים של שלמה · שפ״ר : ב׳ :

ים

יסוד : רל״א · ב׳ ·
יסוד האמונה : תפ״ו · א׳ :
יסוד מורא : רצ״ו : א׳ :
יסוד עולם : של״ב : א׳ ·
יסוד תשובה : ת״א : א׳ :

יפ

יפה מראה : שצ״ה : ב׳ :

יפה

מחזור

סגל

סת

עב

עד

עו

עז

עט

עי

על

עמ

ענ

עס

עץ

ער

עש

פח

פו

פז

פט

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE,

QVÆ IN HAC IV. PARTE BIBLIOTHECÆ MAGNÆ RABBINICÆ CITANTVR.

Cap.

Cap.

Cap.

In-

INDEX RERVM

VOCVMQVE MEMORABILIVM

QVÆ IN HAC IV. PARTE BIBLIOTHECÆ MAGNÆ RABBINICÆ CONTINENTVR.

D

S. Ioan-

R. Isar-

tis

Onus

P

al

Scial-

Tole-

ELENCVS AVCTORVM SCRIPTORVM RABBINORVMQVE OMNIVM, QVI IN VNIVERSA BIBLIOTHECA MAGNA RABBINICA DESCRIBVNTVR.

A

R. Ab-

B

R. Da-

C

Fa-

I

R.

F

G

H

R. *Isaac*

K

L

Rabbi

S

R. Sa-

V

Z

FINIS.

LIII Synop-

T

R. To-

SYNOPSIS

TITVLORVM OMNIVM,

OPERIBVS, LIBRIS, SIVE TRACTATIBVS,

IN VNIVERSA

BIBLIOTHECA MAGNA RABBINICA

CONTENTIS, PRÆFIXORVM.

Primus numerus post literam *p.* indicat *Partem*, cæteri *Paginam*.

A

Adè.

Capi-

Chi-

Com-

D

Dis-

Elu-

E

De

Filius

H

Ha-

De

I

K

Ko-

L

Le-

Li-

Li-

M

Mi-

P

Se-

Se-

Tri-

V

Vi-

FINIS.

Typographica Sphalmata sic corrige.

Pagina 3. columna 1. ad illa verba, *excisus est*, adde, *aut excisus est*. col. 2. prò *cerã*, lege, *certã*. pag. 31. col. 1. *illudq; munus*, adde, *exercuit*. col. 2. prò *Thotà*, lege, *Thorà*. pag. 38. col. 1. prò מענת lege מענה pag. 39. col. 1. prò *ieiuniorum*, *& precum*, lege, *ieiunijs*, *& precibus*. pag. 40. col. 1. prò *Mebacoebauim*, lege, *Mebacochauim*. col. 2. prò *felectissimum*, lege, *selectissimum*. pag. 47. col. 2. prò גרול lege, גדול prò 1145. lege, 1155. pag. 55. col. 1. prò *Spicilegij*, lege, *Spicilegiorũ*. pag. 57. col. 1. prò הורה, lege, תורה pag. 58. col. 2. prò *habet*, lege, *habent*. pag. 59. col. 2. post verba *Auctoris filij*, adde, *extant quibus ipse*, & dele, *cui*. pag. 67. col. 1. prò 1758. lege, 1558. pag. 72. col. 2. prò 1201. lege, 1202. pag. 76. col. 1. post verba, *Iudæis promissam*, adde, *afficiant*. col. 2. prò *Eneeniæ*, lege, *Enceniorum*. pag. 85. col. 1. post verba, *si quando opus*, adde, *esset*. pag. 86. col. 2. post verba, *ebibit*, adde, *illam*. pag. 102. col. 1. prò *composita*, lege, *compositus*. pag. 107. col. 1. prò קאמפישטריש lege קאמישטריש Ibidem, prò *Campestres*, lege, *Camestres*. pag. 150. col. 2. prò §. 25. lege, 29. pag. 151. col. 2. prò §. 26. lege, 30. pag. 153. col. 2. prò §. 27. lege, 31. pag. 154. col. 2. pro §. 28. lege, 32. pag. 155. col. 2. pro §. 26. lege, 33. pro §. 30. lege, 34. pag. 157. col. 2. pro §. 31. lege, 35. pag. 158. col. 2. pro §. 32. lege, 36. pag. 159. col. 1. in Alphabeto Samaritano, prò [illegible] lege [illegible] & prò [illegible] lege [illegible]. col. 2. prò *huis*, lege, *huius*, & prò *effnditur*, lege, *effunditur*. pag. 176. col. 1. prò *vel*, lege, *&* pag. 180. col. 2. prò *licèt reperiantur*, lege, *licèt non reperiantur*. pag. 224. col. 1. prò חהמורה lege, החמורה pag. 247. col. 1. prò *ego*, lege, *ago*. col. 2. prò *Antonio*, lege, *Antonino*. pag. 264. col. 2. prò *sententiæ compilatæ*, lege, *sententias compilatas*. pag. 269. col. 1. prò משפת lege, משפט pag. 281. col. 2. prò והר lege, וחר prò *his rationibus nisi*, lege, *his rationibus conuicti*. Ibidem: *Nonnulli existimarunt supra*, dele ly, *supra*. pag. 283. col. 2. prò *Iudicio*, lege, *Iudicis*. pag. 286. col. 1. prò פירום lege, פירוש pag. 288. col. 1. prò numero 1545. lege, 1345. prò קארים lege, עקרים pag. 294. col. 2. prò ויבוה lege, ויבוח pag. 298. col. 1. prò שום lege, שום prò פ׳ ח׳ lege פ׳ א׳ pag. 301. col. 2. prò אמונא lege, אמונה pag. 308. col. 1. prò *ratinabilitèr*, lege, *rationabilitèr*. pag. 309. col. 1. prò *Cherinth*, lege, *Cherituth*. pag. 311. col. 2. prò numero 1624. lege, 1524. pag. 315. col. 1. ad illa verba, *quia certi non sunt*, adde, *apud eos*. pag. 319. col. 2. prò *& oblationes*, lege, *& oblationibus*. pag. 364. prò *simile* lege, *simila*. pag. 377. col. 2. *Spicilegibus*, lege, *Spicilegijs*. pag. 385. col. 2. prò באישאליה lege, באיטאליה pag. 387. col. 1. prò משפת lege, משפט pag. 389. col. 2. prò תולרות lege, תולדות pag. 390. col. 1. prò ערונה lege, ערונת col. 2. prò סגל לוית lege, סגן לוית pag. 391. col. 1. prò *Psalmns*, lege, *Psalmus*; & col. 2. prò *R. Salomon*, lege, *R. Samuel*. pag. 392. col. 2. prò *quorum maior pars*, lege, *quarum &c.* & prò χιροτονίαν lege, χειροτονίαν. pag. 471. col. 2. prò *Beiàth*, lege, *Bijàth*. pag. 488. col. 1. prò νομίξωσθαι lege, νομίζεσθαι prò ἐκληδη, lege, ἐκλήθη, prò μεμνησεῦδαι lege, μεμνησεῦθαι. pag. 493. col. 2. prò *compilatoris*, lege, *Auctoris*. pag. 507. col. 2. ad illa verba, *ad suas hæreticas*, dele, *ad*. pag. 363. col. 1. prò *dedisti*, lege, *dedistis*. In Indice pag. 589. col. 1. prò *Abdios*, lege, *Abdias*. pag. 625. col. 1. prò *Labis*, lege, *Latis*. pag. 657. col. 1. in fine, prò *De tribus Israelitis*, lege, *De tribubus*. Cætera, si quæ supersunt tua prudentia corrige, & Vale.